§ 1 De numeris in collo (α), in ventre (γ), infra ansam dextram (ε) scriptis. Numeri notis formae insolitae, de qua infra dicetur, in collo et in ventre scripti continentur illi inter $75\,^1/_2$ et $108\,^1/_2$, hi inter 178 et $218\,^1/_2$ (cf. etiam p. 562)[1]), et ita quidem occurrunt coniuncti ut alterum numerorum genus alterum superet numero qui variat inter $92\,^1/_2$ et $137\,^1/_2$ (praeponderant 117—125). Numeri in collo signati quid significent nescimus; nam iis nec pondus indicari amphorae nondum repletae nec sextarios quos vas capiebat exposui in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 150 seq. ponderatis et emensis nonnullis ex his amphoris aetatis antiquioris. Numerum contra ventri inscriptum ad pondus significandum rei in amphora conditae positum esse et inde efficitur, quod in titulis litteris cursivis prope ansam exaratis saepe idem numerus redit praescripta interdum littera P, id est p(ondo), et comprobatur computatione quam institui in *Bull.* l. c. p. 151 emensa capacitate quattuor amphorarum.

De significatione tertii numerorum generis, quod nonnumquam infra vel ad ansam dextram scriptum est notis magnis formae modo solitae modo insolitae, nihil scimus. Sed notandum est, hos quoque numeros saepius repeti in titulis cursivis prope ansam scriptis (cf. n. 3868. 3973. 4079. 4232 cet.); incipiunt ab I ascenduntque usque ad XXXXI (praeponderant numeri inter II et XV; in exemplis minus certae lectionis vel interpretationis videntur occurrere etiam XLVI, LX . ., LXI, in duobus tantum addita videtur esse fracti numeri nota S, cf. n. 4106. 4403).

[1]) In amphoris antiquioribus eiusdem generis repertis in fossa aggeris (cf. *Bull. arch. comunale* 1878 p. 143 seqq.) numeri in collo inscripti continentur inter 43 et $81\,^1/_2$, numeri in ventre inter 121(?) et $197\,^1/_2$.

§ 2 De nominibus in ventre (β) scriptis et de formula 'fisci rationis patrimoni'. Nomen in ventris parte superiore litteris capitalibus scriptum et constanter secundo casu positum[2]) non esse possessoris certum est; negotiatoris interdum esse posse non omnino negaverim, sed magis crediderim, in omnibus nominari eum qui rem in amphora conditam confecit (*der Fabrikant, der Producent*). Et ingenui hi fuerunt et libertini, quamquam liberti nota non additur nisi in duobus vel tribus titulis (n. 3651 *M. Coeli L. l. Saturnini*, n. 3740 *D. Atici D. l. Onesimi*, cf. etiam n. 4069); senies vel septies mulieres nominantur (n. 3691. 3729. 3742. 3845 seqq. 3933. 3960 seq. 4087). In amphoris non ita paucis socii occurrunt duo treswe vel plures, quorum nomina pro singulorum in societate condicione et enuntiari et collocari videntur[3]). Socii eiusdem gentis aut generatim enuntiantur omissis praenominibus, cognominibus, numero sociorum (veluti *Cassiorum, Verriorum*), aut accuratius indicantur ita *Caeciliorum Euelp(isti) et Daphni*, *II Iuliorum Trophimi et Zosimi*, *Memmiorum M( ) et M( )*, *MM. Claudiorum Senecionum*, *QQ. Caesiorum Cassiani et Macrini*, *II Segolatiorum et f(iliorum)*. Minus frequentes sunt socii ex gentibus diversis, semel tantum reperitur mulier cum viro quodam consociata (. . *Deci Rufini et Caelorum*, *L. Ocrati Saturnini et Cassiorum Apol( ) et Art( )*, *L. Vibi Polyanthi et L. Fabi Phoebi*, *Ant(oniae) Agathonices et Semproni Epagathonis*). Liberti in societatem adsumpti et propter imparem condicionem ultimo loco nominati vel tantum generatim significati occurrunt in amphoris n. 3788—3790 *Caeciliorum et lib(ertorum)* (similiter filios indicari modo vidimus patrum socios), in n. 4068 fuit fortasse [*illorum et E*]*clogi lib*(*erti*). Eorum denique mentio est facienda qui in amphoris soli antea nominantur, postea coniuncti, vel qui socii antea fuerunt, postea soli occurrunt. Vidit *D. Caecilium Hospitalem* et *D. Caecilium Maternum* solos nominatos in amphoris anni 147 et 149 p. Chr. socios invenimus in amphora anni 154 (n. 3763 seqq.); *L. Marium Phoebum* a. 161 solum reperimus, postquam annis 153 et 154 socios habuit *Vibios Viatorem et Restitutum* (n. 3943 seqq.).

Aetate posteriore, saeculo scilicet tertio ineunte et medio, nomina de quibus egimus magis magisque rarescunt; eorum loco in plurimis amphoris scriptam offendimus formulam *Fisci rationis patrimoni pro-*

[2]) Ita in amphoris montis Testacei sine ulla exceptione; inter amphoras eiusdem generis sed antiquioris aetatis repertis in fossa aggeris ad Castra praetoria bis occurrunt nomina tertio casu posita (*AA. Atiniis* n. 3639 seqq., *QQ. Caeciliis* n. 3646). Horum nominum explicatio ambigua est; nam quamquam possunt videri eorum, ad quos amphorae Romam missae sunt, melius tamen referuntur ad dominos quibus servi rem in officina confectam atque in amphora conditam inscripserunt, quia notae harum amphorarum, excepto nominum casu, a reliquis omnibus non differunt.

[3]) Vocabulum *socii* in duabus tantum vel tribus amphoris usurpatur n. 3881. 3882 *Socior(um) Hyac(inthi) Isid(ori) Pollionis* et n. 3730 *V soci(orum) III Apron(iorum) Aureliani . . . crini et Aurel( ) et Vin . . . .*; cf. etiam n. 3984. 3985.

vinciae Baeticae vel *Tarraconensis*, qua indicatur amphoram esse fisci (i. e. arcae) rationis patrimonii Caesaris quae erat in provincia Baetica vel Tarraconensi. Ex his quae ad certum annum referri possunt pertinent ad annos 217—235. Exempla ita inscripta cum omnibus reliquis partibus plane respondeant amphoris privatorum nominibus notatis usque ad aetatem Commodianam (exempla aetatis Severianae nulla habemus) et numeros in α, γ, ε signatos et titulum litteris cursivis prope ansam (δ) scriptum exhibentia, omnium harum amphorarum montis Testacei natura iis mire illustratur. Nam non solum quod supra p. 492 e figulorum sigillis collegi amphoras originis esse Hispanae iam formula illa provincias Baeticam et Tarraconensem diserte nominante plane confirmatur, sed etiam veri nunc fit simillimum, amphoras inscriptas nominibus sive negotiatorum sive eorum, qui res in iis conditas confecerunt, non privati inter Hispaniam et Romam commercii esse testimonia, sed fuisse rationis patrimonii et magnam partem pertinere ad annonam (*Naturallieferungen*) quae ex provinciis Romam mittebatur. Mutatae signandi rationis causa quaerenda est, nisi fallor, cum in rerum fiscalium administratione a Severo novata, a cuius demum aetate amphorae formula illa signatae incipiunt, tum in fundorum patrimonialium numero proscriptionibus Severianis latissime aucto. Ceterum privatorum nomina non omnino desierunt, cum exempla supersint aetatis Valeriani et Gallieni.

§ 3 De titulis cursivis prope ansam (δ) scriptis. A parte dextra titulorum α β γ, de quibus supra egimus, titulus litteris cursivis scriptus est prope ansam oblique uno versu vel pluribus, cuius elementa haec sunt: nota ℞; oppidi nomen; numerorum genera varia; vocabulum in -num vel -ese desinens; nomen viri vel mulieris secundo casu enuntiatum; nomina servilia primo casu posita; figlinarum nomen; consules; occurrunt praeterea vocabula breviata incertae interpretationis. Haec elementa non in omnibus exemplis adsunt omnia, et quamquam in universum certo quodam ordine componi solent, nonnulla tamen etiam locis tam diversis collocantur, ut pleraque nullo modo inter se conexa sed seorsum accipienda esse certum sit. Iuvat exempla hic componere praecipua.

1 (3683) *luculli arca xiiiis = sec(undus)*

2 (3643) *iuliani a( ) xvi for(tunatus)*

3 (3642) *iuliani a( ) xvi gam(us)*

4 (3648) *flavi galli a( )*

5 (3678) *egnatiae =-*

6 (3688) *l. vesoni*

7 (3682) *liguris*

8 (3930) *euti alcimi cc . . .*

9 (4443) *℞*
primigeni clxxxvs anem( )

10 (4451) *sacranese ve . . .*

11 (3749) *℞ cord*
mummiae quartul . . .

12 (4449) *℞ hispal cciiiis*
romulus seranus

13 (4444) *℞ hispal ccs*
primi ꝁꝁ stephon

14 (4166) *℞ xxs cxcviiis*
aemili agathonici saturninus
orfito et prisco cos

15 (4177) *orfito et prisco cos*
callisti argentius . . .
hisp cciis

16 (4149) *℞ ꝁꝁ largo cos p ccii . .*
eunomus egn sat . . .

17 (4179) *apol ccxiis*
candidi ꝁꝁꝁ xxx primit
orfito et prisco cos

18 (3565) *commodo et laterano cos*
℞ xxviii ccxvs
flavianae ꝁꝁs- hermeros

19 (4339) *. . . . . cos*
hispal ℞ ꝁꝁ ccxvs
. . . nni m . . hercatius

20 (4233) *orfi[to e]t prisco cos ℞*
. . . . . iii devect hispalem
. . viiiis eu[ph]em

21 (4432) *℞ astig cciis*
messianum ꝁꝁꝁis ianuar

22 (4174) *℞ xxxv cciis*
albanum pontiani phil( )
act (vel acc) pius orfito et prisco cos

23 (4273) *℞ praesente et rufino cos*
ciscariensem paulae xxx astig
acc marcian ccxiiis ce . . .

24 (3706) *act polycar . . orfito et prisco cos*
sepulci campani xxxviiiis astig
martial ccxvs xvi

25 (3954) *℞ xxiiii ccxvs car*
commodo et laterano cos
atti corneliani nep aucti( )

26 (4308) *℞ fig casiarensi cciiis*
daci corduba hermes
commodi fil et laterano cos

27 (4350) *℞ fig scimnia as[tig]*
aurelio c[a]e[s]are III [commodo ii cos]
arelese soranae . . .

28 (4181) *℞ cord p clxx . . .*
[o]rfito et prisco cos . .
fig ceraria fr . . .

29 (3732) *xcis restuti*
orfito et prisco cos
paulini publilian xxviis abas his
cxcis faustus

30 (3770) *commodo [et] latera[no cos]*
nicerotis turrensem . .
asticus euanthus

31 (3773) *℞ cxcvii . .*
c[o]mm[od]o et laterano co[s]
caesaris ii̅ supessianum
apoll salvi( )

32 (4221) *orfito et prisco [cos]*
℞ laco ꝁꝁꝁ clxxx[x]iis
turrense gallionis
tertius alcibiades

33 (4175) *orfito et prisco cos*
℞ laco ꝁꝁ ccxvs
billenenses terentiani . .
pius alcibiades

34 (4111) *℞ a[s]tigis arca . . .*
actus agathephori et memmia p atimetio
domino ii̅ et sacerdo cos

35 (4100) *℞ astig arca p ccxxxvi*
actum nemini p atimeti[o]
p[rae]sente et extricato II cos

36 (4137) *℞ co[s]tu. l . . p ccxl . .*
actus onesimi . . felici[s]s . .
severo et quintiano cos

Ex his titulis septem priores pertinent ad amphoras repertas in fossa aggeris prope Castra praetoria, quas propterea recensendas esse duxi una cum amphoris Testacei quia eiusdem sunt formae et generis et inscriptiones habent simillimas eodemque modo dispositas; differunt tamen aetate, cum illae pertineant ad mediam fere partem saeculi p. Chr. primi, exempla montis Testacei saeculo II fere medio antiquiora nondum comparuerint.

In amphoris igitur antiquioribus titulus prope ansam scriptus non continet nisi nomen viri vel mulieris secundo casu positum sequentibus A littera, numero, nomine servili breviato. Littera A quid significetur declaratur uno exemplo n. 1, in quo eius loco scriptum est *arca*; sed vocabulum ne ad nomen referamus quod praecedit prohibet verborum collocatio; neque *illius arca(rii)* intellegi potest cum homines liberos et adeo ingenuos hic offendamus (cf. n. 4), arcarii autem condicio sit servilis. *Arca* igitur a nomine separanda est et quamquam in nonnullis exemplis recte coniungitur cum numero qui sequitur, in aliis, in quibus numerus deest, quomodo intellegenda sit non liquet. Omittuntur

enim in his titulis praeter numerum modo ʌ littera, modo alterum nomen, ita ut unum tantum nomen enuntietur secundo casu (n. *6. 7*).

Ut tituli in tegulis impressi antiqua aetate breves sunt, posteriore sensim proliziores fiunt (cf. p. 6), ita forma brevis et concinna tituli ϑ aetate procedente amplificatur, ut docent tituli montis Testacei vel Emporii n. *8—13* conspectus comparati cum iis qui sub finem conspectus leguntur. Iam quae in his titulis occurrunt singillatim examinanda sunt.

Nota Ⱥ, id est ʌ littera formae cursivae secta linea transversa (rarissime est Ⱥ, cf. n. 3749. 4073. 4299. 4447. 4448 cet.), saepissime initio tituli posita et ante nomen oppidi cuiusdam, sed etiam aliis locis collocata (cf. conspectum n. *19. 20*) et haud raro omissa (in titulis antiquioribus nondum comparuit) quomodo explicanda sit incertum est; nam *r*(*ationis*) quod olim non sine dubitatione proposui (*Ann. d. Inst.* 1878 p. 161) iam reiciendum esse intellego, et quod postea in mentem venit *r*(*eceptum*) vel *r*(*ecognitum*) num recta sit notae interpretatio incertum est. Id tantum videtur constare, notam saepenumero separatim positam (cf. conspectum n. *9*) nec eodem semper loco collocatam cum iis quae praecedunt vel subsequuntur conexam non esse. [Unice verum esse *r*(*ecognovi*) agnoscet qui quomodo idem vocabulum perscriptum reperiatur sub rescriptis principum (subiunctum alteri *rescripsi*) satis callet. Th. M.].

Oppida in his titulis locis diversis collocata (vide conspectum) haec occurrunt certa: *Astigis* (passim), *Corduba* (passim), *Hispalis* (passim), *Malaca* (semel, n. 4203), *Portus* (quater, n. 3976. 4151. 4206. 4371, cf. etiam 3912)[1], omnia igitur Hispana et, si recte conieci Portum simpliciter dictum Portum esse Gaditanum (*Ann. d. Inst.* 1878 p. 172), omnia sita in provincia Baetica 'cunctas provinciarum diviti cultu et quodam fertili ac peculiari nitore' praecedenti (Plin. nat. hist. III § 7). Ex his quattuor sunt illius regionis omnium praecipua, quippe quae nomen dederint iuridicis conventibus provinciae. Oppida provinciae Tarraconensis, quam in his amphoris diserte nominari supra vidimus § 2, uno fortasse exemplo excepto in quo videtur esse scriptum *Castulo* (cf. conspectum n. *36*), nulla adhuc comparuerunt aut latent in vocabulis brevitatis incertae interpretationis, quorum unum esse potest *Luco* vel *Lucca* pluries obvium eo loco quo oppidi nomen scriptum esse solet (cf. conspectum n. *32. 33*); de vino luccato cogitandum non est, cum vinorum nomina in his titulis non reperiantur. Oppidorum modo memoratorum nomina ubi perscribuntur (perraro id fit) diversis casibus enuntiari mirabile est: reperitur et *Astigis* (n. 4097. 4098. 4111 cet.) et *Astigi* (n. 3806. 4270. 4326 cet.) et *Astigim* (n. 4350 a. *b*), bis *Corduba* (n. 4110. 4306), *Hispalim* est in uno exemplo certae lectionis (n. 4007) et *Hispalem* potius quam *Hispalim* in n. 4233, *Malaca* in n. 4203, denique *at Portu* et *at Port* in titulis n. 3976. 4371. Praeter exempla igitur primo casu enuntiata (Astigis) aut quae tam ad primum accommodari possunt quam ad sextum (Astigi, Corduba, Malaca) quarti casus exempla extant certissima, quorum unum, in quo est *devect Hispalem* (cf. conspectum n. *20*)[2], horum tantum exemplorum veram explicationem suppeditat. Nam ut satis intellegitur in amphoris adnotatum esse, Hispalim vel Astigim eas devectas esse aut mittendas *at Portu*(*m*), ita parum intellegitur cur in aliis amphoris eiusdem generis notatus sit locus unde venerint, et si *Astigi Corduba Malaca* non sexto sed primo casu enuntiata sunt, ut sine dubio est *Astigis*, oppidi nomen quid omnino significet obscurum est. Quaestio implicatur eo, quod amphorae extant inscriptae iisdem nominibus, quarum tituli prope ansam exarati diversa oppida exhibent, veluti in amphoris C. Valeri Alexandri (n. 4002 seqq.) ter legitur *Astig*, semel *Hispalim* et bis fortasse *Cord*.

Numerorum genera adhibentur quattuor ita, ut modo unum tantum, modo duo, modo tria (vel omnia?) ponantur. Sunt:

a) numeri inter 184 ½ et 275 ½, saepissime (praeponderant 197 ½—215 ½, postremus numerus passim occurrit)

b) numeri inter 81 et 96 ½ (125?), raro

c) numeri usque ad 40 ½, saepe (praeponderant 20—36)

d) numeri inter 1 et 35, minus saepe (praeponderant 2—15).

Cum in omnibus his generibus numeri fracti occurrant[3], numeros ordinales non esse constat. Constat praeterea numeros generis *a* eis respondere qui inscripti sunt in ventre amphorae (γ), cumque his notis P littera nonnumquam praeposita sit (cf. conspectum n. *16. 29. 35. 36*), pondus iis significari necesse est (cf. supra § 1). Respondent item numeri generis *b* eis qui leguntur in collo amphorae (α), numeri generis *d* eis qui inscripti sunt infra ansam (ε); numeri contra generis *c* non habent quibus respondeant. Tria haec numerorum genera quomodo intellegenda sint incertum est; de mensura quadam vel de pretii significatione in *c* et *d* nos cogitare vetant ipsae notae in amphoris eiusdem fere magnitudinis nimium variantes.

Occurrit praeterea nota incertae interpretationis quae est plerumque ʌʌ (in uno exemplo n. 4210 videtur esse tantum ʍ, item in uno (n. 4243) est ‹‹)[4], raro ʌʌʌ (cf. conspectum n. *17. 32*), semel tantum ʌʌʌʌ (n. 4317), saepe collocata post nomen viri vel mulieris secundo casu positum vel post adiectivum in -num aut -ese desinens, sed etiam aliis locis, veluti post notam Ⱥ (cf. conspectum n. *16. 19*), ante vel post oppidi nomen (n. 3885 cet., 4008 cet.), initio totius inscriptionis (n. 4025). Notae haud raro additur numerus exiguus coniunctus cum numero fracto (veluti ʌʌS, ʌʌIS, ʌʌʌIS, ʌʌIZ, ʌʌIZ-L, ʌʌVIL), nonnumquam sequitur alter numerus qui videtur esse eius generis quod supra littera *c* significavi (veluti ʌʌXX, ʌʌXXV, ʌʌʌXXX).

Vocabula in -num et -ense (-ese) desinentia in his titulis frequenter occurrunt collocata fere semper[5]) initio versus secundi vel totius tituli ita, ut sequantur modo nomina viri vel mulieris, quae ubi perscripta sunt secundo casu enuntiantur[6], modo numerus vel nota ʌʌ[7]. Praeter exempla derivata a nominibus vel cognominibus Latinis (veluti *Arlianum*, *Attianum*, *Cornelianum*, *Fulvianum*, *Marcianum*, *Messianum*, *Sextilianum*; *Maximinianum*, *Paternum* et *Paternese*, *Sabinianum*, *Severianum*) haud pauca inveniuntur aut obscurae originis aut formae non Latinae sed ad Celticam vel Celtibericam linguam, ut opinor, pertinentia et fortasse derivata a fundorum vel locorum nominibus, veluti *Castellense*, *Frigidese*, *Turrense*; *Arcese* et *Arclese*, *Boganiese*, *Barcufiense*, *Billesese*, *Ciscariense*, *Detaumdese*, *Discorese*, *Lautrese*, *Salomse* (cf. sigilla n. 2869 *c* et 3164), *Scapeanum*, *Stagniese*, *Trecensese*, *Turnilense*; *Sacranese* sine dubio a Sacrana oppido Hispalensis conventus, *Singiliese* a Singili oppido conventus Cordubensis; *Portense* a porto sive Gaditano sive Ilicitano sive alio; *Novalese* a novali quodam, hoc est agro qui alternis annis serebatur.

Haec adiectiva neutro genere constanter enuntiata[8] quid significent difficile est dictu. Cum in his titulis prope ansam scriptis, ut infra videbimus, figlinae interdum nominentur, vocabulis illis opus doliare hoc vel illud designari conicere possis; sed coniectura refellitur eo, quod in uno eodemque titulo et figlinae memorantur et occurrit vocabulum in -num vel -ese desinens (cf. n. *27* conspectus cet.). Propterea aliam quae mihi se obtulit coniecturam proponam. In amphoris montis Testacei, de quibus hic agitur, quid ex Hispania Romam missum sit tituli scripti ab iis, qui rem in amphora conditam confecerunt, non enuntiant; sed aut vinum fuisse aut, quod magis crediderim, oleum vel garum, ex earum rerum nota fertilitate Baeticae et Tarraconensis pro-

[1]) His accedit fortasse *Car* (Carteia vel Carmo?) quod occurrit in titulis n. 3954. 3955.

[2]) Idem opinor verbum est supplendum in duobus titulis n. 4350 *a. b*; *devect* est in titulo mutila n. 4235, *devectum* sequente vocabulo incertae lectionis in titulo n. 3858.

[3]) In ultimo genere re vera hoc loco non occurrunt, sed reperiuntur in numeris infra ansam scriptis (= ε) qui respondent numerorum generi *d*.

[4]) Nota quamquam in haud paucis exemplis pro ΛΛ haberi potest, in plerisque tamen amphoris apparet ʍ (signa apicibus similia semper adduntur). In amphoris antiquioribus repertis in fossa aggeris nota fortasse non comparet, nisi similis nota quae occurrit in una amphora n. 3675 sunt duae ʌ apicibus instructae, vocabulum *a*(*re*)*a* ut videtur significantes; in amphoris inde a saeculo tertio huius notae usus omnino cessat, sed notandum in his passim adhiberi vocabulum *arca*.

[5]) Excipiendi sunt n. 3770. 3773. 3940.

[6]) Semel tantum nomen primo casu positum est, n. 4294.

[7]) In exemplis veluti *Turrensem* n. 3770, *Ciscariensem* n. 4273, *Detaumdesem* n. 4002 ultima littera est fortasse ipsa nota ʌʌ omissis apicibus.

[8]) *Castrenses* et *Fa . . . . esis* in titulis n. 4387. 4169 num exceptiones sint incertum est; nam possunt esse nomina servilia secundo casu enuntiata.

vinciarum[1]) recte opinor colligitur[2]). Res ab illis non indicata aliquo modo fortasse significanda erat in titulis cursivis prope ansam, quos in stationibus sive fisci sive patrimonii postea additos esse patet[3]): oleum nane et garum et vinum esse possunt substantiva constanter omissa ad quae adiectiva in -num et -ese desinentia referuntur. *Fulvianum* igitur fieri potest ut sit oleum natum in fundo Fulviano, *Portense* garum factum in Portu. Quam ob causam non in omnibus amphoris id factum sit, plane nos nescire fatendum est.

Nominum varia genera iam accuratius examinemus. In exemplis non ita paucis, annorum fere 145—180 p. Chr. omnibus, occurrit vocabulum *act* praepositum nomini servi quod, ubi perscriptum est, primo casu enuntiatur (in uno tantum exemplo post *act* vel *acc* non servi nomen legitur sed nota anni 149 p. Chr.; sed titulus ab una parte fractus est, vide n. 4190). In aliis utrum act an acc scriptum sit dubitari potest, in aliis videtur esse acc; sed t et c litterae cum in scriptura cursiva vix distinguantur, in omnibus fortasse *act* legendum est, quamquam etiam acc, ut mox videbimus, vera esse potest scribendi forma. De *act(oribus)* et propter vocabuli collocationem ante nomen servi et propter ipsius nominis casum hic cogitari non posse certum est. Accedit quod in quinque titulis non *act*, sed *acp* certissimae lectionis scriptum est (sequitur servi nomen primo casu positum, cf. n. 3954. 3955. 4436. 4472. 4476), in duobus vel tribus est *accp* sequente nomine servi item primo casu enuntiato (n. 3977. 3979. 3980), ut in omnibus his titulis idem semper significari videatur verbo quod modo *act* vel acc, modo *acp*, modo *accp* breviatur et, quamquam insolito loco collocatum est et breviatum modo insolito, fortasse intellegendum est *accepit (ille)*[4]). Sane acceptoris mentio, eius scilicet qui in statione mercem accipiebat (cf. titulos Ostienses C. I. L. XIV 2. 154), in his titulis ad administrationem sine dubio referendis optime locum habet.

In amphoris recentioribus, hoc est aetate Severi posterioribus, vocabulum occurrit quod item breviatur *act*, sed ita semel tantum, cum in reliquis fere omnibus scriptum sit *actus*, sequiturque nomen servile non primo, sed secundo casu positum (cf. conspectum n. *34. 36*). Vocabulis *actus illius* enuntiatur, nisi fallor, in rebus ad administrationem pertinentibus illum fecisse quod ei agendum erat, puta amphoram accepisse et in tabulas uti praescriptum erat rettulisse[5]). Fisci vel patrimonii actores fuerunt quibus hoc negotium erat, aut tabularii, quorum mentio fieri videtur in mutilo exemplo anni 230 (n. 4120) . . . *ri tabula(ri)*.

Aliud quoque officium in titulis saeculi tertii offendimus, scilicet ponderatoris, si recte interpretatus sum P litteram solitariam nomini servili primo casu enuntiato praescriptam (cf. n. 4100. 4105. 4111. 4117 cet.): *p(onderavit) ille* (vel *p(onderatore) illo* in titulo n. 4390) certe nihil habet quod offendat, cum ponderis notam ab eo qui rem in amphora conditam confecit in ventre indicatam in his titulis prope ansam scriptis repeti constet nec repeti ea potuerit nisi pondere recognito.

In uno titulo (anni ut videtur 227 p. Chr., n. 4117) eodem loco quo in aliis scriptum esse solet *actus illius* legitur [c]*omparante te* . . .; comparare igitur non videtur esse emere, coemere, sed accipiendum aut de eo qui rem cum re confert (ita ut *comparante illo* idem sit atque ille testatur se recognovisse quae erant recognoscenda), aut de eo qui amphoras stationi patrimonii adquisivit.

[1]) Cf. Plin. nat. hist. XIV § 71, XV § 8, XXXI § 94; Strab. III, 2 § 6, III, 4 § 6.

[2]) In amphoris nonnullis antiquioribus (repertis in fossa aggeris) re vera oleum fuisse conditum et fortasse etiam mel aut garum exposui in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 151 seq.; vide infra ad n. 3636. 3637. 3639. 3642. 3647. 3663. 3678.

[3]) Externa indicia si non fallunt, in titulo n. 3994 quae prope ansam leguntur litteris cursivis scripta sine dubio postea exarata sunt, cum numero VIIII superscripta sint. Idem factum videtur esse in n. 4340; in aliis exemplis (cf. n. 3826. 4278. 4284) res diiudicari nequit; in uno tantum (n. 4421) numerus videtur esse superscriptus titulo cursivo.

[4]) Dolendum est titulum n. 3950, in quo legitur *accep* . . ., integrum non esse; nam utrum *accep(it)* [*ille*] supplendum sit an *acc(epit) Ep*[*agathus?*] vel similiter, iam diiudicari nequit. Vide etiam n. 4330 et quae ibi adnotantur.

[5]) *Actum nemini* quod scriptum est in amphora n. 4100 (cf. etiam n. 4101 in quo videtur esse *act nemini*) et [*ac*]*tum blupae dat* . . . amphorae n. 4122 quomodo intellegendum sit minus certum est.

Fere omnes denique tituli huius aetatis exhibent vocabulum *arca* primo versu inter oppidi nomen et ponderis notam collocatum sed ita, ut quo referatur habere non videatur (cf. conspectum n. *34. 35*); in uno initio versus secundi videtur esse scriptum *arca felix* . . (n. 4087), item in uno eodem loco legitur [*a*]*rk prima* (n. 4390, cf. etiam n. 4088). Arcae mentio in hisce adnotationibus ad patrimonii administrationem pertinentibus bene intellegitur; sed de arca quid enuntietur non liquet. Ceterum notandum est, in tot tantisque amphoris saeculi II arcae mentionem non fieri nisi in perpaucis titulis lectionis non satis certae (vide quae adnotavi ad n. 4171), fieri contra in amphoris antiquioribus repertis in fossa aggeris (cf. p. 561).

Ex iis quae modo exposui sine dubio petenda est nominum servilium explicatio, quae in his titulis tam saepe sine ulla officii nota enuntiantur primo casu: acceptorum esse possunt aut ponderatorum aut eorum qui in statione alio eius generis munere fungebantur. Velut *Pius* tituli n. *33* conspectus, collato n. *22* conspectus in quo est *act Pius*, erit acceptor *Alcibiades* in eodem titulo nominatus fortasse ponderator.

Nomina contra quae secundo casu posita sunt initio totius tituli aut versus secundi vel tertii[6]) ex superioribus explicari non possunt. Natura eorum ut aliquo modo illustretur, quae de iis praecipue notanda sunt hic componam. Nomina eodem semper loco posita ac propterea eiusdem naturae existimanda modo libertorum[7]) sunt sine praenomine omnia (veluti *Flavi Severi, Lucreti Clari, Servili Prisci, Tutili Pontiani, Aemili Agathonici, Dasumi Epaphroditi, Postumi Olympi*), modo servorum (veluti *Anthi, Callisti, Capitonis, Encolphi, Erotis, Leonis, Telesphori*), modo mulierum (*Valeriae Patriciae Phlogae(ae), Cocceiae Fundanae, Apuleiae, Fabullae, Flavianae* cet.). Actorum ea esse in fisci vel patrimonii statione administrantium, quos offendimus in amphoris tertii saeculi verbis *actus illius* signatis (cf. conspectum n. *34. 36*), propter mulierum inprimis frequentiam non credo; accedit quod nomen in duabus amphoris plurali numero enuntiatum (n. 4196 *Lucretiorum*, n. 4210 *Pupilloru* . .) socios indicat, qui in fisci vel patrimonii statione ministrantes non intelleguntur. Etiam negotiatorum ea esse si ponimus, difficultates creantur vix superandae. At si conicimus, hic nominari actores vel procuratores praediorum fiscalium domus Augustae, qui amphoras a conductoribus fundorum traditas ad stationem fisci devehendas ibique reddendas curabant, actrices minus offendunt[8]) neque offendunt actores in societatem coniuncti. Verum est, in tanta titulorum copia unum tantum hanc coniecturam plene confirmare (n. 4447 *Acxc* . . . ‖ [*p*]*roculi fundi si* . . . *lensis* ‖ *fortunatus* . . . . *sianus*); sed, nisi omnia me fallunt, huc trahendae sunt amphorae illae permultae in quibus adiectivum in -num vel -ese desinens coniungitur cum nomine liberti vel servi vel mulieris (veluti *Titacianum Avili Attici, Turrense Gallionis, Novalese Cocceiae Fort*). Nam id ipsum, quod in illa indicatur verbis *Proculi fundi Si* . . . *lensis*, in his paullo diversa ratione significatur formula veluti *Turrense Gallionis* (intellegenda, ut supra conieci, de vino vel oleo facto in fundo Turrensi) quae actoris et fundi nomina continet quasi sit *Gallionis fundi Turrensis*.

Veri est simillimum actores hos vel actrices, quos conieci fuisse fundorum fiscalium domus Augustae et quorum nomina in fisci vel patrimonii statione ob causas ad administrationem pertinentes amphoris inscribebantur prope ansam, nonnumquam socios esse potuisse eius, qui fundum vineamve olivetumve conduxerat, vel adeo ipsius fundi conductores. Cuius rei indicium videtur esse in duabus amphoris n. 3973. 3981, in quibus nomina ventri inscripta (eorum scilicet qui rem in amphora conditam confecerant) et ea quae iuxta ansam notata sunt inter se quodammodo cohaerere manifestum est. In una enim, quae fuit sociorum *L. Ocrati Saturnini et Cassior(um) Apol(austi) et Art*( ), unus ex sociis (*Cassius Apolaustus*) iterum memoratur in titulo prope ansam scripto (et nominatur quidem eodem loco, quo in reliquis omnibus actoris quem credidi nomen occurrit); in altera vero cognomen eius qui rem in amphora conditam confecit (*M. Ovi Audiani*) prope ansam repetitur post adiectivum in -num desinens. Vide etiam amphoram n. 3940.

[6]) Nomina primo casu enuntiata hoc loco perraro inveniuntur; cf. n. 4362.

[7]) Nonnulla utrum ingenuorum sint an libertorum incertum est.

[8]) Prastinia Maximina actrix c(onsularis?) domus occurrit in titulo labentis aetatis C. I. L. XI 1730.

Coniecturis modo propositis non omnia explanari video, neque reticebo. Ita parum intellegitur actorum quos esse conieci varietas in amphoris iisdem nominibus signatis (veluti in septem amphoris L. Antoni Epaphroditi n. 3702 seqq. sex occurrunt homines diversi), itemque difficultatem creant verba *Caesaris* n. vel *Caesarum* n̄. quae leguntur eodem loco, quo actorum nomina scripta esse solent (vide conspectum n. *31*), ter collocata initio versus (n. 3773 *caesaris* n̄ *supestianum*; n. 4272 *caesaris* n̄ *st . . . d . . onn . . sis*; n. 4377 *caesarum* n̄ *ian . . .*), semel post nomen lectionis non satis certae (n. 4280 *marcia* vel *martia caesar* n̄ *XX success*; hic esse potest nomen servi cuiusdam Caesaris).

Figlinae e quibus amphorae prodierunt in his titulis nonnumquam memorari certum est (cf. conspectum n. *26—28*), incertum quam ob causam. Fere omnes amphorae Testacei cum fractae sint, exempla in quibus una cum titulo prope ansam scripto officinae etiam sigillum superest raro inveniuntur: ex his unum tantum figlinarum nomen in ansa impressum repetitum habet in titulo manu scripto (cf. n. 4171), in reliquis omnibus titulus nihil continet quod ad officinae notam referatur.

Consulatus nota, quae in titulis prope ansam scriptis saepissime occurrit[1]) locis diversis collocata (vide conspectum), in amphoris Testacei nondum comparuit ante annum p. Chr. fortasse 140 (cf. n. 3762) vel certe 144 (n. 4143), cum in exemplis antiquioribus (saeculi I) repertis in fossa aggeris omnino desit. Cuius rei similitudinem exhibent tegulae urbanae quas ante a. 110 consules non habere constat (cf. supra p. 9); neque ab re erit adnotare, in Testaceo amphoras annis 149 et 154 notatas ita abundare ut inter tegulas urbanas exempla annis 123 et 134 signata. Recentissima quae in Testaceo adhuc comparuit consulatus nota pertinet ad annum 251, ex area Emporii exempla prodierunt usque ad aetatem Valeriani et Gallieni. Amphorarum consulibus signatarum fragmenta certo quodam ordine in Testaceo iacere atque certis quibusdam locis easdem semper annorum series satis definitas reperiri, pluribus exposui in *Ann. d. Inst.* 1878 p. 172 seqq.; res permultis exemplis a. 1881 effossis denuo ita comprobata est (cf. *Bull. arch. comunale* 1892 p. 46 seqq.), ut ingentem illam testarum congeriem non subito et uno impetu factam esse, sed per longam annorum seriem gradatim crevisse iam satis superque constet (cf. supra p. 491).

Ex iis quae de titulis litteris cursivis prope ansam scriptis hucusque exposui iam recte mihi videor statuere posse, eos non ad privatam, sed ad publicam administrationem esse referendos. Sed amphorae de quibus egimus, quamquam eiusdem formae omnes et titulis inscriptae eiusdem argumenti eodemque semper modo dispositis, num omnes eodem modo explicandae sint non diiudicaverim; possunt enim nonnullae, eae inprimis quae antiquioris aetatis sunt, etiam pertinere ad commercium privatum.

Restat ut dicam de litterarum forma et de ratione quam secutus sum in his titulis delineandis atque edendis.

Nomina in amphorarum ventribus signata antiquiore aetate scripta sunt litteris capitalibus non ita magnis formae satis nitidae (cf. n. 3636 seqq.), inde a saeculo II fere medio litteris multo maioribus, quarum forma gracilis et alta plerumque (cf. n. 3693. 3835), interdum crassa et lata (cf. n. 3763. 3944. 3947) vel composita ex lineis tenuissimis partim, partim crassis (cf. n. 3922. 4052) et saepenumero mirum in modum producta atque ornata explicatur et scribentis arbitrio et penicilli flexibilitate. In titulis huius aetatis saepissime primum quodque nominis elementum reliquis est altius aut initialis tantum littera maior fingitur, raro singulae litterae in mediis nominibus producuntur supra versum; I littera in fine cognominis saepissime infra versum extenditur, haud raro simul eminet supra reliquas litteras. Litteris ita conformatis capita et pedes adduntur crassi formam habentes inter rotundam et quadratam; totius litterae habitus licentia quadam potius quam neglegentia saepius ita variatur, ut quaenam sit dubitari possit. Ita orta est C et F, D et O, R et A litterarum similitudo (cf. n. 3722. 3755. 4033. 4123), ita L T E litterae propter linearum transversarum brevitatem vel potius defectum saepissime vix inter se differunt et facile cum I littera confundi possunt (cf. n. 3698. 3837. 4033. 4052). Saepe binae litterae ita coniunguntur, ut pars quaedam unius utrique sit communis, veluti in AN pes secundo prioris litterae ductui additus vice fungitur primae hastae litterae sequentis (cf. n. 3698. 3835); litterae vere contignatae contra raro adhibentur (TE in n. 3879 *a*, CR in n. 3968, NI in n. 3770 seqq., ME fortasse in n. 3698; saepius occurrit VE), vero item interpunctionis signa ponuntur.

Signa numeralia in R et γ picta scripturae proprietates a penicillo ortas omnes continent ita, ut ab usitata numerorum forma longe abhorreant; quamquam peculiaris illa forma non solum penicillo tribuenda, sed fortasse explicanda est etiam e provinciali quodam usu, ut sine dubio ordinis ut ita dicam additicii insolita compositio in his numeris interdum usurpata (veluti CCVVVS pro CCXVS; LLLLVVV vel LLCVVV pro CCXV; . . XXXXX . .) ad Hispanam vel Africanam quandam consuetudinem referenda est[2]). De his notis egi in *Ann. d. Inst.* 1878 p. 162 seqq. et singularum formas ibidem composui in tabula (*tav. d'agg.* M). Exempla postea in Testaceo reperta non solum signum tum deficiens numeri L suppeditaverunt, sed etiam coniecturam, quam proposui de significatione notae 7 (= semis), veram fuisse probaverunt, cum in titulis litteris cursivis prope ansam scriptis ea nota littera S reddatur. Amphorae antiquiores item postea repertae (in fossa aggeris) horum numerorum formam minus rigidam et propius ad usitatam accedentem exhibuerunt; dixi de hac varietate in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 147 seqq. De peculiari igitur harum notarum forma hic iterum agere supervacaneum est, praesertim cum exempla quaedam potiora antiquioris, mediae, posterioris aetatis infra exhibeantur delineata (cf. n. 3648. 3652. 3657. 3703. 3724. 3758. 3785. 3810. 3916 *b*. 4033. 4102. 4491, 17. 20. 31. 41. 54. 63. 73. 96. 106—110. 122. 128); monendum tamen, in amphoris saeculi tertii numerorum formas magis magisque degenerare vel lineis ornamenti causa additis depravari ita, ut quales sint difficile sit dictu.

De scripturae cursivae genere quo usi sunt qui titulos prope ansas scripserunt hic pauca sunt adnotanda, cum praecipuae litterarum formae in fine huius voluminis tabula componuntur. Cursiva quam dicimus scriptura cum animi artissime cum scribentis manu et indole cohaereat, varia eius genera exstare consentaneum est, variantque genera secundum materiam in qua litterae inscriptae sunt. Tituli de quibus agimus calamo potius exarati sunt quam picti penicillo in amphorarum superficie haud vero parum aequali, scabra interdum et cavernosa; nihilominus scriptores in universum curiose et eleganter officio suo functos esse fatendum est. Litterae saepissime lineis rectis vel leviter incurvatis inter se coniunguntur superne; binae litterae continuo ductu exaratae vix inveniuntur, sed saepius ita efficiuntur, ut uno ductu (vel duobus) prior littera et pars sequentis scribatur, altero ductu secunda perficiatur; litterae vere contignatae raro occurrunt. Litteratura pro scribentis indole varia modo simplex est, modo lineis supra vel infra versum longe productis exornata, modo ad uncialem quam vocamus scripturam quodammodo vergit, modo ad capitalem formam fere accedit; litterarum formae nonnullae, quarum usus in quibusdam cursivae scripturae generibus paene sollemnis est, qualis II pro E vel III pro M, omnino desunt, F pro F rarissime adhibetur.

Denique adnotandum est, in multis amphoris vestigia superesse quae probent, veteres ei parti quae inscribenda erat colorem quendam albidum vel gilvum induxisse; quod eos fecisse puto, ne atramentum[3]) in argilla saepenumero nimis bibula dilaberetur; praesertim in amphoris antiquioribus in fossa aggeris repertis saepius occurrunt maculae quaedam ob-

---

[1]) Perraro consules insolito loco ponuntur supra nomen eius qui rem in amphora conditam confecit; cf. n. 3762. 3763. 3924. 4341. 4360.

[2]) Cf. C. I. L. II n. 1398. 1830. 2061. 2302. 2714 (XXCIIX). 3935; VIII n. 8491. 3998 (VL = 45). 3471. 1610 (IIIC). 8777 (LXXXXXIII = CIV). 9115 (LL = C), cet. — Alia exempla additicii vel subtractivi ordinis aut utriusque ordinis iuxta adhibiti in amphoris Testacei memoranda haec fere sunt: XXCVS, XXCXV . ., IXCS = 91 $^1/_2$; in amphora n. 4033 numerus L adscripta I nota quater positus exprimit numerum 204, in n. 4071 SXXC erit 79 $^1/_2$ potius quam 80 $^1/_2$, in n. 4042 SXC erit 89 $^1/_2$ potius quam 90 $^1/_2$.

[3]) Fere omnes tituli amphorarum montis Testacei atramento scripti sunt; qui rubro colore vel minio picti sunt argumento differre solent ab eis quos supra exhibuimus et propterea in fine huius capitis recensentur.

longae (pittaciis similes), in quibus singulae tituli partes inscriptae sunt (cf. *Ann. d. Inst.* 1878 p. 126, *Bull. arch. comunale* 1879 p. 47 adn. 1).

In amphorarum montis Testacei titulis et argumento insignibus et utilibus ad palaeographiae historiam cum aetatem habeant definitam curam me posuisse singularem consentaneum est. Ad legendi difficultatem accessit in hoc inscriptionum genere etiam delineandi difficultas, quarum illa non sine diutino labore, haec non sine multa patientia potuit superari; hanc libri partem opus esse annorum et oculorum meorum partem consumpsisse meliorem spero intellecturos esse non eos tantum qui post me in amphorarum titulis legendis et delineandis elaborabunt. Perpauci sane tituli primo statim obtutu leguntur[1]; plurimi terra interdum durissima vel lapidea quasi crusta obducti variis artificiis, spongia inprimis et limula, parandi ut ita dicam erant ad legendum; alii aliter tractandi erant, ut e. g. ii in quibus color in pulverem fere abiit quam cautissime aqua aspergendi oleove ungendi erant; alii languida tantum et evanescentia litterarum vestigia exhibentes non plena solis luce legi potuerunt, sed tenui luce superne descendente; multorum denique lectio continua paene coniectura erat reperienda. Neque tituli quorum lectio successit statim delineari potuerunt; litterarum enim ductus ut omni ex parte fideliter redderentur spongia et limula iterum et saepius adhibendae erant et per vitrum convexum omnia acrioribus oculis aspicienda. In delineationibus faciendis non charta pellucida usus sum, quippe quae nec satis translucida nec idonea sit ad scribendum propter amphorarum superficiem scabram saepe et cavernosam, sed ea materia quam apud nos nomine non Germanico *Gelatine* dicunt, Itali *talco* appellant. In hac materia titulos ita scripsi ita, ut litterarum formas lineis circumducerem. Imagines ita confectas arte photographica in laminas plumbi (*Zink*) transferendas curavi quae in contextu inseri et una cum reliquis imprimi possent. Hanc ob causam in delineationum modulis variandum erat; sed ne scripturae indoles nimia magnitudinis varietate turbaretur, titulos qui spatii causa ad minorem modulum redigendi erant eodem, quoad fieri potuit, modulo minore exhibui[2]).

Delineationes meae, quamquam plurimae factae sunt locis perquam incommodis — praesertim in speluncis Tabularii, ubi sunt reposita Collegii archaeologici urbani, contraria luce laboravi —, propter peritiam quandam longa experientia comparatam fideles evasisse confido; sed velim in titulis minus certae lectionis illud semper teneas quod Carolus Zangemeister in huius Corporis volumine IV monuit, exempla delineata ita pendere ab eo qui confecit, ut eatenus tantum ipsam veritatem exhibeant, quatenus ille in videndis et expediendis lineis fideliter et feliciter versatus est.

Utile sane fuisset, si omnia quae delineavi exempla hic potuissent exhiberi; sed in tanta titulorum copia artioribus finibus me contineri, et grato animo accipiendum, quod regiae Academiae liberalitate factum est ut praeter exempla, quorum lectionem non satis expedivi vel quibus exprimendis ars typographica impar est, tituli litterarum forma notabiliores repraesentari potuerint fere omnes.

Sequuntur igitur amphorarum tituli dispositi ita, ut initium faciant amphorae antiquiores in fossa aggeris repertae (n. 3636—3690), sequantur amphorae in Testaceo et in area Emporii (ubi antea fuerunt horti Torlonia) effossae[3]) omnes, dispositae secundum nomina eorum, qui rem in amphora conditam confecerunt, ex ordine alphabetico (plures eiusdem hominis amphorae si extant, consulibus notatae praecedunt); exempla in quibus tituli tantum supersunt prope ansam litteris cursivis scripti exhibui in fine secundum ordinem chronologicum vel secundum nomina potiora, ex fragmentorum numero ea tantum recipiens quae non inutilia visa sunt[4]). Ad calcem denique addidi titulos reliquos montis Testacei qui non eiusdem generis eorum sunt, quos supra examinavimus, vel qui picti sunt in amphoris formae elegantioris.

[1]) Cf. *Ann. d. Inst.* 1878 p. 125.

[2]) Modulus ubique fere indicatur adscriptis numeris 1/1, 3/4, 2/3 cet.

[3]) Inserui pauca exempla eiusdem generis reperta variis locis in urbe. — Loca ubi singula exempla in Testaceo reperta vel effossa sunt indicavi eodem modo quem in edendis sigillis secutus sum: cf. supra p. 492. De effossionibus factis in hortis Torlonia et de variis locis unde amphorarum tituli prodierunt (indicantur ea verbis *cavo 1* vel *2*, *tasto 1* vel *2*) dixi in *Ann. d. Inst.* 1878 p. 184 seqq.

[4]) Fragmenta in tota hac parte ita abundant, ut eorum delectus et potuerit et debuerit haberi quam latissime. Fragmenta igitur, quae aut numeros tantum exhibent non integros, aut nomina consulesve continent multis exemplis integris vel fere integris iam notos, aut breviter tantum memoravi aut omnino omisi ubi sine rei detrimento id fieri potuit.

Cum propter spatii rationes tituli saepissime non eodem ordine exhiberi potuerint quo in amphoris scripti sunt, hic iterum monendum est inscriptiones huius capitis, quarum singulas partes litteris α β γ δ ε designavi, in amphoris constanter dispositas esse ita:

α in collo

β in ventris parte superiore

γ in ventris parte media

δ oblique prope ansam dextram

ε infra ansam

Nimia pictarum litterarum varietas, inprimis a et m elementorum formae inter ᴧ et λ vel ᴍ et ʍ variantes, cum typis repraesentari vix possint, ubique fere adhibui λ et ʍ, reliquae litterae omnes typis solitis redduntur. In titulis cursivis prope ansam (δ) scriptis, quos litteris minoribus imprimendos curavi, litteras supra vel infra versum productas aliasque cursivae scripturae proprietates typis significare neglexi. Litteris dubiae lectionis superscripsi interrogationis signum (veluti v̊), litteram lectionis vel interpretationis prorsus incertae signo ? expressi.

3636 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α evanuit

β λ ATili MACRI

γ CLXXXV

δ

pelLIONIS λ

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 154 n. 98, tab. XV—XVI, 1. — δ: ultima littera, quamquam non est plane certa, fuit sine dubio λ, id est *a(rca)*, cf. n. 3637. 3642. 3643. 3648 cet. et quae adnotavi p. 561 in fine.

A. Atili Macri nomine inscripta est etiam amphora formae elegantioris n. 4720, quae videtur continuisse liquamen; verisimile est igitur, in hac quoque liquamen fuisse.

3637 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α LXXIIS

β C ATILI SECVNDI

γ CLXXIII

δ

MAXSVMI A

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 155 n. 99, tab. XV—XVI, 2. — γ: ultima nota utrum ι sit an s dubitari potest. — δ: *Maxsumi*, *a(rca)*; cf. p. 561 in fine.

In ansa impressum est sigillum n. 6143*b*.

Amphoram oleum continuisse exposui in *Bull.* l. c. p. 151 seq. Capit enim litra 68 = sextarios 115,17; cumque olei sextarius pendat uncias 18 vel libras 1,50, oleum, quo amphora repleta erat, pendebat 115,17 × 1,50 = 172,75 libras, quae ponderi in ventre amphorae (γ) signato fere respondent. Amphora vacua pendit chiliogrammata 27.

3638 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α XLIII δ evanuit
β C ATILI·SECVNDI
γ CXXI..

Descripsi. — α: duae priores notae evanescentes videntur esse XL potius quam LX. — In spatio inter α et β supersunt vestigia litterarum magnarum (rubro scr.).

In ansa impressum est sigillum n. 3143*b*.

3639 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α LXXVIIIIS
β AA ATINIS·
γ \..VIII
δ

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 153 n. 96, tab. XIII—XIV, 24. — γ: ultima nota utrum I sit an S dubitari potest. — δ: quae post *Hispani* sequuntur legere non contigit; prima littera est A, *Atini* non videtur fuisse.

De nomine tertio casu posito, quod occurrit etiam in amphora n. 3646, vide quae adnotavi p. 560 adn. 2.

Eodem nomine signatae sunt amphorae ooooullae formae elegantioris quae garum continebant (vide infra n. 4695 seqq.); propterea in hac quoque et in duabus sequentibus garum conditum fuisse verisimile est. Elegantiores illae amphorae cum gari florem continerent, in his amphoris rudioribus garum fortasse conditum erat sequentis gustus; cf. *Bull.* l. c. p. 153 adn. 1. — Notandum in amphora Pompeiana (nondum edita) nomen esse inscriptum *A. Atini Crescentis*.

3640 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α evanuit δ
β AA AtINIS
γ evanuit

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 154 n. 97, tab. XIII—XIV, 23. — δ: post nomen nunc fere totum deletum sunt duae A, cf. n. 3675.

In ventre impressum est sigillum n. 2752*b*.

3641 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α evanuit δ desideratur
β A·A·ATINII..
γ CxCII

Descripsi.

Contra consuetudinem inter praenominis litteras initiales positum est interpunctionis signum. Idem factum est in amphora quam edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 99 n. 76 *A. A( ) Atinis* legens pro *(Duobus) A(uliis) Atiniis*. — Notandae sunt in tribus amphoris n. 3639—3641 eiusdem sine dubio aetatis scribendi formae ATINIS, ATINIS, ATINIIS.

3642 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α LXXII δ
β P·ATTI·SEVeri
γ CLXXII

Descripsi et delineavi. — γ: secunda nota quamquam ita picta est, ut utrum L fuerit an X incertum sit, non potest esse nisi L. — δ: *iuliani*, *a(rca) XVI*, *gam(us)*. De vocabulo arca cf. p. 561 in fine.

P. Attius Severus occurrit etiam in duabus amphoris formae elegantioris n. 4748. 4749, in quibus utrum vinum an garum conditum fuerit incertum est.

3643 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α LXXXII δ
β γ desiderantur

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 162 n. 112, tab. XV—XVI, 12. 12*a*. — δ: *iuliani*, *a(rca) XVI*, *for(tunatus)*.

3644 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α LX.. δ
β P ATTI SEVeri
γ CCXXV..

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 156 n. 101, tab. XV—XVI, 11. — δ: vestigia incerta post *Montani* collatis duobus titulis praecedentibus existimanda sunt esse numeri AA (vel notae XX? cf. n. 3684); in fine videtur esse *Gam(us)* ut in amphora n. 3642.

Numerum in ventre scriptum erratum esse puto pro CLXXV . . ., cum in omnibus his amphoris notioribus nota in ventre signata notam in collo scriptam superet numero fere constanti (100 circiter).

3645 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α LXXI δ desideratur
β P·ATTI SEVER·
γ CLXXIII

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 156 n. 100, tab. XV—XVI, 9.

3646 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

α ..II δ
β
γ CLXXIII

Delineavi. — β: *QQ. Caecilis*. Idem nomen eodem casu positum (cf. quae adnotavi ad n. 3639) occurrit in duabus amphoris formae elegantioris n. 4753. 4754. — δ: fuit fortasse *certi*, *a(rca)* . . .

3647 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria (amphora formae 19) [repos. urb.].

α LS δ
β C·CassidAni CONVIVÆ CALPVRNI ſ
γ CLIIIS

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 159 n. 106, tab. XV—XVI, 5. — δ: nota post *Calpurni* cum non sit A littera (ut in n. 3636. 3637 cet.), erit fortasse nota numeri fracti (cf. n. 3678. 3679. 3681).

Amphoram, quae capit litra 39 = sextarios 71, 298, neque olaem continuisse neque vinum exposui in *Bull.* l. c. p. 152; continuit fortasse mel (71,298 × 2,25 = 160,42 libras) aut, quod magis crediderim, garum vel liquamen, quamquam de pondere gari nihil traditum est (vide ibidem p. 152 seq.). Amphora vacua pendit chiliogrammata 19,9.

3648 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

Delineavi. — α. γ: numeri sunt LIIS (quid sit nota superscripta duabus I non video) et CIIIIS (expectatur potius CLXS). — δ: *Flavi Galli*, *a(rca)*.
In fragmento eodem loco reperto [repos. urb.] superest tantum tituli δ pars, ita: FLAVI·CA|.

4530 in campana amphorae formae 3 similis in Tiberi rep., atramento scriptum [repos. therm. Dioclet.].

Delineavi. — *Af(   )* (vini fortasse nomen, sed secunda littera utrum F sit an E incertum est) *III* *v* (nota in fine addita similiter occurrit in amphoris n. 4535. 4580. 4639. 4644) *Cn. C(   ) C(   )*. *III* post vini nomen videtur esse intellegendum potius *trium annorum* quam *amphora tertia*; de numerorum III, IV, V in amphoris vinariis interpretatione vide quae exposui in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 63. ¹/₁

4531 in campana amphorae formae 3, gilvo colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

Delineavi. — *Alb*(anum); *Gaetulico et Calvisio* [co](n)s(ulibus) (a. 26 p. Chr.) *diff*(udit) *Gamus l*(ibertus).

4532 in campana amphorae formae 2 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

ab una parte

ab altera (ab alia manu)

VINVM VETVS
SCATTLVI·SORICIS litt. cursivis

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 56 n. 14, tab. XI—XII, 3. 4.

Titulus prior, quamquam ab una manu videtur esse exaratus, fortasse notas continet duas tresve diverso tempore scriptas, quarum una potest fuisse CCAA... (vix *CC. Atinis* ut est in amphoris n. 4701. 4702), altera *Fal*(ernum) *IIII* (i. e. *annorum quattuor* aut *amphora quarta*), tertia *Amineum Campan*(um). De vino Amineo cf. imprimis Columella III, 9 § 3 et Cato de r. r. 6. 7; Amineas vites in Campania cultas memorat Plin. n. h. XIV § 21 seq. et Macrob. sat. III, 20 § 7 Amineam uvam a regione nomen traxisse affirmat 'nam Aminei fuerunt ubi nunc Falernum est'.

Postea ut videtur amphora continuit *vinum vetus S.....ti Soricis* cuiusdam.

4533 in amphora non magna (formae 10 similis), atramento scriptum [repos. urb.].

in ventris parte superiore — prope ansam dextram, oblique

Delineavi. — *Amin*(eum). *C. Alfi Patirian*[*i*] vel *Papirian*[*i*].

In collo impressum est sigillum n. 3476 *a*.

4534 in campana amphorae formae 3 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

ab una parte

ab altera, litteris evanescentibus

M·I N

Delineavi. — *Am*(ineum?) *V* (i. e. *quinque annorum* potius quam *amphora quinta*) *Cn. Iun*(i) *Arabi*.

Ab altera parte: post M interpunctionis signum incertum, ultima littera aut A fuit aut M.

4535 in fragmento (campana) amphorae (formae 3?) eodem loco rep. [repos. urb.].

Delineavi. Litterae L et AM (*Amineum?*) pertinent ad titulum primarium atramento scriptum; titulus postea superpositus rubro colore exaratus est. Post *Sicca* videntur esse vestigia 2 litterae. In fine duae notae, quarum prima similis est notae quae occurrit in amphoris n. 4580. 4639. 4644.

4536 in campana amphorae formae 2 similis in Tiberi ut videtur rep. [repos. therm. Dioclet.].

ab una parte, gilvo colore scriptum

ab altera, atramento scriptum (ab alia manu)

...SE
...I OPTATI

Descripsi et delineavi. — *C. Cilnio Proculo co*(n)*s*(*ule*); *Apianu*(m) *Can*-*t*[*i*]*niae Postumae* ... *XXI lacona oc*... ..???? V. 1 *Proculo*, quamquam litterae fere totae evanuerunt, certae lectionis est. V. 4 quae post *lagona* sequuntur incerta sunt. V. 5 post D(?) nihil videtur fuisse.

C. Cilnius Proculus consul nondum innotuit; potest quodammodo pertinere ad C. Cilnium Paetinum proconsulem et legatum Tiberi Caesaris cuius est titulus C. I. L. VI 1376. — Apianae uvae et Apianum vinum memorantur a Columella III 2 § 17 seqq., XII 39 § 3, XII 47 § 3 et a Plinio n. h. XIV § 24, qui Etruriam nulla magis vite gaudere dicit.

4537 in amphora formae 1 similis rep. ad viam Ostiensem chiliom. VI in fundo *la Valchetta* (in amphora Capenate GARR.), rubro colore scriptum [ibi adservatur].

in parte superiore colli

in campana

ab altera parte colli (ab alia ut videtur manu) litteris magnis scriptum

POL
…ATI

Descripsi et delineavi. Ediderunt Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 168 (ita: AC·CER ‖ C·DOMIT et CN·COR // ‖ COS); melius Garrucci syll. n. 931, v. 2 legens C·POMIT 'nota gens Pomitina'. In amphora re vera cernitur POMIV; sed quod nunc apparet P haud scio an fuerit D.

Ar(visium?) Cer(. . . . nus) C. Pomit(ius) vel *C. Domit(i)*; *Cn. Cor(nelio), P. Lic(inio) co(n)s(ulibus)* (a. 97 a. Chr.). — Arvisium (cf. quae adnotavi ad n. 4539) in hac amphora conditum fuisse coniecit Garruccius, sed potest etiam fuisse vinum Aricinum.

4538 in collo amphorae formae 1, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte
Ꭿ

ab altera parte vestigia litterarum rubro colore scriptarum

Descripsi. — *Ar(visium?)*.

4539 in campana amphorae formae 1 in Esquiliis repertae in atrio scholae effossae *ove il viale Principessa Margherita incomincia ad attraversare l'elevazione dell' aggere Serviano*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Descripsit etiam Mommsen memoravitque in *Bull. d. Inst.* 1873 p. 71. Edidit Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 40.

Ti. Claudio, P. Quinctilio co(n)s(ulibus) (a. 13 a. Chr.) *a(nte) d(iem) XIII k(alendas) Iun(ias) vinum diffusum (est) quod natum est duobus Lentulis co(n)s(ulibus)* (a. 18 a. Chr.). *Autocr(atum).* — Vocabulo breviato AVTOCR, quod interpretem adhuc non habuit, vini genus indicari puto ab Athenaeo p. 32f (= I cap. 59) his verbis laudatum: χαριέστατος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος. διαφοραὶ δὲ αὐτοῦ εἰσι τρεῖς· ὁ μὲν γὰρ αὐστηρός ἐστιν, ὁ δὲ γλυκάζων, ὁ δὲ μέσος τούτων τῇ γεύσει αὐτόκρατος καλεῖται. Plin. n. h. XIV § 73: 'in summa gloria . . . fuere Thasium Chiumque, ex Chio quod Ariusium vocant'. Cf. etiam Galen. vol. X p. 832 ed. Kühn. — Verba *vinum quod natum est illis consulibus* in mentem revocant Horatiana *o nata mecum consule Manlio . . . pia testa* (carm. III, 21).

4540 in parte superiore colli amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, albo colore scriptum [repos. urb.].

AC

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 72 n. 26, tab. XVIII, 4.

Duabus litteris AC fortasse vini nomen significatur (ut in amphora eiusdem formae n. 4552), puta *Aricinum Cer(   )* (cf. n. 4537) aut *Amineum Campanum* (cf. n. 4532).

4541 in collo et campana amphorae formae 2 eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

A·…
VET (litt. magnis)
S·P B

Descripsi (ultima littera B potius quam R). — *A . .* (vini nomen breviatum) *vet(us) S. P(   ) B(   )*.

4542 in collo et in campanae parte superiore amphorae formae 3 similis eodem loco rep., colore albo vel potius flavescente scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 64 n. 20, tab. IX—X, 15; cf. p. 104.

Sum vet(us) V (i. e. *quinque annorum*), *Baeter[r](ense), L. Marti Satulli* (*summissum vetus* proposuit Mommsen citans amphoram n. 4582). Nomen prope ansam scriptum utrum IVL fuerit an FVL dubitari potest. — Vinum ex colonia *Baeterrae Septimanorum* Galliae Narbonensis memoratur a Plinio (n. h. XIV § 68) 'Baeterrarum intra Gallias consistit auctoritas'.

4543 in campana amphorae formae 2 eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

Ꭿ
BAE…ER… (litt. parvis nitidis)
ALB

Descripsi titulum fere totum evanidum. — *. . Baeter[rense] alb(um).*

Prope pedem acuminatum impressum est sigillum n. 3547.

4544 in collis trium amphorarum formae 3 (*a* rep. in Esquiliis *via Leopardi*; *b* duobus exemplis extat, quorum unum rep. in Esquiliis, alterum in fossa aggeris ad Castra praetoria), rubro colore scriptum [repos. urb.].

a BENev

b B (litt. magnis)

Descripsi et delineavi. — *Benev(entanum)*. Cf. Athen. p. 31 a (= 1 cap. 57): Πολύζηλος δὲ αὐτίτην καλεῖ οἶνον ἐν Ῥόδῳ. Πλάτων δ' ὁ κωμικὸς καπνίαν κάλλιστος δ' οὗτος γίνεται ἐν Βενεβέντῳ πόλει Ἰταλίας.

4545 in amphora formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte (in colli parte superiore)

CAEC
CD

in campana (ab alia ut videtur manu)

CD

ab altera parte (in colli parte superiore)

D

(omnia litteris magnis notatis antiquioris)

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 54 n. 11. — Amphora continuit vinum Caecubum 'cui erat generositas celeberrima in palustribus populetis sinu Amyuclano' (Plin. n. h. XIV § 61). In titulo priore numerus CD; secunda nota eiusdem formae occurrit in amphora n. 4584 a.

In collari impressum est sigillum n. 3570.

4546 in summa colli parte amphorae formae 1 in Esquiliis rep. una cum n. 4539, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Ъ XX
CAE
C O R

Descripsi et delineavi. Descripserunt etiam Bruzza et Mommsen. Ed. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 41 parum accurate.

In amphora utrum vinum fuerit factum ex uva Tudernis vitis quam Tuscis peculiarem esse dicit Plin. n. h. XIV § 36, an vinum *Cae(cubum)*, incertum est.

4547 in collo amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

CAES·COS
CAR·

Descripsi et delineavi. — *Caes(are) co(n)s(ule)*; CAR utrum vini nomen sit breviatum, puta *Ca-r(yinum)* vel *Car(oenum)*, an domini nomen *C. A( ) R( )* incertum est. Cum in amphoris formae 1 consules anno 13 a. Chr. recentiores non occurrant, *Caesar* existimandus est esse aut Caesar aut Augustus et nota ad annum 59 aut 45(?) a. Chr. referenda.

4548 in campana amphorae formae 3 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

ab una parte, (litteris parvis)

COTNGR
& ·

ab altera, (litteris magnis)

FL·CAEC
SVBDV

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 85 n. 57, tab. XI—XII, 25. — Amphora potest continuisse vinum factum ex malis cotoneis (cf. Plin. n. h. XIV § 103 'vinum fit et . . . e piris malorumque omnibus generibus'; Apicius 1, 2 memorat 'defrutum quod fit de cotoneis'). Titulus alter quomodo intellegendus sit, incertum est: *Fl(avius) Cae(cilianus)*, *Subdu(ranus)* (cf. n. 4767) aut *Fl(avi) Caec(iliani)*, *subdu(lce?)*.

4549 in collo amphorae formae 6, rubro colore scriptum [repos. urb.].

C·VE 1/2

Delineavi. — *C( ) vet(us)*.

4550 in parte superiore colli amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

K·VE (litt. magnis)

Descripsi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 73 n. 29. — *K( ) vet(us)*.

4551 in collo amphorae formae 6 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

D
A II (litt. maiusc.)
CXVII

Descripsi. — *D( )* (vini nomen, *defrutum?*) *a(nnorum) II*, *(amphora?) CXVII*.

4552 in parte superiore colli amphorae formae 1 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

F C

Descripsi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 72 n. 27. — An *F(alernum) C(aucinum)*? Cf. Plin. n. h. XIV § 63 'tria eius (vini Falerni) genera: austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt, summis collibus Caucinum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum'.

4553 in collo amphorae formae 1 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte

F·TANr 1/2

ab altera

XX

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 72 n. 25, tab. IX—X, 28.

Secunda littera neque T videtur esse neque S, sed potius F imperfecta, legendum igitur propono *F(alernum) Faus(tinum)*. *c* (fortasse numerus). Cf. Plin. n. h. XIV § 62. 63 et n. 4552.

In collari, argilla nondum cocta, signata est littera vel nota supra edita n. 3616 *fff*.

4554 in collo amphorae formae 1 similis in Esquiliis rep. prope ecclesiam s. Antonii, rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 17; inde memoratur a Garruccio in *Civiltà cattolica* 1877 p. 205 seqq.

Fal(ernum) Mas(sicum?). *Q. Lutatio, C. Mario co(n)s(ulibus)* (a. 102 a. Chr.; iterationis nota ut post nomen Marii omissa est).

Nota sunt vina Falerna et Massica; Falernum Massicum, natum scilicet in vineis quibusdam agri Falerni Massicis montibus conterminis, nunc primum innotuit. Martialis (XIII 111) Massicum adnumerat Falernis vinis.

Ventri amphorae, argilla nondum cocta, stilo inscripta est littera c magna (= n. 3616m).

4555 in collo amphorae formae 1 similis rep. inter Viminalem et Esquilias, rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. — *F(alernum)*. *C. M(ario), Q. L(utatio) co(n)s(ulibus)* (a. 102 a. Chr.). Hic quoque iterationis nota ut post nomen Marii omissa.

4556 in collo amphorae formae 1 similis rep. una cum n. 4537 in fundo *la Valchetta*, rubro colore scriptum [ibi adservatur].

$^{1}/_{4}$

Delineavi.

De nomine vini dubitari potest. Potest enim esse aut *Fo(rmianum)* aut, quod magis crediderim propter titulum sequentem in quo est F·O, *F(alernum)* a fundo quodam *O(. . . . . ianum)* cognominatum; nisi forte hac amphora continebatur *F(alernum) O(pimianum)*, natum scilicet L. Opimio consule (a. 121 a. Chr.), memoratum a Cicerone (Brut. 83 § 287: si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anicium consulem quaerat) et a Petronio (34: statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae[1]), quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo *Falernum Opimianum annorum centum*), cf. etiam Plin. n. h. XIV § 55. Quod si verum est, *M'. Aq(uillio) co(n)s(ule)* huic amphorae adscriptum non indicat, ut in reliquis, annum quo vinum natum est sed quo diffusum est; nec erit intellegendum de anno 129 a. Chr., sed de anno 101 a. Chr. (amphora n. 4537 una cum hac reperta exhibet notam anni 97 a. Chr.).

[1]) De verbo quod est gypsare vide quae adnotavi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 44.

4557 in collo amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, minio scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. — *(Amphora) v; F(alernum) O(pimianum?)* aut *V(inum) F(alernum) O(pimianum)*. In amphora n. 4564 est vini *Fal . . .*

Cf. quae adnotavi ad amphoram praecedentem.

4558 in collo amphorae formae 1 eodem loco rep., minio scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. — *F(alernum) v(etus)* aut *F(alernum), v* (i. e. *quinque annorum* vel *amphora quinta*). LAE·NER· consules (vel consul?) neque annorum 36 vel 20 a. Chr. videntur esse, neque anni 3 p. Chr.; sed cum hac aetate litteratura tituli satis antiqua et amphorae forma fere convenit.

4559 in amphora formae 1 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

in collari

$^{1}/_{3}$

in collo

L·SATVRNINI·
CCXLIX·

Descripsi et delineavi. — *Fal(ernum) fund(i) Aniani; M. App(uleio), P. Sil(io) co(n)s(ulibus)* (a. 20 a. Chr.). *L. Saturnini, (amphora)* CCXLIX. Sed haud scio an cogitari possit etiam de Falerno Fundaniano. *L. Saturninus* est fortasse *L. Volusius Saturninus* in amphora eodem loco reperta n. 4646 memoratus; cf. etiam n. 4571 et quae ibi adnotantur.

4560 in collo amphorae formae 1, rubro colore scriptum [Romae apud antiquarium quendam].

litt. magnis

Delineavi. — *Fal(ernum) vet(us)*, infra monogramma incertae interpretationis.

4561 in collis duarum amphorarum formae 1, quarum una rep. in Esquiliis [repos. urb.], altera ad viam Ostiensem una cum nn. 4537. 4556, rubro colore scriptum.

FA.

Descripsi.

In una amphora impressum est sigillum n. 3567.

4562 in collis duarum amphorarum formae 1 rep. in Esquiliis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

L
FALE

Descripsi. L littera singularis ab altera fortasse manu scripta est colore obscuriore.

Prope pedem acuminatum unius amphorae impressum est sigillum caduceum ut videtur exhibens.

4563 in collo amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

F A L (litt. magnis)

Descripsi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 55 n. 12. — V. 2 fuit fortasse anni nota.

4564 in fragmento (collo) amphorae rep. al *palazzo dell' Esposizione*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

VINI FAL
A · A . . .

Descripsi et delineavi.

4565 in campana amphorae formae 2 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, albo colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — Intellegendum fortasse *Fuf(ianum)* i. e. *vinum ex fundo Fufiano*, si tertia littera re vera est F (linea infra addita potest pertinere ad S versus sequentis); Bormannus proposuit *F(alernum) ve(tus)*. V. 3 est nota anni 13 p. Chr. *Plan(co) et Sil(io) co(n)s(ulibus)*.

4566 in amphora formae 1 eodem loco rep. [repos. urb.].

in collo, rubro colore scriptum

in campana, albo colore scriptum

FVND · PASIANI · A[E]MIL·
III
TVLL· ET [AVTR]ON · COS

Delineavi titulum priorem; alterum in campana scriptum nunc totum evanidum exhibeo ad apographum meum in loco ubi amphora reperta est festinanter confectum.

Fun(danum) P(asianum). L. Tull(o), L. Aut(ronio) co(n)s(ulibus) (a. 33 a. Chr.). — *Fund(ani) Pasiani A[e]mil( ) (amphora) III; Tull(o) et A[ut]ron(io) co(n)s(ulibus)*.

4567 in duabus amphoris formae 1 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb. (una in Tabulario)].

in collari

FVND

in collo

in campana unius videntur esse vestigia litterarum albarum

Descripsi et delineavi (in uno exemplo pars dextra tituli consules exhibentis periit). — *Fund(anum). Imp(eratore) Caesar(e) IX, M. Silan(o) co(n)s(ulibus)* (a. 25 a. Chr.).

4568 in collo amphorae formae 4 eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

p. cOrnelio scipIONe
C · *Calpurnio a*VIOLA COS (a. 24 p. Chr.)
. SI . . . . . . *al*
FVNDANVM TRIA.

Descripsi ut potui titulum fere totum evanidum. — V. 3 post lacunam unius litterae pars S vel E litterae, sequitur I, tum C vel O. V. 4 fuit *Fundanum trim[um]*.

Ab altera parte colli impressum est sigillum n. 3458a.

4569 in amphora formae 1, rubro colore scriptum [Romae in Tabulario].

in collari
FVND · XCIII

in collo vestigia tituli rubro colore scripti

Descripsi et delineavi. — *Fund(anum), (amphora) XCIII*.

4570 in amphora fracta (formae 9 similis) rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

ab una parte in collo, atramento scriptum



ab altera parte, in collo et ventris initio (ab alia manu)



Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 47—48 n. 7, tab. XI—XII, 1 et IX—X, 6.

Titulus prior altero antiquior generis eorum est qui editi sunt n. 4732 seqq. V. 2 num numerus fuerit incertum; v. 3 numerus CC; v. 4 fuit nomen *L. . . . . ti*; prope ansam post *Gemelli* superest littera incerta (A . . potius quam D . .).

Amphora, quae primo videtur garum continuisse, postea transiit in alium usum. *Gaditanum* enim, quod in secundo titulo scriptum est, de vino intellegendum esse putaverim, cum solo adiectivo vina designari soleant et anni nota (31 p. Chr.) in amphora vinaria recte locum habeat. Ceterum scriptores vinum Gaditanum non memorant et fieri potest ut *Gaditanum* non sit vinum, sed garum vel oleum. Notae quae praecedunt (hasta singularis permagna initio posita stilo incisa est in argilla iam cocta et rubro colore repleta) quomodo intellegendae sint nescio; nam solita significatione — *amphora una* (= 48 *sextarii*), *sextarius unus*, *quadrans* (*sextarii*), *dodrans* (*sextarii*), aut *amphora una*, *sextarii quadrans*, *sextarii dodrans*, i. e. sextarii $48+1+{}^{1}/_{4}+{}^{3}/_{4}$ aut sextarii $48+{}^{1}/_{4}+{}^{3}/_{4}$ — patet eas accipi non posse.

4571 in campana amphorae formae 2 vel 3 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].



Delineavi magno labore titulum lectu difficillimum cum rubrae litterae in amphora rubra male dignoscantur.

Vini genus in amphora adservatum insolita formula nisi fallor indicatur ita: *Nat(um) Gavian(o)*, scilicet in fundo, consulibus illis (a. 2 ante Chr.; post *imp. Caesare* iterationis nota omissa est); deinde *diff(usum)* esse dicitur consulibus illis, *suff(ectis)* illis (a. 3 p. Chr.). Verbum quod est natum similiter usurpatur in amphora n. 4539 (*vinum*) *quod natum est duobus Lentulis consulibus*. Incertae interpretationis sunt notae M·PXLV. Nam fundi dominus iis vix significatur, potius fundum Gavianum millia passuum XLV ab urbe afuisse ita indicari potuit.

Titulus maxime memorabilis est quod in eo, unico in his titulis exemplo, praeter consules ordinarios anni 3 p. Chr. etiam suffecti nominantur. Quod ita videtur esse explicandum. Pars amphorarum una cum nostra in aggeris fossa repertarum cum ex cella L. Volusi Saturnini esse videatur (cf. n. 4559. 4646. 4784), servus dominum adulans titulo suffectorum nomina addidit cum dominus consul suffectus factus est. [*Suffectos* appellari a scriptore consules, parum probabile est. Fortasse explicandum est *suff(usum)*. Si vacuum in vase vinario natum est vel eo quod lignum aut testa amorem combibit vel eo quod vinum, ut floris tempore solet, aestuaverat, vas antequam obturetur et impicetur, replendum est tantulumque vini infundendum quantum consumptum erat. Hac cautione veteres usos esse, ubi opus erat, per se veri simile est, licet ab auctoribus fortasse non commemoretur. Certe aptum est rei verbum suffundendi, i. e. parce affundendi, aspergendi. K. ZANGEMEISTER].

4572 in parte superiore colli amphorae formae 1 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 65 n. 21, tab. IX—X, 21.

Amphora continuit vinum *Gem(ellum)* (cf. C. I. L. IV 2676 = Ephem. epigr. I 1872 p. 161 n. 172) vel *Gem(inum)* (ita appellatur a Catone de r. r. VI, 4 = Varr. de r. r. I, 25 = Plin. n. h. XIV § 46), factum scilicet ex uvis gemellis vel geminis (Plin. n. h. XIV § 22; Colum. III, 2, 10 = Isid. orig. XVII, 5, 18) quae fuerunt aminearum genus. Notae v. 2 scriptae quomodo intellegendae sint non liquet (prioris notae formam atramentum de littera O decurrens fortasse nonnihil immutavit); OOCCC vix erit.

4573 in campana amphorae formae 2 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

a) rubro colore scriptum

$^1/_2$

b) altera manus in loco tituli a atramento scripsit

$^1/_2$

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 50 n. 8, tab. IX—X, 7. 6.

Geminis II (i. e. *duobus*) cos (a. 29 p. Chr.) pro *duobus* vel *II Geminis* cos (cf. supra n. 4539 et C. I. L. III 3494). Sequitur vini nomen quod videtur fuisse *Ha*[*tr*]*a-nian*(*am*), quamquam littera vel duae litterae post HA prorsus incertae sunt. In fine *diffus*(*um*) *trimum*, ubi notandum est ultimum elementum per compendium opinor scriptum ita, ut A fere litterae formam referat.

Littera vel nota initio tituli posterioris posita qualis sit nescio. Sequitur nota anni 36 p. Chr. *Sex. Papinio, Q. Plautio cos.*

4574 in ventre amphorae formae 1 eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

litt. maioribus

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 55 n. 13, tab. XVIII, 2. — Prima littera vel nota V in ansa scripta est (cf. n. 4604).

Amphora videtur continuisse vinum *Helveolum* vel *Helviolum*, de quo cf. Cato de r. r. 24 et Schneider in commentario ad Colum. III, 2, 25.

4575 in amphora formae 1 eodem loco rep. [repos. urb.].

in collo, rubro colore scriptum — in campana, albo colore scriptum ab alia manu

LA

FISC litt. magnis

$^1/_2$

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 41 n. 4 et tab. IX—X. 3, ubi dixi de scribendi ratione *Quintilius, Quinctilius*. *La*( ) (vini nomen, puta *Latiniense* vel *Lagarinum* vel *Laletanum* vel *Laurouense* cet.), *Ti. Clau*(*dio*) *Nero*(*ne*), *P. Quintilio co*(*n*)*s*(*ulibus*) (a. 13 a. Chr.).

Vocabulum FISC quomodo explicandum sit non video; de fisco Caesaris hic cogitari non posse l. c. pluribus exposui. In media circiter parte collum amphorae obturatum est calce harenata, cui impressum est sigillum rotundum nomen exhibens repetitum (cf. n. 4923 et quae ibi adnotantur).

4576 in campana amphorae formae 3 eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

$^1/_2$

Delineavi. — Vocabulo initio tituli collocato litterisque maioribus scripto vinum, nisi fallor, indicatur *Lavi*(*nium*), quamquam a scriptoribus eius mentio non fit. Reliqua ita intellego: *Cn. Domitio Ahenoba*(*rbo*), *Camillo Sc*[*ribo*]*niano* (*consulibus*) (a. 32 p. Chr.) *VIII idus* ... [*d*(*iffusum*) *per*] *Epaphum l*(*ibertum*) ... Tribus litteris quae sequuntur post *idus* mensem significari certum est, fortasse IVN· vel IVL·; sed lectio non est plane certa (nunc apparent PIS·).

Notanda in hoc titulo A litterae forma peculiaris.

4577 in campana amphorae formae 3 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

LAR · VE litt. maiusculis

Descripsi. — *Laur*(*onense*) *vet*(*us*).

4578 in amphora formae 2 eodem loco rep. [repos. urb.].

ab una parte — in media parte campanae, atramento scriptum

ab altera parte — a parte dextra campanae, rubro colore scriptum (ab alia manu)

$^1/_2$ $^1/_2$

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 61 n. 18, tab. XI—XII, 5. 6. — *Laur*(*onense*) *IIII* (sc. *annorum* vel *quadrimum*) *L. I*( ) *F*( ) aut *S*( ). Cf. Ephem. epigr. I (1872) p. 165 n. 195. In altero titulo quattuor litterae dubiae lectionis, tum ɔ (vix nota sextarii ad vinum) XX·MVM (cf. n. 4621, in quo est ɔ IV MVM).

Prope pedem acuminatum impressum est sigillum n. 3503.

4579 in campana amphorae formae 2 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 62 n. 19, tab. XI—XII, 9. — *Vetus IIII* (sc. *annorum* vel *quadrimum*) *Laur(onense)* *L. A( ) Y( )*. Praeterea D littera magna ab alia manu colore rubido picta.

4581 in fragmento (ventre) amphorae formae fortasse 8 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

litt. magnis

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 74 n. 31, tab. XVIII, 5. — Fortasse *L( ) ve(tus)*.

4582 in parte superiore ventris amphorae formae 8 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 51 n. 9, tab. IX—X, 9. — V. 3 inter *fact* et *Nov* extant vestigia incerta duarum vel trium litterarum; v. 4 secunda littera haud scio an fuerit V, sequitur ΛⅡ quod potest esse pars litterae M.

Videtur esse intellegendum *Sex. Papinio et Plautio co(n)s(ulibus)* (a. 36 p. Chr.); *mul(sum) fact(um)* [*kal.* vel *non.* vel *id.*] *Nov(embribus)*; *sum[m]issa in vetusta[tem]* (sc. *amphora*). Cf. Columella III, 10 § 15 'pampinarios ... in resecem submitti'; id. XII, 46, 7 'pomum quod in vetustatem reponitur' et Cato de re rust. 114 (Colum. XII, 28 § 4) 'servare (vinum) in vetustatem'. Mulsi veteris mentio fit apud Plin. n. h. XXXI § 95.

4580 in campana amphorae formae 2 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte

ab altera

litt. magnis

Delineavi. — Notae primi versus quales sint non video (Ↄ vix est nota sextarii ad vinum, cf. 4578. 4621. 4623) nec satis intellegitur quid sit *de Herennio*. In fine *L( )* (vini nomen) *vet(us)*, *C. G( ) M( )*. Ab altera parte nomen ut videtur litteris singularibus breviatum (prima est P, sequuntur G incerta et S); v. 2 prima nota incertae interpretationis occurrit etiam in amphoris n. 4535. 4639. 4644.

4583 in collo amphorae formae 6 eodem loco rep. [repos. urb.].

ab una parte, minio scriptum — ab altera, rubro colore scriptum (ab alia manu)

MVL (litt. magnis pulchris) — QVIIII

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 60 n. 17, tab. XI—XII, 10. — Videtur esse intellegendum *mul(sum)*. In titulo altero incertum utrum nomen sit an numerus.

In collo et in ventre impressum est sigillum n. 2906.

4584 in collis amphorarum formae 1 (*b* in Esquiliis rep.), rubro colore scriptum [repos. urb.].

a	b
OCCIANVM CDLXXIV	OCC

Descripsi et delineavi. — Vinum *Occianum*, a fundo Occi cuiusdam cognominatum, aliunde ignotum. — Numerus in amphora a scriptus num intellegendus sit de amphora quadringentesima septuagesima quarta (cf. n. 4653) incertum est.

In utraque ansa amphorae *b* impressum est sigillum n. 3398.

4585 in collo amphorae formae 3 similis rep. in agro Verano, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — *Claro II co(n)s(ule)* (a. 146 p. Chr.). *T. F( ) C( )* (nomen possessoris) *(Vinum) ex f(undo) Oriano n(ostro)* (aut novo?), *(amphora?) CLVIIII*.

4586 in amphora formae 3 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

ab una parte — in campana, albo colore scriptum

PALMA

ab altero — in summo collo, rubro colore scriptum

PA

Descripsi. — Vinum significatur, nisi fallor, Palmatianum; cf. Cassiod. variar. XII, 12 'Vinum, quod laudare cupiens Palmatianum nominavit antiquitas . . . ita redolet ore ructatum, ut merito illi a palma nomen videatur impositum'.

4587 in fragmento amphorae, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

in ima ansa

PRI V

infra in ventre

1/1

Descripsi et delineavi. — In amphora fuit *Pri(vernas) v(etus?)*. Consules in fine nominati quales sint non liquet: . . *Gellio cos* satis certae lectionis; praecedit fortasse interpunctionis signum et A ut videtur. An consules suffecti anni 40 p. Chr. ita enuntiati: *Nerva, Gellio cos.?* MELLIO COS vix esse potuisse adnotavi dum describo.

4588 in amphora formae 4 similis, rubro colore scriptum [Romae in Tabulario].

in collo

1/8

Delineavi. In titulo priore v. 1 R tantum certae lectionis; videtur praecedere P littera, ante quam est coloris vestigium.

Legendum propono: *Pr* vel . . *pr* (nomen vini breviatum) *d(iffusum) Pasien(o sc. consule)*. — *(Vinum allatum est) non(is) F(ebruariis) ex Ros(ciano) n(ostro) C(aesare) XII co(n)s(ule)* (a. 5 ante Chr.), *d(iffusum) non(is) Iul(iis) Pasien(o consule)* (a. 4 ante Chr.).

Ex Rosciano n(ostro) potius quam *n(ovo)* legendum esse persuadet amphora n. 4585 in qua est *ex fundo Oriano n̄*.

in ventre, a latere dextro

1/8

4589 in amphora rep. Antii in effossionibus a Boccanera institutis in loco q. d. *arco muto*, rubro colore scriptum.

Q ..

C·VAL·M·HER·COS a. III a. Chr.

CVC · L..

Lanciani mecum communicavit (ita ut dedi) et edidit in *Not. d. scavi* 1890 p. 219 (inde Ephem. epigr. VIII (1891) p. 202 n. 806) adnotans ad v. 3 *le lettere che precedono la* L *sembrano essere* DVC *o* DVL.

4590 in amphora formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte, in collo

1/4

ab altera parte, in campana

1/4

Delineavi (v. 1 in collari scriptus est ab alia ut videtur manu). — Vocabulum breviatum initio tituli positum et sine dubio vini genus designans REG potius quam PEG videtur esse, si modo ultima littera G est.

Reg( ). *Q. Lucret(io), M. Vinic(io) co(n)s(ulibus)* (a. 19 a. Chr.). *C. Vibi Clitom(achi)*. — Rheginum vinum laudatur ab Athenaeo p. 26e = I cap. 48.

4591 in collo amphorae formae 1 similis eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

ab altera parte in campana vestigia tituli atramento scripti

1/4

Delineavi. — *Re( )* potius quam *Le( ) C. M( ) C( )*, *(amphora?) XIV*.

4592 in collo amphorae formae 3 similis eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

SVRR
CLOD
NOV

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 58 n. 15, tab. IX—X, 14.

Surr(entinum) Clod(ianum) nov(um), i. e. *Surrentinum novum ex fundo Clodiano*. Fundus Surrentinus Clodi potest esse idem, qui fuit P. Clodi Sperati ex quo prodiit vinum Clodianum memoratum in titulo amphorae Pompeianae a Garruccio parum bene edito (syll. n. 931) et a me emendato in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 196.

4593 in campana amphorae formae 3 similis in Esquiliis rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

L PISENI   litt. magnis
SVET

Descripsi. Litterae secunda et tertia parum certae videntur esse PI; v. 2 fortasse S VET. — *L. Piseni; S* (vini fortasse nomen, puta *Surrentinum*) *vet(us)*.

4594 in amphora formae 6 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

in collo, a parte sinistra

T V L
VET

infra in campana, a parte sinistra

TVL · V

Descripsi. — *Tul(lianum?) vet(us)*.

4595 in campana amphorae formae 2 similis eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

ab una parte   ab altera
V   V
VEIENTANI

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 59 n. 16, tab. XI—XII, 7. — Vinum *Veientanum* acidum atque turbidum, cf. Martial. epigr. III, 49 et I, 103 v. 9 ubi 'faex crassa' vocatur.

4596 in amphora solidissima formae 1 similis [repos. urb.].

ab una parte (in collo, rubro colore scriptum)

VER
FR·G·SEMPR
Q·FABRI   1/3

ab altera (in campana, atramento scriptum)

E KMIANVM

Descripsi et delineavi. Habet etiam Bruzza in schedis, male ita: VER . . IRO (vel G) · SELARI . . OFAO cet. — V. 1 post VER littera G evanescens sed satis certa. — Vocabuli ab altera et recentiore ut videtur manu scripti in campana tres priores litterae valde incertae: *Firmianum* (sc. vinum) potest fuisse, certe non fuit *Formianum* propter spatium.

Amphora continuit vinum a fundo fortasse appellatum *Verg(ilianum?)*. FR( ) versus sequentis num ad vini vocabulum pertineat incertum est; item incertum, num bina nomina quae sequuntur *G. Sempr(oni)* et *Q. Fabri(ci)* annum indicent. Consules si sunt, ei ita ut hic comparent coniuncti ignoti sunt, sed propter tituli litteraturam et amphorae formam inter antiquiores (saec. I—II a. Chr.) quaerendi. Fortasse cogitandum est de anno 129 a. Chr., quo consules fuerunt C. Sempronius Tuditanus et M'. Aquillius; Q. Fabricius potest fuisse suffectus M'. Aquilli.

4597 in collo et campana amphorae formae 6 similis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

VE
C8 ML · ET · SOC
M

Descripsi et delineavi. M littera magna in fine posita ab alia manu addita est.

Ve( ) (vini esse potest nomen, puta *Venafranum*, cf. Athen. p. 27c = I, 48 ὁ Βενεφρανὸς εὐστόμαχος καὶ κοῦφος, aut *Vesuvinum*, cf. C. I. L. IV 2557—2559) *C . . M L. et soc(iorum)*.

4598 in colli parte inferiore (et in campana) amphorae formae 2 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, albo colore scriptum [repos. urb.].

1/3

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 84 n. 55, tab. IX—X, 11. — Fortasse *Ve( ) Ap(. . . ianum)* potius quam *R( )*, *(amphora?) xxx, C. G( ) P( )*.

4599 in amphora formae 4 eodem loco rep. [repos. urb.].

ab una parte   ab altera parte
in collo, albo colore scr.   in campana, atramento scriptum
VE   A . DZ

a parte sinistra campanae, albo et rubro colore scr.

litt. maioribus

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 83 n. 53, tab. XVIII, 8.

4600 in parte superiore colli amphorae formae 1 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

VE   Descripsi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 73 n. 28.

4601 in collo amphorae formae 9 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

VE
III
C M AL . .   CLO

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 83 n. 54, tab. XI—XII, 35. — *Ve(. . .)* vel *Vet(us)* *III* (i. e. *trium annorum* potius quam *amphora tertia*) *C. M( ) N . . .*; prope ansam *Clo . . .*

In pede acuminato, argilla nondum cocta, inscripta est nota n. 3616 ee. Notandum amphoram esse formae earum quae garum continere solent.

4602 in campana amphorae formae 6 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

VE   litt. magnis
C · S · A ·

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 73 n. 30, tab. XI—XII, 11. — *Vet(us)*, *C. S( ) A( )*.

In collo et in campana impressum est sigillum n. 2905; in ventre, argilla nondum cocta, incisa est littera B permagna (= n. 3616 u).

4603 in campana amphorae formae 2 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, albo colore scriptum [repos. urb.].



ab altera parte (in collo) vestigia quaedam evanida litterarum formae capitalis albo colore pictarum

Delineavi titulum male habitum lectuque difficillimum. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 46 n. 6 et tab. IX—X, 5.

V. 1 anni notam fuisse existimo *C. Gemino, L. Gemino cos* (a. 29 p. Chr.). V. 2 init. reliquiae trium litterarum quae non videntur fuisse COS. V. 3 secunda littera utrum D sit an O aperte cum prima coniuncta dubitari potest; post tertiam, quae est I certa, potest fuisse interpunctionis signum, sequitur FV satis certum: de voce *diffusum* tamen cogitari non posse videtur. Inter ERC et litteram V legere mihi visus sum EC vel ET, nisi forte est una tantum littera H. *Vinum simplex*, cuius fit mentio in n. 4, est vinum non conditum nec pigmentorum commixtione compositum (cf. Isid. orig. XX, 3, 9).

4604 in amphora formae 1 eodem loco rep. [repos. urb.].

in collo, atramento scriptum — in campana, albo colore scriptum

LXXII — IX

in ventre, albo colore scriptum



litteris maioribus

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 66 n. 22, tab. XVIII, 3. — Prima littera vel nota V in ansa scripta est. Vini nomen quale fuerit non expedio. Cf. titulum simillimum n. 4574.

Prope collum, argilla nondum cocta, incisae sunt litterae supra editae n. 3616 *lll*.

RELIQVAE AMPHORAE VINARIAE

(adde ex superioribus n. 3465. 3472. 3620. 3626).

4605 in collo amphorae formae 1, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

P LIC GN·COR· COS — a. 27 a. Chr. — 1/1 — Delineavi.

4606 in collo amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

hic vestigia nonnulla scripturae evanescentis

1/3 Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 40 n. 1 et tab. IX—X n. 1. — *L. Libon(e), L. Atrat(ino)* c[os] (a. 34 a. Chr.).

In ventre amphorae, argilla nondum cocta, inscripta est littera M magna.

4607 in collo et in fragmento duarum amphorarum formae 1 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

a. 25 a. Chr. — 1/3

Delineavi (in uno exemplo desunt duae litterae). Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 41 n. 2. 3, tab. IX—X, 2. — Cf. supra n. 4567.

4608 in campana amphorae formae 2 similis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte



1/1

ab altera

1/2 Delineavi. Praeter *P. Scip(ione)* cos et litteras singulares ab altera parte scriptas omnia incerta. Videntur esse consules anni 16 a. Chr. L. Domitius Ahenobarbus et P. Cornelius Scipio.

4609 in campana amphorae formae 4 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

C MARCIO
C·ASINIO COS — a. 8 a. Chr. — Descripsi et delineavi.

4610 in amphora fracta eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

1/1

Delineavi. — *Sisen[na Stati]lio, [S]cribonio Libone co(n)s(ulibus)* (a. 16 p. Chr.) [*dif*]*fusum bim[um]* ... *idus Maias*.

4611 in fragmento (ventre) amphorae parvae ut videtur, eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 46 n. 5 et tab. IX—X, 4. — *D. Hater(io), C. Sulpic(io) co(n)s(ulibus)* (a. 22 p. Chr.).

4612 in fragmento (campana) amphorae eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 53 n. 10, tab. IX—X, 10, ubi exposui, cur ad a. 45 post Chr. potius quam ad a. 31 ante Chr. haec nota pertinere videatur.

4613 in fragmento amphorae rep. *nella seconda taberna dell' antico mercato esquilino (piazza Manfredo Fanti)*, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 214. — Non TITIN, ut in amphora cernitur, sed TITIN legendum titulumque ad a. 52 p. Chr. referendum esse puto, cum repertus sit una cum duabus amphoris anni 53 (cf. n. 4614).

4614 in fragmentis (ventre) amphorarum rep. una cum amphora quae praecedit, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

a *b*

ET
ONINO C·S

Descripsi et delineavi. Prius ed. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 214 (ita: ... AQVN· ET || ... NTONIN C·S) Sunt consules anni 53 p. Chr. Notanda est litterarum R et T forma.

4615 in collo amphorae rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [fuit, nisi fallor, apud antiquarium quendam].

L·AAG·C·MR COS· sunt lac.

Descripsi. — Prima littera L certa, duae quae sequuntur incertae lectionis; tum *C. Mar(io?) cos.*

4616 in collo amphorae formae 1, rubro colore scriptum [repos. urb.].

... LEP·COS

Descripsi. Litterarum vestigia ante LEP lectionis sunt prorsus incertae. — An consules anni 21 a. Chr.?

4617 in fragmento (ventre) amphorae, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — CN·HOSIDIO AMICO COS si legendum est v. 2, consul est ignotus.

4618 in campana amphorae formae 3 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

ab una parte, rubro et albo colore scriptum

ab altera parte, rubro colore scriptum ab alia manu

Delineavi. Secunda littera tituli primarii rubro colore scripti quamquam non V sed F videtur esse, tamen EVODO legendum erit. Littera incerta post *Caesaris* fortasse est S. Amphora igitur inscripta est *Euodo Caesaris s(ervo) aut Pisto l(iberto)*, huic scilicet tradenda si alter abesset.

Ab alia manu postea superpositus est titulus albo colore scriptus, ex quo supersunt vestigia E fortasse litterae sequente S satis certa, tum partes nominis AGRIPP, infra COS, in fine fortasse AVO . . . . . SX . . . ; est, opinor, nota anni 28 vel 27 a. Chr. [*Imp. Ca*]*es(are), Agripp*[*a*] *cos.*

In titulo Graeco ab altera parte scripto praeter octo priores litteras (octava est Γ, non Υ) ad nomen Πελοπονησ . . . vel Πελοποννησ . . . pertinentes et paucas versus secundi plurima incerta sunt; in fine nota κε (= XXV?) bis repetita.

4619 in fragmento (ventre) amphorae rep. *nella seconda taberna dell' antico mercato esquilino (piazza Manfredo Fanti)*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 215 (ita: VINV EX FD . . || Q. IVNI AVFIN?).

Vinu(m) vel *Vin(um) v(etus) ex f(un)d(o)? Q. Iuni, q(uadrantalia) III s(extarii) III*. Quod in fine v. 1 post *F* scriptum est num D sit littera dubium est. Notanda est N litterae forma.

4620 in collo amphorae formae ut videtur 2 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, albo colore scriptum [repos. urb.].

A · FRO
V
XIIII
XX

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 84 n. 56, tab. XI—XII, 31. — V. 1 A et lineola (vel interpunctionis signum) ante FRO (vini nomen?) iam evanuerunt. V. 2 potest fuisse V(*tus*).

4623 in campana amphorae formae 3 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. Titulo litteris minoribus scripto postea superpositus est alter litteris maioribus exaratus. In priore praeter LIG· et notam Ɔ (cf. n. 4578. 4580. 4621) omnia incerta. Cogitari potest de vino Ligustino (Plin. n. h. XIV § 67 Etruriae Luna palmam habet, Liguriae Genua).

Prope pedem acuminatum amphorae impressa sunt sigilla n. 3513.

4621 in campana amphorae formae 8 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$

Delineavi. — *Bor*( ), vocabulum quod sequitur num legendum sit *bibe* dubito. V. 2 init. est nota Ɔ (vix sextarii ad vinum) sequente numero IV, deinde MVM (cf. n. 4578 in quo est Ɔ XX·MVM). De Bormiis aquis siccativis et podagrae sanandae salutaribus (cf. Cassiod. var. X, 29) vix erit cogitandum.

4622 in collo amphorae formae 2 vel 3 rep. in Esquiliis prope plateam *Manfredo Fanti*, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

DV
ω
XLII

Descripsi et delineavi. — DV quomodo intellegendum sit incertum est: *du(lce)* (cf. Plin. n. h. XIV § 83) vix erit; potius *d(efrutum) v(etus?)*, cf. n. 4551. Nota ω quid significet nescio.

4624 in collo amphorae formae 1 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{2}$

Delineavi. — *Mut*( ), vini nomen?

4625 in collo amphorae formae 3 eodem loco rep., albo colore scriptum [repos. urb.].

litt. magnis

Delineavi. — V. 1 videtur esse legendum *Petr*( ).

4626 in campana amphorae formae 2 vel 4 similis eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

PRIMA litt. pulchris

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 87 n. 60, tab. IX—X, 22. — An *prima*(*rium*) i. e. optimum?

In campana impressum est sigillum n. 3491; in pede acuminato, argilla nondum cocta, inscripta est littera S magna (= n. 3616 *rr*).

4627 in campana amphorae formae 2 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{2}$

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 86 n. 58, tab. IX—X, 26. — V num *v*(*inum*) sit incertum; infra *Ael*(*i*) *Rubri*, praeterea notae quaedam rubro colore scriptae.

Prope pedem acuminatum impressum est sigillum n. 3506 *b*, iuxta notam inscriptae sunt ibidem editae.

4628 in campana amphorae (formae 4 videtur fuisse similis) eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

LARC S

Descripsi titulum evanescentem. Inter C et S nihil videtur fuisse, propterea *L. Arc*( ) *S*( ) potius quam *Larq*[*u*]*s*.

4629 in amphora formae 3 vel 4 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte, in collo et campana — ab altera, a parte sinistra campanae

C
L·C·S· litt. magnis — R litt. max.

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 88 n. 63, tab. XVIII, 10.

4630 in campana amphorae fractae (formae 3 similis), rubro colore scriptum [repos. urb.].

CAEL litt. magnis

Descripsi.

4631 in campana amphorae formae 2 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria (*al palazzo dell' Esposizione* Acta coll. arch. urb., errore), atramento scriptum [repos. urb.].

½

Delineavi. — V. 1 quomodo intellegendus sit nescio; reliqua sunt *VIII* | *P. Caeli Pist* . . .

4632 in campana amphorae formae 1 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

COR

Descripsi et delineavi. — *Cor(inthium?)*.

4633 in campana amphorae formae 4, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ACRASSI

½

Delineavi. — An *A. Crassi?*

4634 in parte superiore colli amphorae formae 1, rubro colore scriptum [repos. urb.].

C V

½

Delineavi. — Non fuit c v, cf. n. 4549.

4635 in campana amphorae formae 4 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum (pedem versus) [repos. urb.].

GLY · F

Descripsi et delineavi (interpunctionis signum incertum). — Titulus servi potius nomen (puta *Glyceri* vel *Glyconis*) enuntiat quam vini (cf. Athen. p. 31 e = I, 57 καὶ γλεῦξις δ' οἶνος καλεῖται ὁ τὸ ἕψημα ἔχων).

4636 in amphora formae 4 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

in campana — in ventre

LIC — · LICIN litt. magnis

Descripsi. — Aut possessoris est nomen repetitum aut in amphora fuit *Licin(ianum)* vinum a fundo Licinii cuiusdam cognominatum (cf. oleum Licinianum agri Venafrani, Plin. n. h. XV § 8).

4637 in amphora fracta formae 4 vel 5 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

in campana prope ansam dextram OPI litt. magnis

Descripsi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 88 n. 64. Prima littera o aut d.

4638 in campana amphorae formae 3 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

½

Delineavi. — Videtur esse *Plo( ) C( )*, tum numerus.

4639 in campana amphorae formae 3 eodem loco rep. [repos. urb.].

ab una parte, rubro colore scriptum

½

ab altera parte vestigia litterarum atramento scriptarum

Delineavi. — Fortasse *Rom( ) Proc(uli)*. V. 2: eaedem notae occurrunt in amphora n. 4644, prior est etiam in n. 4535. 4580.

4640 in campana amphorae formae 2 similis eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

SAT . .

Descripsi. — Cf. n. 4559. 4646. 4771.

4641 in campana amphorae formae 3 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

SEP litt. magnis — Descripsi.

4642 in campana amphorae formae 2 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

TIM

Descripsi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 89 n. 65. — *Tim( )* vel *T. I( ) M( )*.

Argilla nondum cocta in collo inscripta est littera F magna et in pede acuminato littera C (= n. 3616 mmm).

4643 in campana amphorae formae 2 eodem loco rep., albo colore scriptus [repos. urb.].

XXCV
A·V·R·

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 88 n. 62.

4644 in campana amphorae formae 2 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

½

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 86 n. 59, tab. XI—XII, 28. — Praeter *Verecundi* et notas v. 2 positas (cf. n. 4639) omnia incerta.

4645 in campana amphorae formae 4 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

VIBENNI

Descripsi et delineavi. Paenultima littera quamquam videtur esse N, *Vibenni* fortasse legendum. In collo impressum est sigillum n. 3433.

4646 in collis duarum amphorarum formae 5 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

L·VOLVSI·
SATVRNINI·

Descripsi et delineavi (in una amphora L·VOLVSI tantum superest). — *L. Volusius Saturninus* potest esse consul anni 12 a. Chr. aut is qui consulatum gessit anno 3 p. Chr. (cf. n. 4559. 4571. 4784).

4647 in campana amphorae formae 3 similis, albo colore scriptum [repos. therm. Diocle.].

ab una parte	ab altera
B M	
\XINES	XXXIX
.//PR	M·I·S

Descripsi.

4648 in collo amphorae formae 2 similis in Tiberi rep., atramento scriptum [repos. therm. Dioclet.].

T

SABBAE M

Descripsi et delineavi. — V. 2 tertia littera videtur fuisse B.

4649 in campana amphorae formae 3 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — In fine *dispensatori* vel potius *dispensatori*[r], reliqua non expedio (v. 2 [A]GA[TH]NGELI proposuit Bormann).

4650 in campana amphorae formae 2 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 89 n. 67, tab. XI—XII, 29 Quomodo intellegendum sit non video.

4651 in campana amphorae formae 2 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 89 n. 66, tab. XVIII, 11. — Dubiae interpretationis. Cf. n. 4655.

In pede acuminato impressum est sigillum n. 3437 et argilla nondum cocta inscripta est littera ibidem edita.

4652 in campana amphorae formae 4 vel 5 eodem loco rep., colore inter viridem et gilvum medio scriptum (pedem versus) [repos. urb.].

Delineavi.

Tituli qui sequuntur n. 4653—4685 (adde ex superioribus n. 4549. 4551. 4581—4583. 4594. 4597. 4602) inscripti sunt in amphoris formae 6, quae a ceteris omnibus differunt soliditate et crassitudine et ponderis sunt tanti, ut vacuae a singulis viris vix tollantur. Sunt sine dubio vinariae (cf. n. 4582. 4583. 4653), quamquam vinorum nomina certa in eis non occurrunt praeter mulsum. Titulorum maxima pars interpretationis est valde incertae.

4653 in ventre amphorae formae 6 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 171 n. 122, tab. IX—X, 25 et XVII, 9. — SOL a parte sinistra scriptum nomen est breviatum: idem occurrit in amphora sequenti prope ansam oblique scriptum.

4790 in amphora formae 21, rubro colore scriptum (litteris magnis) [repos. urb.].

ab una parte



CF

SOL

LXXXI

CE..S

ab altera, in summo collo

XXXIV

Descripsi et delineavi. — V. 1 CF certae lectionis (non CE vel CE ut est in amphoris praecedentibus). SOL est etiam in amphora n. 4789.

4791 in amphora fracta formae 21 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte, in ventris parte superiore — ab altera, sub ore



Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 173 n. 123, tab. XI—XII, 33. 34. — V. 1 init. potest fuisse CF vel CE ut in amphoris praecedentibus. Nomen a parte sinistra scriptum videtur esse *Panh*( ); litterae a parte dextra ..S·O·C· vel S·O·P· vel I·O·P· (cf. n. 4787). Numerus ab altera parte aut *aXXIII* est aut *XXXII*.

4792 in amphora formae 21, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte



COP—

·LXVII—

SILVANVS

ab altera, in summo collo

W V I I —

Descripsi.

4793 in amphora formae 21 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte, in ventre — ab altera, sub ore



W I I X

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 173 n. 124, tab. IX—X, 19 et XVII, 8. — V. 1 videtur esse legendum LET· potius quam LEP, sed quid his litteris indicetur nescio. V. 2 numerum non XXCV- esse, sed distinguendum in XXC et V- suadet amphora n. 4795 in qua est XXC·III-. LEC F quod scriptum est post *Siculus* quomodo intellegendum sit nescio; in amphora n. 4786 est FAVOR·LEC.

4794 in collo amphorae formae 22, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte, in ventre — ab altera, in summo collo

SC

L X X I X

MANIS·—

C

Descripsi et delineavi. — V. 2 fuit LXXIX: v. 3 *Manis* sequente puncto et lineola certae lectionis.

4795 in amphora formae 21 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte, in ventre — ab altera, sub ore

S P
XXCIII—

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 174 n. 125. — V. 4 videtur fuisse nomen tribus litteris indicatum.

Cf. amphoram Pompeianam C. I. L. IV, 2677.

4796 in amphora formae 21 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

SP
TA

Descripsi. Post SP nihil videtur fuisse. Vestigia duarum litterarum TA... vel IA... valde incerta.

In amphora Pompeiana eiusdem formae nondum edita (descripsit Mau) est SP | LVI | SVCESVS

4797 in collo amphorae formae 22, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — V. 1 quomodo intellegendus sit non video; v. 3 tertia littera est fortasse P; v. 4 videtur esse nomen *Rodolus*, cui addita est lineola ut in n. 4794.

4798 in collo amphorae formae 22, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

ab una parte — ab altera

-/// vir

Delineavi. Monogramma v. 1 praeter alias litteras P vel R et A continens quomodo intellegendum sit non video. V. 3 fortasse legendum *Zosimio*. — Numerus ab altera parte est potius XXXVII quam AAAVIS.

4799 in amphora formae 22 in Esquiliis rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

LXXVI

NOMIVS

Descripsi et delineavi.

4801 in amphora formae 21 similis rep. in sepulcro Statiliorum, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

ab una parte, in collo et ventre — ab altera, in collo

XJ

Descripsi et delineavi. Priorem habet Bruzza in schedis minus accurate. — Prima nota qualis sit nescio, secunda num sextarii sit dubito.

4802 in collo amphorae fractae quod formam habet infundibulo similem rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 164 n. 117, tab. XVII, 1.

Oliva [a]*lb*(*a*) .. *dul*(*cis*); ante DVL apparent vestigia vix praepositionis EX (in amphoris C. I. L. V n. 8111, 1. 2 est *ol*(*ivae*) *ex dul*(*ci*), cf. Columella XII, 11) sed potius numeri .. LX ex titulo antiquiore superstitis. De olivis albis earumque conditura cf. Colum. XII, 49. Dulcis oliva dicitur non quod sit proprie dulcis, sed saporis grati; in Italia olivae aqua salsa conditae etiamnunc dulces dicuntur.

4800 in parte superiore amphorae formae 21 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

K M A

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 175 n. 126, tab. XI—XII, 26. — Litterae KMA quomodo intellegendae et utrum Graecae an Latinae sint incertum est. Cf. infra n. 4876.

4803 in ventre duarum amphorarum parvarum formae 23 rep. in Esquiliis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

a

b

Delineavi. — *Colombares* (= *columbares*, cf. infra n. 4855) olivae vix a colore columbarum appellatae (columbinae enim dici debuissent), sed potius a loco quodam; de insula Colombaria maris Ligustici num cogitandum sit, incertum est. — Nota vocabulum quarto casu positum ut in amphora Pompeiana edita in Ephem. epigr. I p. 165 n. 196 *Olivas M. Amphati*: subaudiendum erit *amphora continet*. — In amphora *b* videtur esse OLIVPAS, non OLIVEAS.

4804 in ventre amphorae parvae eiusdem formae ac praecedentis eodemque fortasse loco repertae, rubro colore scriptum [repos. urb.].

OLIVAS litt. magnis
SA.. TAS

Descripsi et delineavi. — *Olivas salitas*, i. e. sale conditas, legi non potest, cum quarta littera non sit I sed *I*, fortasse A litterae pars.

4805 sub collo amphorae rep. a. 1731 in Aventino in horto Iesuitarum, atramento scriptum [in mus. Kircher. antea].

FABRILES
MARCELLAE
FELICITATE

Gori in praef. ad Donii inscr. p. LXXXVI delineatam ab Hieronymo Odam, ita: FABRILES | MARCELLAE N | A·FELICITATE, adnotans: 'integra est inscriptio praeter quam in tertia linea in qua in principio paucae litterae desunt'. Lupi qui vidit cod. Vat. 9143 f. 78 et Severae epitaph. p. 42 aeri incisam (v. 2 MARCELLAEA·, v. 3 A FELICITATE) monens: 'nihil .. deesse videtur, contra quam cl. Gorius suspicatus fuerat; qui absens in errorem inductus est ab exceptore incauto, repraesentante post vocem MARCELLAE literam N; atque ante vocem FELICITATE appingente eadem magnitudine literam A cum puncto, quasi residuam vocis alicuius; cum tamen utrobique, ad ornatum tantum, appositae sint duae lineae angulum facientes, longe minoris altitudinis quam reliqui characteres'. E Lupio Mur. p. 1672, 16. Marini Arv. p. 95 Gorii lectionem approbat, sed amphoram non vidit.

Gorius interpretatus est *fabriles* (i. e. vascularii) *Marcellae nostrae* ... *felicitate*(*m*), similiter reliqui. Mihi videtur amphora continuisse uvas siccas vel passas quae fabriles appellabantur: cf. Caeli Aureliani tardar. IV cap. 3 (p. 104 ed. Basileae 1529); edictum Diocletiani C. I. L. III p. 830 (6, 92).

4806 in collo amphorae formae 38 rep. in Esquiliis prope plateam *Vittorio Emanuele* [repos. urb.].

in medio collo, atramento scriptum

Delineavi. V. 2 duae tantum litterae cernuntur, quarum prima incerta potest fuisse P, altera L est certa. Cognomen *C. Iuli* quale fuerit non video: ultima littera S certa, praecedit fortasse SERI.

Amphora haec oris late patentis continuit aut uvas miscellas (siccatas puto, nam virides uvae non in amphoris adservabantur, sed in labellis patinisve fictilibus, cf. Columella XII, 44) aut cibum nescio quem (puta salgama) *miscellum* vel *miscellanea* vocatum.

Titulus alter continet nomen eius cui amphora missa est *Eucaero Gratidiani* (aut *Mutidies?*) vel *Gratidiae s*(*ervo*).

in eodem collo a parte sinistra rubro colore pedem versus scriptum (ab alia manu)

AMPHORAE VARIAE ET AETATIS LABENTIS, AMPHORAE GRAECE INSCRIPTAE

(His accedunt ex superioribus n. 3377. 3590).

4807 in collo amphorae in Quirinali rep. cum fundamenta fiebant aedibus consilii rerum bellicarum, atramento scriptum (in repos. therm. Diocl., ubi adservantur res loco supra dicto repertae, frustra quaesivi a. 1890).

Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1883 p. 208 imaginem quam dedi; minus accurate in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 54 n. 796. Capannari in *Bull. arch. comunale* 1885 p. 25 imaginem. Post *olei communis* fuit fortasse *p*(*ondo*) ... Oleum dicitur esse *de fundo Buogensi* et inservisse *usibus cellari* (cf. C. I. L. IV 2583 *in usus illius*) *Severi* ut videtur cuiusdam. — Cf. n. 4512.

4808 in ventre amphorae formae 26 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

H MOLN·
LVF A C N

Descripsi et delineavi. Edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 183 n. 151, tab. IX—X, 17. — H et LVF quomodo intellegenda sint incertum est (cf. supra n. 4747). MOL legitur etiam in amphoris Pompeianis C. I. L. IV n. 2604—2608, sed *mol*(*a*) num recta sit vocabuli interpretatio dubito. Post MOL videtur esse N (aut AL?), AGN potest esse nomen *A. G*( ) *N*( ).

4809 in fragmento (campana) amphorae eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — V. 2 init. potest fuisse LAE. Cf. amphoram praecedentem

4810 in campana amphorae parvae ut videtur (formae 26 similis) eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

CLOD
G AR litt. magnis

Descripsi et delineavi. — V. 2 prima littera videtur fuisse A. Inter G et AR vel AR nihil cernitur; GAR(um) certe non fuit. Fortasse *Clod*(*ianum*) *A. G*( ) *Aur*( ).

4811 in collo amphorae formae 26 rep. in hortis Sallustianis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

M·L·S litt. magnis Descripsi.

4812 in collo amphorae formae 26 similis, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

Delineavi. — V. 1 videtur esse VA.

4813 in collis amphorarum formae 40 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

a	*b*	*c*	*d*	*e*	*f*	*g*
CN·S·A (in dubus) AV	CN·S·A AF ·	CN·SA bON	C·N·sa bON	CN·SA G H.	CN·SA (in dubus) PR	CN S·A

Descripsi et delineavi. *a. b. d. g* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 179 n. 143—147, tab. XVII, 10 et XVIII, 21. 22.

In collari unius exempli amphorae *a*, argilla nondum cocta, inscripta est nota n. 3616*v* (= *Bull.* l. c. tab. XVIII, 29).

4814 in collis amphorarum formae 40 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

a	*b*	*c*	*d*	*e*
CR (in dubus)	CR	PE litt. magnis	F·S litt. magnis	MY litt. magnis

Descripsi et delineavi. *b. e* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 180 n. 148 (tab. XVIII, 13) et n. 146.

4815 in campana amphorae fractae formae 40 eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. Quomodo intellegendum sit non video.

4816 in ventre amphorarum formae 25 eodem loco rep., litteris magnis rubri coloris scriptum [repos. urb.].

a	*b* ab una parte	*b* ab altera	*c*
DIOLEE	DIO	ΓΓΓ	Γ·Γ·Γ (in dubus)

Descripsi et delineavi. *a* et *c* (unam) edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 176 n. 128 (tab. XVIII, 15) et p. 177 n. 134 (tab. XVIII, 17). *a* fuit sine dubio DIO PPP ut est in *b*. — *Dio*(*nysius*?) *P. P*( ) *P*( ).

4817 in ventre duarum amphorarum formae 25 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

a	*b*
Q·TR·COR·	Q R·SOR litt. magnis

Descripsi et delineavi. *a* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 176 n. 132; titulus *b* lectionis minus certae fortasse diversus non est ab *a*. — *Q. Ter*(*entius*?) *Cor*( ).

In labro amphorae *a* impressum est sigillum n. 3407.

4818 in ventre duarum amphorarum formae 25 eodem loco rep., litteris magnis rubri coloris scriptum [repos. urb.].

a *b*

Delineavi. *a* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 176 n. 131, tab. XVIII, 16. — Videtur esse *Ter*( ).

4819 in ventre amphorae formae 25 similis eodem loco rep. [repos. urb.].

ab una parte, rubro colore	ab altera, viridi colore
Q·V·AT	Q V·AT litt. magnis

Descripsi et delineavi. — *Q. V*( ) *Ant*( ).

4820 in ventre septem amphorarum formae 25 eodem loco rep., rubro colore scriptum (praeter *g*) [repos. urb.].

a CNB / NO litt. magnis

b HEF / ELE

c KAS litt. magnis

d P·L litt. magnis

e FEL litt. magnis

f PYR litt. maximis

g C ... CN litt. magnis

Descripsi aut delineavi. Edidi *a* in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 175 n. 127, tab. XVIII, 14; *d* ibidem p. 177 n. 133; *f* ibidem p. 176 n. 129; *g* ibidem p. 177 n. 135, tab. XVIII, 18.

a: v. 1 incertum utrum CAB an CNB; v. 2 NO vel IRO, ERO, FRO. — *c*: aut *L. A*( ) *S*( ) aut *Las*(*civus*?). — *e*: videtur esse *Fel*( ). — *g*: C littera rubro colore picta, CN carbone ut videtur signatum est.

4821 in campana vel ventris parte superiore quattuor amphorarum parvarum formae 30 (*d* rep. in Esquiliis), litteris magnis maximisve rubri coloris [repos. urb.].



Delineavi. — *a*: *Amm . . . sub(dulce?) p(ondo) cci?* — *b*: *Gall ??? Iul(i) l'ic( ).* — *c*: monogramma initio positum videtur compositum esse ex litteris C, E, T.

4822 in collo amphorae formae 27 rep. in Esquiliis [repos. urb.].

ab una parte, rubro colore scriptum — ab altera, colore violaceo



Descripsi et delineavi.
In collo, argilla nondum cocta, inscriptae sunt litterae n. 3616*l*.

4823 in collis amphorarum formae 27 rep. in Esquiliis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Descripsi et delineavi.

4824 in campana vel in ventre duarum amphorarum formae 24 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].



Descripsi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 178 n. 130 et p. 187 n. 159. — Ultima littera in *b* utrum D sit an O dubitari potest.

4825 in collis vel campanis amphorarum subtiliorum formae 24 vel 29 similis eodem loco rep., atramento scriptum (*b* 2 ex., *c* 5 ex.) [repos. urb.].



Descripsi (in uno exemplo tituli *c* numerus est ita IV, in alio ita IV). Duo exempla tituli *c* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 166 n. 155. 156.

4826 in collo et ventris parte superiore amphorae parvae formae 29, viridi colore scriptum [repos. urb.].



Delineavi. Secundus numerus est = 98. V. 3 est *M. C( ) O( ).*

4827 in initio ventris amphorae parvae formae 29 similis, atramento scriptum [repos. urb.].

Delineavi. — *Stat( ), M. F( ) A( )?*

4828 in amphora formae 28 similis, atramento scriptum [repos. urb.].

in ventris parte superiore



prope ansam dextram, oblique, litteris cursivis

Descripsi et delineavi. — In titulo priore v. 3 suppleri potest *C. A[nn]i [Ca]tulli.*

4829 in amphora fracta (formae 42) rep. in Quirinali [repos. urb.].

in collo, a parte dextra — in parte superiore ventris



Descripsi et delineavi. In titulo priore numerus et lineola sub X rubro colore, reliqua atramento scripta sunt; titulus alter atramento pictus est.

4830 in fragmento (ventre) amphorae, gilvo colore scriptum [repos. urb.].

Descripsi et delineavi titulum fere totum evanidum. — Fortasse *P. Aureli L . . .*

4831 in collo amphorae Romae rep., atramento scriptum.

Garrucci in *Civiltà cattolica* 1877 p. 206 qui in eadem amphora sigillum n. 3375*a* vidit impressum et propterea amphoram Hadriae (in Piceno) factam esse errore coniecit.

4832 in fragmento (collo) amphorae rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Descripsi et delineavi.

4833 in collo amphorae subtilis et elegantis rep. in Esquiliis ad angulum viarum *Principessa Margherita* et *Gioberti*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Descripsi et delineavi (initio utrum H sit an N dubitari potest). Bruzza in schedis. Ed. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 197.

4834 in fragmento amphorae rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum.

CORNELIO litt. magnis
AGAT

Descripsi.

4835 in fragmento (ventre) amphorae (parvae?), albo colore scriptum [repos. urb.].

HADRIAN
CATONI

Descripsi et delineavi. V. 1 post N superest pars minima litterae (O?); v. 2 in fine NI aut NE. V. 1 utrum anni nota fuerit (*Hadriano ... cos*) an vinum Hadrianum (Plin. n. h. XIV § 67) significatum sit incertum est.

4836 in amphora rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, gilvo colore scriptum [apud antiquarium quendam].

P·IVLIO TERENTIANO RVFO

Descripsi a. 1881.

4837 in fragmento amphorae eodem loco rep., atramento scriptum [repos. urb.].

POSTUMI ... ½

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 184 n. 153, tab. XVII, 3. — Quae post *Postumi* scripta sunt non expedio.

4838 in collo amphorae rep. in agro Verano, gilvo colore scriptum [ibi adservabatur].

SATR litt. magnis
CET

Descripsi. V. 2 secunda littera F potius quam E.

4839 in fragmento (ventre) amphorae rep. in Esquiliis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

TIB litt. magnis
ROC

Descripsi. — V. 2 fuit fortasse *p]roc(uratoris)*.

4840 in fragmento (campana) amphorae rep. una cum n. 4613. 4614, rubro colore scriptum [repos. urb.].

S P
VDAP

Descripsi et delineavi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 214.

4841 in amphorarum parvarum fragmentis (*a—d* in ventre, *e* in campana) rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria (*a—c*, *e* rubro colore, *d* atramento scriptum) [repos. urb.].

a	*b*	*c*	*d*	*e*
C·F·M	·P·I	P·S	M VIT·	QI

Descripsi aut delineavi. *a—d* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 177. 178 n. 136—138 et p. 186 n. 157 (tab. XVII, 7). — *b*: incertum utrum sit *S. P( ) I( )* an *P. P( ) P( )*, cf. n. 4816. — *e*: titulus est integer.

4842 in fragmento (campana) amphorae, rubro colore scriptum [repos. urb.].

litt. magnis

Delineavi.

4843 in fragmento (ventre) amphorae in Esquiliis rep., rubro colore scriptum (pedem versus) [repos. urb.].

½

Delineavi.

4844 in amphora (in Palatio ut videtur), albo colore scriptum.

III
LEP
ARB
CCM·

Ex schedis Bruzzae. — Cf. n. 4793 et amphoram sequentem.

4845 '*al Pincio*'.

in nero PASLA·
in rosso ARB

Amati cod. Vat. 9762 f. 53. Incertum utrum duarum amphorarum an unius sint tituli. Cf. n. 4844.

4846 in collo amphorae rep. in *monte della Giustizia*, rubro colore scriptum.

ab una parte	ab altera
MVMI	NGN NAH

Ex schedis Bruzzae. — Cf. n. 4578. 4621.

4847 in amphora (in Palatio ut videtur).

II·C.....
DOM
L......
R.....

Ex schedis Bruzzae. — DOM occurrit etiam in amphoris n. 4695. 4696.

4848 in amphoris, rubro colore scriptum (*c* rep. ad eccl. s. Praxedis, *d* in *monte della Giustizia*) [n apud Augustum Castellani].

a LAI RO SVA — *b* AL SG — *c* PHI — *d* P—Θ

Ex schedis Bruzzae. — Ultima potest esse Graeca.

4849 in collo et ventre amphorae rep. in domo antiqua sub ecclesia ss. Ioannis et Pauli, rubro colore scriptum [ibidem adservatur].

litt. magnis

Delineavi. Est numerus 158 (tertia nota est Bau = vi) praecedente nota vel monogrammate incertae interpretationis.

4850 in collo amphorae fractae rep. n *s. Sebastiano*, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

litt. maiusculis

Delineavi. Amphora capiebat *q(uadrantalia) IIII*, *s(extarium) I*. Cf. supra n. 4619.

4851 in collo amphorae fractae rudis formae, rubro colore scriptum [repos. urb.].

¹/₁

Delineavi. — Notae quae praecedunt numeros XLIII et CLXXVIIII num mensuras indicent incertum est; cf. amphoras Pompeianas C. I. L. IV n. 2613—2615. 2635. 2670. 2772. 2818. V. 3 fuit sine dubio ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Cf. amphoras sequentes.

4852 in collo amphorae fractae rep. sub aedibus Potensiani in via *de' Lucchesi*, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet., dono datum ab A. Pellegrinio].

T P X ⊥ I I I
P P C L I X

Descripsi. Pellegrini in *Bull. d. Inst.* 1859 p. 21 (v. 1 PPCLIII). — Cf. quae adnotavi ad amphoram praecedentem.

4853 in amphora in Palatio, rubro colore scriptum.

bis traditur ita

XMΓ	XMC
TEΛL	TEΛL
llCLXXX	XXCLXXX
✱ЄΠ	✱ЄΠ

Ex schedis Bruzzae. — Vv. 2 et 3 duobus titulis praecedentibus ita emendandi: TP XL ‖ PPCLXXX. Reliqua Graeca sunt (cf. n. 4851); tres litterae singulares initio positae XMΓ eodem opinor modo interpretandae sunt quo in tegula n. 2415 inscripta Χ(ριστὸς) Μ(ιχαὴλ) Γ(αβριὴλ) ΚΑCCΙΟΥ; vide etiam amphoras n. 4888 seqq.

4854 in amphoris repertis *a—i. n. o* in fossa aggeris ad Castra praetoria, *k—m* Romae locis accuratius non indicatis. Amphorae sunt omnes formae 6, exceptis quattuor *k—n* quae sunt formae 26. 10. 15. 4. Numeri scripti sunt *a—c. e—i* colore viridi in collis prope ansam dextram; *d. o* gilvo colore in collo vel campana; *k* rubro colore in campana; *l. m* eodem colore in collo prope ansam dextram; *o* in collo (prior numerus rubro colore, alter atramento pictus est) [repos. urb.].

a IIII	*c* XX	*e* XXVII	*g* XLII	*i* ⊥XXI	*l* DVIII:	*n* XLIXS	*o* 'L
b V	*d* XXII	*f* XXX	*h* ⊥III	*k* CIXXXV	*m* DXII	*s*LIXS	XXVII

Descripsi (*k* est etiam in schedis Bruzzae). *a. c. e. g. n* edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 187 seq. n. 160 164. — Numeros *a—i* inscriptos in amphoris eiusdem formae eiusdemque fere magnitudinis ordinales esse constat. *n* indicat amphoram fuisse sextariorum 49¹/₂.

Prope pedem acuminatum amphorae *a*, argilla nondum cocta, inscripta est littera *ω* (= 3616*ss*); in amphora *f* eodem loco littera O magna.

AMPHORAE AETATIS LABENTIS

4855 in campana amphorae formae 26 similis rep. *sulla via Portuense innanzi al n. 17*, atramento scriptum [repos. urb.].

ab una parte

¹/₁

ab altera

¹/₂

Delineavi. — *In cellario domnorum ‖ Lolliani et Candidi c̄c. v̄v. ‖ ex saltu Marcianensi ‖ olibarum columbarum.* Ab altera parte *Saturninus iunior* (?).

Olivae Columbares notae ex amphoris n. 4803 *a. b*, ubi vide quae adnotavi. Saltus sive fundus Marcianensis ubi fuerit ignotum est neque videtur esse componendus cum figlinis Marcianensibus, ex quibus prodierunt amphorae n. 2612 seqq.

4856 in collis duarum amphorarum parvarum eiusdem formae (33) et magnitudinis, atramento scriptum [repos. urb.].

a — ab una parte; b — ab una parte

1/1 1/1

ab altera; ab altera

1/1 1/1

Delineavi. — *Barbari Probiani c(larissimi) v(iri)*, reliqua non expedio (v. 3 init. fortasse *liq(uamen)*).

Comparari potest Barbarus Pompeianus c. v. qui nominatur in titulis Abellano C. I. L. X 1199 et Praenestino XIV 2919.

4857 in fragmento amphorae vel urcei, atramento scriptum [fuit Romae in aedibus Chisianis].

...p.gop........o
mis....tiuitobsonia
dicat..ontp....ubia
ut possit uobis sufficere
misi et p.nesperbenir....
sexaginta pernarconicv
quinquaginta..rsiddine
quinquaginta pensa...or
nino quinquaginta ....
nigri . tsemenemaccepis ..
..p............quagin
..a..............
. quaginta missi sunt
....es.....
na

Exhibeo apographum incohatum a. c. 1878 cum ab Helbigio fragmentum in paucos dies accepissem; a. 1890 testam frustra quaesivi. — Litterae sunt parvae cursivae, typis supra adhibitis simillimae, exceptis ᴀ et s quae eiusdem formae sunt atque in n. 4855. Punctis apographi mei lacunas indicavi. — V. 5 *perbenir*.. aut *perbene r*..; v. 6 *pernas*?

Est litterarum fragmentum inscriptarum ei cui amphora destinata erat. Opsonia de quibus agitur v. 2 cuius generis fuerint incertum est. — V. 2 *mis[i ut vo]luit*, v. 3 a]*uble[ta]*, v. 5 *p[a]nes* supplendum esse coniecit Bormann.

4858 in ventre amphorae parvae formae 31, atramento scriptum [repos. urb.].

1/1

Delineavi. — Vocabulum post *in nomine* non videtur esse *Christi*, potius *exarci*; quae sequuntur haud scio an legenda sint *lagonam conditam*.

Lagona occurrit etiam in amphora n. 4536. Titulo videtur enuntiari amphoram conditam, i. e. in vetustatem repositam esse (cf. n. 4582) iussu exarchi monasterii cuiusdam. — Verba quae sunt *in nomine* Bormannus referenda esse putat ad monogramma Christi quod praecedit.

4859 in collo amphorae formae 26 similis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

⳨

Descripsi.

AMPHORAE GRAECE INSCRIPTAE

(adde ex superioribus n. 4618. 4732. 4800(?). 4848*d*(?). 4851. 4853).

Praemissi sunt tituli inscripti in amphoris aut certo vinariis aut formae earum quae vina continere solent (n. 4860—4870).

4860 in fragmento (collo) amphorae parvae vel urcei rep. in Esquiliis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ЄΥΦΟΡΙΟΥ
ΓΛΥΚΥϹ

Descripsi et delineavi.

4861 in fragmento (collo) amphorae parvae rep. a. 1872 *costruendosi la ferrovia pel trasporto dei materiali al palazzo delle Finanze*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ΛΥΚΙΟΥ
ΛЄΥΚΟΝ

Descripsi et delineavi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1882 p. 170 n. 593. — Cf. C. I. L. IV 2842.

4862 in campana amphorae formae 36 rep. in Esquiliis, atramento scriptum [repos. urb.].

1/1

Delineavi. — Cogitari potest de vino *Maroneo* (Plin. n. h. XIV § 53) vel *Mareotico* (Athen. I 59).

4863 in collo amphorae formae 5 similis effossae ad portam Praenestinam ubi sepulcra Statiliorum rep. sunt, rubro colore scriptum [repos. therm. Dioclet.].

ab una parte (litt. magnis) — ab altera (litt. maximis)

Delineavi. Ed. Brizio *pitture e sepolcri scoperti sull' Esquilino* p. 39, non bene. — In titulo priore legendum Εὐτύ(χῳ) ἱερεῖ; in altero est Εὐτυ(   ) μ..νο.

4864 in campana amphorae parvae formae 44 rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ΚΟΣΜΟΥ

Descripsi et delineavi.

4865 in campana amphorae formae 6 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{1}$

Delineavi. In apographo a. 1881 a me facto in loco ubi amphora reperta est v. 3 excepi ita ΥΙΙ ΛΣΚΗ; nunc inter Υ et Λ nihil cernitur. ΚΗ esse potest numerus.

Amphora inscripta est Μεσσάλλᾳ Οὐλεύσῳ; *Messalla Volusus* fortasse diversus non est a L. Valerio Messalla Voleso consule anni 5 p. Chr.

4866 in collo amphorae formae 6, rubro colore scriptum (pedem versus) [repos. urb.].

Γ ΠΑΚΑΤΟΥ· ΚΟΡΝ

Descripsi et delineavi. — Vix Γ(αίου) Πακάτου Κορν(ηλίου), sed potius Γ (numerus) Πακάτου; Κορν(ηλιανός) vel similiter legendum.

In eodem collo impressum est sigillum n. 3420.

4867 in collo amphorae formae 5 vel 45 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb].

ab una parte

Ш
//ΤΡ
//ΙΑΡΗΟΥ

ab altera vestigia litterarum magnarum rubro colore scr.

Descripsi et delineavi.

4868 in collo amphorae elegantis formae 45 eodem loco rep. [repos. urb.].

litt. magnis

Delineavi. Litterae et atramento, reliquae rubro colore pictae sunt.

4869 in campana amphorae formae 5, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ΝΟΡ litt. magnis

Descripsi et delineavi.

4870 in campana amphorae formae 5, rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^{1}/_{4}$ Delineavi.

4871 in collo amphorae fractae in Esquiliis ad stationem viae ferratae rep., litteris magnis rubro colore scriptis [repos. urb.].

ab una parte — ab altera

Delineavi. Extat etiam in schedis Bruzzae.

Amphora continuit ἐλάας (= ἐλαίας) διὰ τ... (vel ἐχ...) ...ανος. Ab altera parte nomen Ὀλυνπι... Cf. supra n. 4802—4804.

4872 in duabus amphoris (una fracta, altera formae 25 similis est) rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

a ΔΙΟΝ — *b* ΔΙΟΝ litt. magnis

Descripsi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 179 n. 141. 142.

4873 in campana amphorae formae 24 similis eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

ΔΙΟΥ litt. magnis

Descripsi.

4874 in parte superiore ventris amphorae parvae formae 35 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

Δ litt. magnis

Descripsi.

4875 in collo amphorae formae 27 similis rep. prope Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

K A I litt. magnis

Descripsi. Acta ms. effossionum coll. arch. urb. 18 Nov. a. 1872. Habet etiam Bruzza in schedis.

4876 in ventre amphorae parvae formae 23 similis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

K M litt. magnis

Descripsi. — Καλ vel Καμ. Cf. n. 4800.

4877 in initio ventris amphorae parvae rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ΦΟΓ΄ litt. magnis

Descripsi

4878 in ventre amphorae parvae formae 25 similis eodem loco rep. [repos. urb.].

½

Delineavi. Sub titulo rubro colore picto apparent vestigia tituli antiquioris litteris minoribus atramento scripti.

4879 in ventre amphorae formae 25 eodem loco rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

litt. maioribus

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 178 n. 139, tab. XVIII, 19.

4880 in collo amphorae parvae (formae ut videtur 29 similis) in Esquiliis rep. [repos. urb.].

litt. maioribus

Delineavi (tres notae KAL colore flavescente scriptae sunt, duae lineae rectae albo colore signatae postea additae sunt). — Notae videntur esse capacitatis; duae priores = 21, tertia fortasse = ½.

4881 in collo amphorae formae 24 similis, rubro colore scriptum [repos. urb.].

litt. maioribus

Delineavi. — Hic quoque notae videntur esse capacitatis: KZ = 27, reliquae incertae interpretationis.

4882 in campana amphorae elegantis (formae 5) rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, atramento scriptum [repos. urb.].

ab una parte — ab altera vestigia tituli

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 184 n. 154, tab. IX—X, 20. — Notas si solita significatione accipimus, modii hic indicantur 150; sed offendit in amphora vinaria non insolitae magnitudinis mediorum numerus.

4883 in collis amphorarum (parvarum ut videtur, formae 25 similis) rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria, rubro colore scriptum [repos. urb.].

a — c

ΞΖ
ΞЄ

litt. magnis omnes

b — d

Descripsi et delineavi. c edidi in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 178 n. 140, tab. XVIII, 20. Notae sunt capacitatis (ξε et Σ̄ significat ξέστης sextarius).

4884 in collo amphorae rep. extra portam Flaminiam ai *Parioli* ubi est domus ducis Artaliae, rubro colore scriptum.

ЄΠΙ
ΜΘϹ

Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1891 p. 141 imaginem. Vix bene exceptus.

4885 in ventre amphorae parvae formae 23, rubro colore scriptum [repos. urb.].

Λ✳ω litt. magnis
MAP

Descripsi. Misi de Rossio qui ed. in *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 1, cf. p. 42. — Litteris MAP nomen potius videtur indicari (cf. n. 4862?) quam M(ιχαὴλ) ἀ(ρχάγγελος) (cf. n. 4888 seqq.).

4886 in collo et ventris parte superiore amphorae formae 34 in Quirinali rep., rubro colore scriptum [repos. urb.].

½

Delineavi. Misi de Rossio qui edidit in *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 3 adnotans (p. 42) *intravedo descritte imperfettamente le medesime lettere* (XMΓ = Χριστός, Μιχαήλ, Γαβριήλ), *ma in ordine e modo alquanto diverso: forse* XIM. Titulus optime adservatus tam clare apparet, ut de eius lectione dubitari nequeat; litterae sunt Graecae C, I, M.

4887 in amphora parva (in Palatio ut videtur).

CΊ·A

Ex schedis Bruzzae. Videntur fuisse eaedem litterae CIM quae sunt in amphora praecedenti.

4888 in collo et ventre amphorae parvae formae 23 in Caelio rep. *alla villa Casali*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

½

Delineavi. — Litterae infra monogramma Christi positae M et ΓA insolito modo contignatae significant fortasse M(ιχαήλ), Γα(βριήλ): cf. tegulam n. 2415 et amphoras quae sequuntur.

4889 in collo et ventris initio amphorae fractae formae 37, rep. in Esquiliis prope plateam *Vittorio Emanuele*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

$^1/_3$

Delineavi. Misi de Rossio qui ed. in *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 2. — Est XMΓ bis repetitum, i. e. Χρ(ιστός), Μ(ιχαήλ), Γ(αβριήλ), cf. de Rossi l. c. p. 42.

4890 in collo et campana amphorae parvae formae 34, rubro colore scriptum [repos. urb.].



litt. magnis

Delineavi. Misi de Rossio qui ed. in *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 5. — Initio crux et litterae singulares XMΓ = Χριστός, Μιχαήλ, Γαβριήλ (cf. de Rossi l. c. p. 42); infra notae, quarum prima incertae est interpretationis (compareri potest n. 4893), tribus sequentibus indicantur sextarii ΛЄ = 35 (sextarii nota eiusdem fere formae occurrit in amphoris n. 4894. 4895c); praeterea prope ansam dextram duae litterae parvae incertae significationis (cf. n. 4895e, in qua eodem loco est una littera parva).

4891 in collo amphorae rep. a. 1849 in *vicolo delle palme* in regione Transtiberina, rubro colore scriptum.

AMΓ
MΛЄ ░

Descripsit de Rossi. — Titulus sine dubio corrigendus ex eo qui praecedit.

4892 in amphora parva formae 34 rep. in Esquiliis ad plateam *Manfredo Fanti*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

in summo collo

$^1/_3$

in ventris initio

$^1/_3$

Delineavi. Misi de Rossio qui edidit ie *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 4. — Prima nota in collo mihi est crux contignata cum litteris Θε(ός), Rossius proposuit Ἰ(ησοῦς) Θε(ός); infra crux. V. 3 exhibet notam sextarii (eiusdem formae atque in amphoris Latinis, cf. n. 4619. 4726. 4850) sequentibus numero ΛΔ = 34 et duabus notis numerorum fractorum, quarum prima ‹ potius est semis = $^1/_2$ quam semuncia = $^1/_{24}$, ultima ↩ fortasse est quadrans = $^1/_4$ (cf. Montfaucon analecta Graeca p. 319): vide amphoram sequentem.

4893 in collo et ventre amphorae formae 34 rep. in domo antiqua sub ecclesia ss. Ioannis et Pauli, rubro colore scriptum [ibidem adservatur].

litt. magnis

Delineavi; misit etiam de Rossi qui edidit in *bull. arch. crist.* 1890 p. 39 seqq. et tab. III. Memoratur in *Not. d. scavi* 1890 p. 79. — Rossius litteras contignatas initio v. 2 positas explicat Ῥοδίας vel Ῥοδίας σ( ), dubito num recte (in amphora n. 4890 eodem loco nota est item incertae significationis). Sequuntur nota ƀ bis repetita i. e. *sextarii* (de forma huius notae cf. n. 4895*d* et quae ibi adnotantur) et post numerum ΛΓ (= 33) notae numerorum fractorum ‹ et ↩ de quibus vide quae adnotavi ad amphoram praecedentem.

4894 in ventris initio amphorae parvae formae 34, rubro colore scriptum [repos. urb.].

ab una parte

litt. magnis

ab altera

$^1/_3$

Delineavi. Misi de Rossio qui priorem ed. in *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 8.

In titulo priore praeter crucis signum est nota sextaril formae peculiaris (cf. n. 4895*a*. *b*. c et quae ibi adnotantur) sequente numero ΛΔ‹ i. e. 34$^1/_2$. Notae tituli secundi quomodo interpretandae sint nescio.

4895 in ventris parte superiore quattuor amphorarum parvarum (*a. b* formae 32, *c. d* formae 34) rep. *a. b* ad ecclesiam s. Mariae Maioris, *c al palazzo dell' Esposizione*, *d* in Esquiliis, rubro colore scriptum [repos. urb.].



litt. magnit. omnes

Delineavi. *a. b* ad apographa mea edidit de Rossi *bull. arch. crist.* 1890 p. 41 n. 6. 7.

Nota formam referens modo *s* modo 8 (forma secunda orta est e prima), qua in ponderibus aetatis sequioris uncia indicatur (cf. *Archäol.-epigr. Mitth. aus Oesterreich* XV 1892 p. 86), in his amphoris sine dubio sextarium significat, cum paullum differat a nota sextarii Latina *s*, quae et ipsa adhibita est in una ex his amphoris n. 4892. Sed sextarios harum amphorarum non esse Romanos amphorae *a* et *b* a me emensae docuerunt. Capit enim amphora *a* (notata sextariis ΚS ϛ = 26½) litra fere 17, amphora *b* (notata sextariis ΛΔ ϛ = 34½) litra fere 23½. Ex his mensuris efficitur

$$17 : 26,5 = 0,641$$
$$23,5 : 34,5 = 0,681$$

Sextarius igitur litri partes 0,641 vel 0,681 continens non est Romanus (= 0,547 lit.), sed cum eo fere convenit quem Syriacum vel Alexandrinum dicimus (= 0,674 vel 0,729 lit., cf. Hultsch *Metrologie* ed. 2 p. 586 seqq. et p. 633). Confirmatur inde harum amphorarum origo Asiatica iam significata Michaelis et Gabrielis archangelorum mentione (cf. n. 4888 seqq. et quae adnotavit de Rossi *bull. arch. crist.* 1890 p. 42).

De notis numerorum fractorum ϛ et ꞷ cf. n. 4892.

4896 in amphora rep. in Quirinali prope aram Neronianam.

8 Λ H Ɫ

De Rossi *bull. arch. crist.* 1890 p. 40 a Lanciania descriptam. — Indicantur sextarii ΛHⱠ = 38½, ut videtur (eadem nota numeri fracti occurrit in amphoris n. 4892. 4893. 4895*a, b, c* ubi vide quae adnotavi). De forma notae sextarii cf. n. 4895.

4897 in collo amphorae parvae formae 34 rep. in via *Merulana*, rubro colore scriptum [repos. urb.].

litt. magnit.

Delineavi. — Ad monogramma initio positum cf. n. 4892.

4898 in ventre amphorae formae 26 similis rep. in fossa aggeris ad Castra praetoria [repos. urb.].

ab una parte, atramento scr.

½

ab altera, rubro colore scr.

M

Delineavi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 184 n. 152, tab. XVII, 4. Titulum priorem Punicum esse postea intellexi (cf. *Bull.* 1879 p. 236) et interpretandum dedi Henrico Fabiani qui legit 'קצר קלע דוית' *anfora (o barattolo) tornita di olive*' (*Bull.* 1880 p. 84 seqq.).

In ventre, argilla nondum cocta, inscripta est littera A (= n. 3816*g*).

CAPVT QVARTVM

SIGILLA IMPRESSA IN OPERCVLIS AMPHORARVM

Ex operculis amphorarum recepi quae nomina vel litteras exhibent certae vel satis certae lectionis, omisi complura ex litteris notisve composita formae tam rudis et incertae, ut non solum legi non potuerint, sed etiam typis repraesentari nequeant. Litterae rudes et extantes non signaculo impressae, sed ex ipsa operculi forma expressae sunt.

Addidi in fine titulos signacula impressos calci harenatae, qua amphorarum colla media parte interna obturata sunt. De his titulis conferenda sunt quae exposui in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 43 seq. et quae nuper addidit de Rossi *bull. arch. crist.* 1890 p. 30 seq.

4899 operculum amphorae in Esquiliis rep. [repos. urb.].

TIT VES · Ⲁ semicirculo scr.

Descripsi. — Incertum num Titus Vespasianus intellegendus sit.

4900 in operculo amphorae Romae rep. [apud me].

ЯƎИИIBA

\ Y
/ II

Descripsi. — *Abinner(ici)*. Cf. amphoras Pompeianas C. I. L. IV n. 2585. 2599—2601 inscriptas *M. Valeri Abinnerici*.

4901 in operculo amphorae rep. in hortis Torlonia inter montem *Testaccio* et Emporium.

HOMVNCI/

Ex schedis Bruzzae.

4902 in operculo amphorae rep. ad ripas aut in alveo Tiberis [repos. therm. Dioclet.].

ME N

Descripsi.

4903 in operculis amphorarum: *a* in monte *Testaccio* rep. esse traditur [repos. urb.]; *b* Romae rep. [apud antiquarium quendam].

a Q·NVM circulo scr.

b Q·NVME circulo scr.

Descripsi. — *Q. Nume(ri).*

4904 in quattuor operculis amphorarum [mus. Inst. arch.; Romae apud Merollium; apud antiquarium quendam; apud Capranesium olim].

RO·PAMPILI· circulo scr.

Descripsimus Ioannes Schmidt exemplum apud Merollium (Þ PAMPIL|), ego exempla musei Instituti et apud antiquarium. Apud Capranesium vidit Amati cod. Vat. 9764 f. 6.

Ro( ) Pampili.

4905 in operculis amphorarum in Tiberi fluvio rep. [repos. therm. Dioclet.; Romae apud antiquarium quendam].

TIϽƎƎ·ADBAƧ circulo scr.

Descripsi. — *Sabda fecit.*

4906 in operculo amphorae rep. in alveo Tiberis [repos. therm. Dioclet.].

MOƎHT circulo scr.

Descripsi. Acta ms. effossionum Tiberinarum n. 2237. — *Theom( ).*

4907 in operculo amphorae [Hispali apud Fr. Caballero Infante qui Romae emit].

A
M·N

Descripsit Huebner.

4908 '*in un coperchio di dioto*' rep. in colle Hortorum.

.V.
m · ω

Guattani *mem. enciclop. per il 1816* (vol. VI) p. 105.

4909 in operculo amphorae Romae rep. [apud antiquarium quendam].

E littera magna a parte sin. operculi

Descripsi.

4910 in operculis amphorarum rep. in monte *Testaccio* (1 ex.) et in Tiberi (2 ex.) [repos. urb.; repos. therm. Dioclet.].

ATX
ꟼ X

Descripsi. Unum exemplum ed. Borsari in *Not. d. scavi* 1892 p. 410 (ATXEX).
Cf. C. I. L. V 8115, 187.

4911 in operculo amphorae [repos. urb.].

Ƹ II
ƎƎ

Descripsi.

4912 in operculo amphorae rep. ad ripas aut in alveo Tiberis [repos. therm. Dioclet.].

I H

Descripsi.

4913 in operculo amphorae rep. ad ripas aut in alveo Tiberis [repos. therm. Dioclet.].

V
Ƨ Ƨ
Λ

Descripsi.

4914 in duobus operculis amphorarum, quorum unum rep. prope Tiberim ad pontem Aemilium [fuit apud Bruzzam], alterum loco ignoto effossum [repos. urb.].

Φ
⊢ ⊣
O

Descripsi. Videtur esse legendum D T O sinistrorsum et dextrorsum repetitum.

4915 in operculo amphorae rep. ad ripas aut in alveo Tiberis [repos. therm. Dioclet.].

S O A I

Descripsi.

4916 in operculo (amphorae ut videtur) rep. in hortis Torlonia prope montem *Testaccio*.

▭ RASTS?

Bruzza in schedis.

4917 operculum amphorae in Esquiliis rep.

XTAXCG circulo scr.

Ex schedis Bruzzae. — Cf. n. 4910.

4918 '*sopra coperchio di anfora rotondo*'.

ꟼJ ꟻA..IꟼI

Ex schedis Bruzzae.

4919 in operculo amphorae rep. ad ripas aut in alveo Tiberis [repos. therm. Dioclet.].

ΙΝΩΛΛΟΠΑ circulo scr.

Descripsi. — Ἀπολλωνί(ου).

4920 in operculo amphorae Romae rep. [apud me].

ꟼT I ΟΛ T

Descripsi. — Τρίτου.

4921 '*turacciolo di anfora di Ostia*' BR. (videtur esse sigillum impressum calci harenatae qua obturata erat amphora).

L·NANEI·C L·NANEI·C circulo scr.

Ex schedis Bruzzae. — Est nomen L·NANEI·C repetitum. Interpretatio ambigua: aut *L. Nanei* (= *Nani*) *C.* (id est *Gai* sc. *servi*, cf. Ephem. epigr. IV p. 246) aut, quod magis crediderim, *L. Nanei* (= *Nannei*) *C( ).* In titulo Paestano C. I. L. X 493 occurrit *M. Nanneius Quatianus.*

4922 Praeneste rep.: *turaccio di gesso di un anfora* BON., in gypseo amphorae operculo bis litteris extantibus GARR.

P · SVFE

Bonanni communicavit cum Henzeno *Bull. d. Inst.* 1865 p. 68 neglectis litteris contignatis. Garrucci syll. n. 2269 ita ut dedi, qui tamen se vidisse non dicit. — De forma sigilli nihil traditur; fuit opinor formae circularis nomen bis deinceps exhibens, cf. titulos praecedentem et sequentem.

P. Saufe(i).

4923 sigillum calci harenatae vel gypso impressum quo obturatur collum amphorae n. 4575 [repos. urb.].

SCILIRVFISCILIRVFI *circulo scr.*

Descripsi edidique in *Bull. arch. comunale* 1879 p. 44. Cum titulus circulo perfecto scriptus sit, incertum est, a quanam littera lectio incipienda sit. Videtur esse nomen *Scili Rufi* repetitum; sed amphorae cum praeter alia inscriptum sit vocabulum FISC (cf. supra n. 4575) fieri potest ut legendum sit *fisci* (= arcae) *L. I( ) Ru( )* bis positum.

4924 sigillum calci harenatae vel gypso impressum quo obturatum est collum amphorae rep. in domo antiqua sub ecclesia ss. Ioannis et Pauli [ibidem adservatur].

SEC ... AMIEAOAYCACI *circulo scr.*

in medio lineola recta

EO↘
VTK

Descripsi. Lectio a quanam littera incipienda sit incertum est; secunda videtur esse E potius quam F, tertia aut C fuit aut O, sequuntur lacuna novem decemve litterarum, spatium detritum quattuor vel quinque litteras capiens, litterae denique quas supra exhibui; litterae in medio sigillo positae sunt E vel F, tum C vel O, deinde lineola ↘ fortuita (cf. tamen *bull. crist.* infra cit. p. 31 adn. 5), infra VT certissimae et K satis certa. Ed. de Rossi *bull. arch. crist.* 1888/89 p. 90, 1890 p. 31, ita: SE₀ ○VIDI DAYCAEI, in medio EX ∫ VTR. *Not. d. scavi* 1890 p. 79 eodem modo, nisi quod DAYCEI. P. Germano *la casa Celimontana* p. 144 ita ut dedit Rossius, imaginem addens parum accuratam.

Nomen, bis ut videtur deinceps repetitum, quale fuerit non assecutus sum, neque video quid in medio enuntiatum sit; Rossius legit *ex utr(e)*.

PARS IV

VASA ET SVPELLEX ARGILLACEA VARIA PRAETER LVCERNAS

CAPVT PRIMVM

SIGILLA IMPRESSA IN VASCVLIS ARRETINIS

De vasis rubro colore obductis, quae Arretina dicuntur, non multa mihi adnotanda sunt, cum uberiora et certiora de universo hoc figlinorum genere is demum statuere possit qui nos docebit, quomodo vasa vere Arretina differant ab iis, quae ad instar Arretinorum in aliis officinis fiebant, veluti in Cumanis vel Puteolanis (cf. Martial. XIV, 114; *Bull. d. Inst.* 1875 p. 242 seqq.; C. I. L. X p. 891) et fortasse etiam in Mutinensibus (cf. Plin. n. h. XXXV § 161; *Bull. d. Inst.* 1837 p. 10 seqq., 1841 p. 144).

Ex vasis Romae repertis pleraque vere Arretina esse dubitari nequit, cum eaedem figulorum notae Arretii occurrant; pauca tantum — solentque ea esse rudioris artificii — notas exhibent obvias imprimis in regionibus Galliciis ad Rhodanum flavium et ad oras maris Ligustici positis, unde Romam invecta sunt; alia aut Romae aut aliis locis in Italia confecta esse possunt. Prioris generis longe plurima aetatis sunt antiquioris, quippe quae pro litterarum et nominum forma pertineant ad ultimum liberae rei publicae saeculum: omnium antiquissima sunt vasorum exempla non ita frequentia colore nigro vel nigrescente obductorum[1]), de quibus egi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 329 seqq. (cf. etiam *Not. d. scavi* 1890 p. 64 seq. et 68 seqq.); ex vasis rubro colore obductis his proxime accedunt quae sigilla formae quadriangulae quater vel quinquies in fundo impressa habere solent; aetatis subsequentis sunt reliqua exempla notata sigillis quadriangulis semel tantum impressis et quae figulorum nomina exhibent impressa signaculis variae formae, imprimis formam plantae pedis referentibus. Figulorum nomina in vasorum parte externa inter anaglypha et ornamenta impressa (tabellis prominentibus inscribi ea solent) neque antiquissimis adnumeranda sunt neque recentissimis. Annorum notae vel alia indicia certae aetatis in vasculis Arretinis non extant; nonnulla ex figulorum nominum natura ad Sullanam fere aetatem rettulit Gamurrinius in *Not. d. scavi* 1883 p. 268 seq. (cf. etiam 1890 p. 71 seq.); neque multum a vero aberrabimus si universum hoc vasorum genus ab initio ultimi saeculi liberae rei publicae usque ad finem fere saeculi primi post Chr. factam esse coniicimus.

Notae in vasculis Arretinis vel Arretinorum similibus Romae repertis impressae modo figlinarum vel fornacis dominum enuntiant, modo servum figulumve, modo nomina domini et servi exhibent coniuncta; in quibusdam numeri occurrunt incertum quomodo explicandi (cf. n. 5803 seqq.); titulus plane singularis est n. 5016 *Atemo circitor refi(ciendum* vel *-ciendas) curavit*, de quo vide quae infra adnotantur. Figlinarum nomina non occurrunt; vocabulum *of(ficina)* ubi praeponitur nomini servi, vascula non vere Arretina sunt, sed originis externae (cf. n. 5059. 5108. 5211*g*. 5273*d*. 5462*a*. 5560*a*. 5598. 5765); saepius additur verbum *fecit*[2]), pro quo occurrit etiam Graecum ἐποίει Latinis litteris scriptum (n. 5211*c*. 5398*a*); originem Arretinam diserte indicat *A. Titius*, figulum Arretinum se esse enuntians, in aliis sigillis nude ponitur vocabulum *Aretin* (*Areti*, *Aret*) vel *Arreti* et in uno *Aretio*[3]).

Nomina enuntiantur modo primo casu, modo secundo; plerumque vero ita breviantur, ut quonam casu posita sint non liqueat et praesertim in sigillis ea duobus versibus compositis interpretatio saepe sit dubia. Eae enim notae modo servum eiusque dominum solito modo indicant[4]) — veluti *Antus* ‖ *P. Corneli*, *Rufio* ‖ *T. Rufr(eni)*, *Epapra* ‖ *A. Sest(i)*, *Samiae* ‖ *L. Tetti*, *Diome(des)* ‖ *A. Vibi*[5]) — modo tria nominis elementa continent, quae tam unum nomen liberti designare possunt, quam duo nomina, domini scilicet eiusque servi. Ita e. g. sigilla

P. Corneli	*T. Rufre*	*A. Ses*	*L. Tetti*	*A. Vibi*
Anthus	*Rufio*	*Epap*	*Samia*	*Diom*

si legimus *P. Corneli(us) Anthus*, *T. Rufre(nus) Rufio*, *A. Ses(tius) Epap(ra)*, *L. Tetti Samia(e)*, *A. Vibi Diom(edis)*, libertos eos factos esse necesse est quos antea servos fuisse vidimus; si contra legimus *P. Corneli*, *Anthus* (sc. *fecit*); *T. Rufre(ni)*, *Rufio*; *A. Ses(ti)*, *Epap(ra)*; *L. Tetti*, *Samia*; *A. Vibi*, *Diom(edes)*, in his sigillis domini et servi nominantur

---

[1]) Cf. n. 4925*a*. *b*. 4937*a*. *b*. 4985 (n. 2). 5179*c*. 5228*a*. 5323*a*. 5399*f*. 5401*a*. 5444*b*. 5475*b*. 5568*b*. 5596*a*. 5599*b*. 5699. 5756*c*. 5801, vide etiam n. 5446. Antiquioris aetatis videntur esse etiam vascula coloris inter cineraceum et violaceum medii vel coloris violacei n. 4989*b*. 5153*a*. 5228*b*. 5464*d*. 5475*a* (n. 2); vasa contra coloris gilvi rubris venis sparsi (n. 4928. 5462*a*, vide etiam n. 5295*b*) recentioris sunt aetatis.

[2]) Nomina quibus additur servilia esse solent excepto n. 5692 in quo est *M. Tulius fecit*; in uno est *feci* praepositum nomini primo casu enuntiato (n. 5309*a*).

[3]) In n. 5237 M·CRATI ‖ ARRETI incertum est, utrum *Arreti(us)* cognomen sit M. Cratidi, an patriam eius significet; similiter FIG vel FIGVL, quod in nonnullis sigillis nomini additur, utrum *figulus* intellegendum an pro cognomine accipiendum sit dubium est.

[4]) Vocabulum *s(ervus)* perraro additur (cf. n. 5342; n. 5079*a*. 5662. 5676 num huc pertineant incertum est).

[5]) In his sigillis servorum nomina primo casu enuntiari solent, perraro secundo casu ponuntur (cf. n. 5382. 5589*a*. 5590. 5635 cet.).

iidem atque in titulis supra citatis, sed ordine inverso. Hic enuntiandi ordo non minus quidem legitimus forut quam ille, sed certe in vasis Arretinis minus usitatus est, cum ex tanta titulorum copia tria vel quattuor tantum exempla certa proferre possim P. (vel T.) B( ) *Dipili* ‖ *Salvius f* (n. 5051), *P. Mesini* ‖ *Amphio s* (n. 5342), *C. Titi* ‖ *Nepotis* ‖ *Probat* (n. 5661 *a*), quibus fortasse accedit n. 5144 n *P. Corne(li)* ‖ *Firmu(s) f* (aut *Firmus?*): sed velim animadvertas, in his omnibus servum clare designari verbo *f(ecit)* vel vocabulo *s(ervus)* aut nominum collocatione, quod in illis sigillis non fit. Quae cum ita sint, tutius videtur esse in titulis de quibus egimus libertorum nomina supponere; quamquam libertorum in quibusdam gentibus quae sic creatur frequentia propositam interpretationem videtur infirmare.

Antiquiore aetate figlinarum vel fornacis domini cum praenomine et gentilicio designari soleant aut solo gentilicio — perraro solo cognomine (n. 5374) aut tribus nominibus (n. 5323) — utrum ingenui fuerint an liberti incertum est. Sed eadem fere aetate libertos in his vasis frequenter occurrere statuendum est, si tituli ex duobus versibus compositi, de quibus modo egimus, re vera libertos enuntiant. Praenomen saepius omittitur in titulis fere omnibus recentioris aetatis. Praenomen cum cognomine coniunctum raro reperitur (n. 4996. 5094. 5682 *i*). Plures domini consociati ubi nominantur, ex eadem gente esse solent (cf. n. 5448. 5677. 5748 seq. 5760; in n. 5063 socii videntur esse ex diversis gentibus, cf. etiam n. 5065); mulieres, sive figlinarum dominae fuerunt sive officinatrices, raro occurrunt (n. 5515. 5555. 5603).

6131 in latere [mus. Kircher. ampl.].

SVMM — litt. magnis fere cursivis
ALEAM

Descripsi.

6132 lateris fragmentum rep. ad eccl. s. Mariae Maioris [repos. urb.].

OPUS

Descripsi. Litterae altae sunt 0,09—0,12.

6133 in parte aversa statunculi gladiatorem referentis [Velitris in mus. Borgia].

ANAT

Guattani *monum. ant. ined.* (1787) tab. III p. XLIII (tituli mentio fit in indice s. v. *gladiatore*); inde Cardinali *iscr. Velit.* p. 231 n. CLXXXVIII. De scripturae genere nihil traditur.

Anat(*ellon*). — Idem nomen occurrit in lucernis; cf. quae adnotavi ad n. 6073.

6134 'in latere testaceo musei Kircheriani lato digitos quatuor, alto duos, capite perforato, uti pyramidia testacea omnia' GARR.

ANCAR · SILVI

Garrucci *syll.* n. 490. Gamurrini *append. al corpus inscr. Ital. del Fabretti* n. 922 ita: ANCAR·SILVI. Ex utroque Lattes *iscr. paleolatine* p. 38 n. 92. Titulum stilo scriptum fuisse opinor. *Ancar(i) Silvi.*

6135 in fragmento vasis in Tiberi rep. [repos. therm. Diocl.].

ANT — litt. certe stilo ut videtur incisis

Gatti ectypon misit.

6136 inscriptum tegulae rep. a. 1871 *a porta Maggiore nel columbaio presso quello de' Statili.*

BUS

Descripsit Bruzza. — *Bus*(*idius*)?

6137 *a* in parte aversa statunculi argillacei (mulier inter duos viros circa mensam epulis extructam in lectis recumbens; iuxta sedet tibicen) in Esquiliis rep. [repos. urb.].

b in parte aversa protomae Minervae (caput desideratur) aegida in pectore habentis [Romae apud antiquarium quendam].

a CARPVS
b CARPVS

a Descripsi. *Bull. arch. comunale* 1880 p. 299, 3. — *b* Descripsi a. 1894.

6138 in coemeterio Agnetis, *sopra un ... mattone quando l' argilla era fresca fucvi collo stecco inciso un nome in corsivo che si legge forse*

ERACLES

Armellini *cimit. di s. Agnese* p. 307.

6139 in fragmento vasis rep. in Esquiliis ad angulum viarum *Gioberti* et *Principe Umberto*.

caduceus

FELIX
G·RVSS
CYPCAT

Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1880 p. 30, 199.

6140 guttus figura Mercurii adversi petasati s. caduceum, d. crumenam tenentis exornatus [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].

HIIARI stilo scr. in cellulis infundibuli

Descripsi. — *Hi(l)ari*.

6141 in parte aversa statunculi (Venus inter ramum palmae et arma) [Berolini in mus. (ex coll. Bartholdy), sign. n. 844].

LASCIVA
FS

Descripsi. Panofka *Terracotten* tab. XX, 2 imaginem statunculi, de titulo *tacens*.

Incertum utrum *Lascivae* legendum sit an *lasciva es*. — *Lascivus* figulus occurrit in lucerna infra edenda; cf. quae adnotavi ad n. 6073.

6142 sub fundo vasis rudioris ex argilla nigrescente rep. in Esquiliis ad eccl. s. Eusebii [Romae apud Leonem Nardoni].

LIT

Descripsi et delineavi. Edidimus Bruzza in *Bull. arch. comunale* 1878 p. 186 tab. XIII—XIIII n. 7 et ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 305 n. 97 tab. Q n. 15 (inde memoratur apud Lattes *iscr. paleolatine* p. 40 adn. 67).

Lit( ).

6143 in parte aversa statunculi (histriones comici duo, quorum alter brachium dextrum cervicibus alterius imponit) [inter Ostiensia in mus. Laterano].

--LVCI

Descripsi a. 1895. Cf. Benndorf et Schoene *ant. Bildw. d. Lateran. Mus.* p. 404 n. 662.

Cf. infra lucernas inscriptas *Luci, Lucili, Lucilla(?)*, *N. Nae(vi?) Luci* et quae adnotavi ad n. 6073.

6144 in capite columellae formam habentis pyramidis superne truncae rep. in Esquiliis una cum n. 6149—6151 [repos. urb.].

M

Descripsi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 299 n. 93; inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 39 ad n. 93. Memoratur in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 183.

6145 'in formae testaceae parvulae postica, litteris stilo impressis. Antica caput habet egregii operis hedera et lemniscis redimitum'.

Ⅎ·M

Garrucci syll. n. 511. — *L. M( )*.

6146 in tripode parvo argillaceo (similem plumbeum delineavit Passeri lucernae II pag. II n. 3) rep. in Tiberi [Romae apud Costam].

MAEO

Descripsi. Costa ms. I f. 41 n. 503 imaginem.

Maeon, reliqua incertae interpretationis (*kave* vel *kaveas*, *kavent* dubitanter proposuit Hormann).

6147 sub vasculo rotundo ansato [Romae apud Costam].

A·P

Descripsit Arndt, ego contuli.

Eaedem litterae occurrunt in lucernis infra edendis.

6148 *figurina di donna di stile molto arcaico con in mano le mani oggetti diversi* [fuit Romae in mus. Campana].

in parte aversa

PESTIKA

Cat. del mus. Campana, cl. IV ser. V p. 24.

Sigillum in statuncula in Gallia repertis obvium esse mihi significavit Pottier Parisinus; cf. Blanchet (*étude sur les figurines en terre cuite de la Gaule rom.*) in *Mémoires de la soc. des antiquaires de France* 1890 p. 93.

6149 in re argillacea fortasse adhibita ad colores terendos aut ad depsendum (ab una parte perforata est) rep. in Esquiliis ad angulum viarum *dello Statuto* et *Merulana* una cum n. 6144. 6150. 6151 [repos. urb.].

[facsimile] ¼

Delineavi Bruzza in schedis. Edidimus Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 182 n. 179 (= *Not. d. scavi* 1877 p. 266; e *Bull.* Garrucci addenda in syll. n. 2344) et ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 297 et tab. R n. 10. 10a (inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 32 n. 71).

Nota libertinum figulum servum appellari; nam intellegendum esse *C. Sextio(s) T(ibi) s(ervus)* docuit Mommsenus in Ephem. epigr. IV (1881) p. 246 seq. lectionem a Lanciania propositam *C. Sextio(s) e(rtum) s(olvit)* reiciens. Cf. ollam sepulcralem inscriptam *L. Eiri A. s.* (*Not. d. scavi* 1883 p. 171 = *Bull. arch. comunale* 1884 p. 55).

Cf. *Not. d. scavi* 1890 p. 129 ubi imago similis rei argillaceae exhibetur.

6150 in parte concava duorum semiluborum fractorum (*frantumi di dolio* LANC., errore) rep. in Esquiliis una cum n. 6144. 6149. 6151 [repos. urb.].

a P·SIIXTIO ½ b *p. sext*IO·V·F

Descripsi et delineavi. Edidimus Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 183 (inde Ephem. epigr. IV 1881 p. 246; Garrucci addenda in syll. n. 2347) et ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 298 et tab. R n. 11. 12 (inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 39 n. 94).

P. Sextio(s) T(ibi) f(ilius).

6151 in duabus columellis formam habentibus pyramidum superne truncarum rep. in Esquiliis una cum n. 6144. 6148. 6150 [repos. urb.].

a in latere: P·S II in capite: ✕

b in latere: P·SII in capite: ✱

Descripsi. Edidimus Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 182 n. 180. 181 (*a* tantum in *Not. d. scavi* 1877 p. 267, inde Ephem. epigr. IV 1881 p. 246) et ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 298 n. 91. 92 et tab. R n. 17. 18 (inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 39 n. 93). E *Bull.* sumpsit Garrucci addenda in syll. n. 2345. 2346.

P. Se(xtus V. f.), cf. praecedentem.

6152 [in mus. Laterano inter Ostiensia]

basis parva rotunda cui insistebant duae figurae (supersunt tantum pedes unius et vestigia pedis alterius); in margine inferna anteriore

TITAEDIORVM

Descripsi; est etiam in schedis apud Institutum minus accurate. Benndorf et Schoene *ant. Bildw. d. Lateran. Mus.* p. 404 n. 648.

Titaediorum. — Idem nomen redit in lucerna infra edenda (cf. quae adnotavi ad n. 6073).

6153 in latere ut videtur fracto rep. in Esquiliis una cum n. 6149—6151 [repos. urb.].

OLC·
AAR·I·

Descripsi et delineavi. Edidimus Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1880 p. 30 n. 200 (inde Garrucci addenda in syll. n. 2342 qui v. 1 supplet *Volcio*) et ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 299 n. 94 et tab. Q n. 8.

Prima littera fuit o, post ı aut o fuit aut cı; in fine potest fuisse ı.

6154 in duobus tubis argillaceis ad puteum pertinentibus cuius est titulus n. 6122 [mus. Capit., *sala delle terrecotte*].

a S C
IIIC ꝛ·VI

b X X

Descripsi et delineavi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 301 et tab. R n. 3. 4. — Videntur esse notae a figulo ad componendos tubos incisae.

6155 litterae singulares et notae in arulis anaglyphis exornatis et fere omnibus in necropoli Esquilina effossis [nonnullae adservantur in repos. urb.; aliae fuerunt Romae apud Costam et apud Castellanium; aliae apud me antea, iam extant Berolini in mus. (sign. n. 8083. 8084. 8085. 8088. 8093), *k* originis incertae (ex coll. Bartholdy) in eodem museo (sign. n. 625)].

a ꓕ) *n* Γ
b ⱢꞏⱢ *o* Ꝺ
c Γιι *p* P
d Λ *q* ∫
e A *r* ŋ
f ΛΙ *s* ꝉ
g C *t* Y
h C *u* +
i C *v* ⋈
k W *w* \
l M *x* \
m V *z* A
y A

Delineavi edidique in *Ann. d. Inst.* 1879 p. 282 seq. et tab. R n. 7—29.

Notae modo in superiore, modo in aversa arularum parte scriptae partim litterae sunt (omnes Latinae, non ex parte Etruscae ut olim existimavi), partim notae figulinariae. Cf. Lattes *iscr. paleolatine* p. 103 seq.

6156 litterae singulares et notae: *a* in parte exteriore catini in Esquiliis rep. ad eccl. s. Eusebii; *b* sub fundo vasculi nigro colore obducti in Tiberi rep.; *c* in capite cylindri rep. in sepulcro extra portam Salariam; *d* in disculo umbilicato et perforato in Esquiliis rep. [*a* Romae apud Leonem Nardoni; *b* repos. therm. Diocl.; *c* fuit apud me; *d* Romae apud Costam].

a ΛA *b* LI *c* A *d* ⊕

Descripsi omnia praeter *a*. — *a* edidimus Bruzza in *Bull. arch. comunale* 1878 p. 185, tab. XIII—XIIII n. 6. 6*a*, ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 306 n. 98. — *b* edidi in *Ann.* l. c. p. 309 n. 106. — *c* Bruzza in *Bull.* l. c. p. 183, tab. XIII—XIIII n. 4. — *d* edidi in *Ann.* l. c. p. 306 n. 99, tab. Q n. 36, R n. 8.

a Bruzza legit *Ap*( ); est potius Ἀλ vel Λα.

6157 in latere ulo anaglypto (generis eorum qui supra editi sunt n. 2538 seqq.) ad Tiberim rep. *al ponte Margherita* [repos. therm. Diocl.].

Orestes dextro pede et genu omphalo insistens (ita fere ut est apud Campana *ant. opere in plastica* tab. LXXIII); prope caput Orestis, a parte dextra, adscriptum est

ΟΡΕCΤΗ

Descripsi.

TITVLI POST COCTVRAM SCARIPHATI

6158 in ventre vasis unguentarii ad ripam Tiberis rep. in viridiario Lais [repos. therm. Diocl.].

ab una parte

AMOR
MED

ab altera

FLACA
DEDE

Delineavi. Acta ms. effossionum Tiberinarum n. 2809. Est etiam in schedis Bruzzae omisso verbo DEDE.

FVACA Acta, Bruzza; in vasculo est nomen FLÁCA certissimae lectionis, in quo notandus est apex priori A superpositus ad designandam vocalem longam.

Amor med Flāca dede (= *Amor me Flaccae dedit*). Amor aut substantivum est aut nomen Eros Latine redditum; cf. titulum in museo provinciali Bonnensi adservatum a Buechelero ita suppletum . . . *ilius Eros* [*qui et A*]*mor* (*Rhein. Mus.* 1894 p. 176). Puellae nomen, cui vas unguentarium obtulit Amor vel Eros, sine dubio est Flacca, more antiquo scriptum Flāca = Flacca. — Tituli vetustatem praeter tertium casum in *-a* desinentem arguunt formae quae sunt *med* et *dede*.

6159 patera ex argilla quae dicitur *bucchero* Romae empta apud antiquarium quendam [Romae apud Leopoldum de Feis antea, iam apud me ex dono de Feis].

sub pede leviter scariphatum

in parte interiore eiusdem paterae, ab altera manu

Delineavi; titulorum imagines misit etiam de Feis. *Not. d. scavi* 1887 p. 150 (titulum alterum sic ꟼ ıaı); inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 41 n. 100.

Prior titulus legendus est *eqo* (= *ego*) *Fulfios* (= *Fulfius*; cf. Fulfennius), alter quomodo intellegendus sit non liquet; *eqo Pulpios Piai*, i. e. Piae filius intellegit Lattes, perperam.

Pronomen *ego* per q (koppa) litteram scriptum occurrit etiam in titulo vasculi Ardeatini C. I. L. X 8336, 1 quem *eqo K. Anaios* = *ego K*(*aeso*) *Annaeus* legendum esse proposui in *Bull. d. Inst.* 1882 p. 97 seq. (in C. I. L. Mommsenus meam interpretationem eo nomine offendere dicit, quod pronomen *ego* per q quomodo scribi potuerit non perspicitur); per k litteram scriptum bis legitur in vasculo Falisco inscripto *eko Lartos*, *eko Kaisiosio* (*Bull. d. Inst.* 1887 p. 62, *Not. d. scavi* 1887 p. 175); *eco* denique est in titulo Esquilino n. 6122. Scribendi modum *eqo* cum formis Etruscis *equ* et *eku* composuit Lattes l. c. p. 42.

6160 in urceolo (generis eorum qui effossi sunt in vinea s. Caesarii) rep. in necropoli Esquilina (*vicino a s. Eusebio* an.) [Romae apud Costam antea, iam Parisiis apud Froehnerum].

Delineavi. Bruzza in schedis. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 268 n. 3 et tab. P n. 6. 6a; inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 40 n. 96 bis. Secunda littera in scribendo omissa postea addita est supra versum. Postremum vocabulum item postea additum videtur esse loco insolito, cum post *Rustiu* spatium deficeret.

Rustiae Rustiu(*s*) *Caper iousit* (sc. urceolum poni).

6161 sub pede catini nigro colore obducti rep. in necropoli Esquilina [Romae apud Costam antea, iam Parisiis apud Froehnerum].

Delineavi et edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 277 n. 24 et tab. P n. 9. Est etiam in schedis Bruzzae. Eundem sine dubio titulum rettulit Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1875 p. 49 ita: CATIA CATINO; inde Garrucci in *Civiltà cattolica, serie IX vol. X* 1876 p. 467 seq. et syll. n. 2307 (hic errore titulus in lucerna fictili esse dicitur), e Garruccio Gamurrini *appendice al corpus inscr. Ital. del Fabretti* n. 920. Ex praecedentibus Lattes *iscr. paleolatine* p. 21 et p. 40 n. 95.

'Catia sive dea sive herois', quam ex prava lectione Lancianii statuit Garruccius, nulla est. *Statia catino*(*m*) (sc. *dat*), quod proposuit Mommsen et ego meae lectioni *Statia*(*i*) *catino*(*m*) olim praeferendum putavi (cf. *Ann.* p. 342), iam minus placet, cum supellex in necropoli Esquilina effossa votivam catini naturam excludere videatur neque nomen eius, cui Statia catinum obtulit, omitti potuerit. Titulus igitur potius intellegendus est '*Statia catino*(*m*) *habet* vel *possidet*', ut coniecit Franciscus Buecheler. Catinum melius neutro genere dici quam masculino rettulit Isidorus (orig. XX 6 § 5) ex auctore ignoto.

6162 in catino fracto nigro colore obducto rep. in necropoli Esquilina [repos. urb.].

inter notas litterasve varias prorsus incertas

D

et infra prope pedem

A E I

Descripsi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 278 n. 27.

6163 sub pede catini nigro colore obducti rep. in necropoli Esquilina [Romae apud Costam].

Delineavi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 277 n. 23 et tab. Q n. 9. Duae priores litterae videntur esse initiales incohati nominis *Aplo* (= *Apolo, Apollo*), nisi est *Ap*( ) *Ap*(*o*)*lo*(*ni*).

6164 in urceo parvo rep. in Esquiliis [apud me antea, iam Berolini in mus., sign. n. 3118].

C · COSK

Descripsi. — *C. Cosk*(*oni*). K littera ante O occurrit etiam in titulo n. 5955.

6165 in atramentario rubro colore obducto in Esquiliis rep. [Romae apud Costam].

F· FELMYST

Descripsi. Est etiam in schedis Bruzzae.

6166 in urceo parvo (generis eorum qui effossi sunt in vinea s. Caesarii) rep. in necropoli Esquilina [apud me antea, iam Berolini in mus., sign. n. 3116].

Delineavi. Edidi in *Bull. d. Inst.* 1880 p. 137 (inde Garrucci addenda in syll. n. 2343) et *Ann. d. Inst.* 1880 p. 270 n. 6 et tab. P n. 1. In (inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 38 n. 75).

M. Lornti = *M. Laurenti*. Notanda est R et N litterarum forma; R occurrit etiam in nummo apud Garruccium syll. n. 6.

6167 in vasculo nigro colore obducto in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

MIN

Descripsi a. 1895.

6168 in parte externa vasculi nigro colore obducti in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

ꟷ Ր

Descripsi. — *L. P( )?*

6169 sub fundo vasculi nigro colore obducti rep. in necropoli Esquilina [repos. urb.].

ΓAΡ et ANI

Descripsi et delineavi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 276 n. 26 et tab. Q n. 17. 17*a*. Nomina a diversis manibus videntur esse scripta.

6170 circa infundibulum atramentarii colore nigrescente obducti Romae rep. [apud me].

Delineavi. — *Pilotimei Lucretei L(ucei) s(ervei).*

6171 '*tessera*' Romae rep. [Bononiae apud Biancanium].

REBVL

Marini *inscr. dol.* p. 431 n. 224 qui vidit. Cuius formae tessera fuerit non indicatur neque dicitur utrum impressus an scariphatus sit titulus.

6172 prope pedem catini nigro colore obducti rep. in necropoli Esquilina [repos. urb.].

ꞨAR

Descripsi et delineavi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 278 n. 25 et tab. Q n. 16.

Saur( ) vel *S. Aur(eli).*

6173 sub fundo catini nigro colore obducti rep. in Tiberi [repos. therm. Dioclet.].

Delineavi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 307 n. 100 et tab. Q n. 21. Post R videtur fuisse O potius quam C vel G; littera parva inter V et S quae videtur esse C est fortasse ipsa S incohata.

L. Sura(nius) Ligus.

6174 *coperchietto di un piccolo vaso di un' argilla rossa, ma di pasta finissima, del genere delle aretine e rinvenuto da me sulla via Latina, ove leggonsi in giro i nomi del possessore, cioè*

TVSCI ERONIS

Armellini *cronichetta mensuale* 1875 p. 112.

Videtur esse titulus scariphatus.

6175 in margine paterae nigro colore obductae in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

<·VAꟷ

Descripsi a. 1895. — *C. Val(eri).*

6176 in margine vasculi nigro colore obducti in Tiberi rep. [repos therm. Dioclet.].

VAꟷ

Descripsi a. 1895. — *Val(eri).*

6177 in fundo patinae nigro colore obductae rep. in necropoli Esquilina [repos. urb.].

circa os adversum Sileni (gemma ut videtur impressum) litteris parvis scariphatum est

/Ր///A//ꞨI

Descripsi et delineavi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 276 n. 21 et tab. R n. 9.

6178 in margine paterae nigro colore obductae in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

\TANVꞨ///

Descripsi a. 1895.

6179 '*graffito*' in latere rep. ad Appiam in fundo Lugariorum.

ƆAIV

Lugari in *Not. d. scavi* 1887 p. 279.

Fortasse non bene exceptus.

6180 '*graffito sul collo di un vaso*' (incertum utrum ante an post cocturam) Ostiae rep.

H C
ƆVINSE<

Descripsit C. L. Visconti.

6181 litterae singulares et notae scariphatae in vasculis catinisve fere omnibus colore nigro vel nigrescente obductis (*n* in olla, *n* in urceo nullo colore obductis) repertis *a—d. f—h. k—q* in necropoli Esquilina, *e* ad viam Ostiensem in vico Alexandri, *i* in Tiberi [*a. b. f. g. k—q* in repos. urb.; *i* in repos. therm. Dioclet.; *c. d* Romae apud Costam; *h* apud me].

a	ʌʌ in ventre	*i*	A sub fundo
b	C·N prope pedem	*k*	E sub fundo
c	Ꞩꟷ in parte interna	*l*	F sub fundo
d	TI sub fundo	*m*	H sub fundo
e	I M extrinsecus	*n*	M in ventre
f	N prope pedem	*o*	M et II extrinsecus
g	A extrinsecus	*p*	N prope pedem
h	A extrinsecus	*q*	N (aut ʌ/?) sub fundo

Praeterea notae complures ex lineis compositae, veluti pentagramma quod dicunt vel duae lineae decussatae aliaque incertae scripturae exempla, quae hic repetere taedet cum iam edita sint in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 285 seq. n. 61 *b—g*. 62. 63. 66 et tab. Q n. 31—34. 38. 46. 49; adde 14. 19. 28.

Descripsi *a—d. f—q* edidique in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 279 seqq. n. 32 (delineatur in tab. Q n. 7). 34. 42. 43. 48 (delineatur in tab. Q n. 26). 50*a*. *c*. 52. 53. 54*b* (delineatur in tab. Q n. 40). 55*a*. *c*. 56*a*. *b*. 105. — *e* Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1891 p. 217.

6182 in latere rep. prope Marinum in villa q. d. Q. Voconi Pollionis.

XXV|

Lanciani in *Not. d. scavi* 1884 p. 193.

Numerus utrum ante an post cocturam incisus sit non traditur.

6183 sub vasculo ex argilla alba (nullo colore obducto) in Esquiliis rep. [apud Costam].

ЄΡΜΗC KAI circulo scr.

Descripsi.

6184 sub fundo catini vetustae formae (ex argilla quae dicitur *bucchero*) rep. in Esquiliis [Romae apud Nardonium].

ΔꟻI

Descripsi. Edidimus Bruzza in *Ann. d. Inst.* 1876 p. 86, tab. L (inde Gamurrini *append. al corpus inscr. Ital. del Fabretti* n. 917) et in *Bull. arch. comunale* 1878 p. 179, ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 287 n. 67, tab. Q n. 10.

Litterae, quae ante coctam argillam scriptas esse putavit Bruzza, mihi videntur esse potius scariphatae in argilla iam cocta; utrum Graecae sint an Etruscae incertum est.

6185 in collo vasculi nigro colore obducti in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

K E

Descripsi a. 1895.

6186 in fragmento vasis Graeci zonis nigris et rubris picti rep. in necropoli Esquilina (*grotta sepolcrale del viale Principessa Margherita*) [mus. Capit. (*sala delle terrecotte*)].

Delineavi. Edidimus Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1875 p. 48 et tab. VI—VIII n. 21 (inde Garrucci in *Civiltà cattolica, serie IX vol. X* 1876 p. 469), ego in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 288 seq. n. 70 et tab. P, 5.

Lanciani putavit esse *sigle graffite di etrusca paleografia*, Garrucci legit *Klefi su*(*m*); nomen est Graecum, KTEKTOY ut videtur legendum (initio nihil videtur deesse).

TITVLI PICTI

6187 intus in paterae fragmento nigro colore obductae et corona ut videtur oleagina (luteo colore picta) exornatae rep. in necropoli Esquilina [repos. urb.].

ME| litt. parvis lutei coloris

Descripsi edidique in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 290 n. 73 et tab. R n. 6; inde Lattes *iscr. paleolatine* p. 22. Patera cum generis earum sit, quae deorum dearumve nomina exhibeant addito vocabulo *pocolom* vel *pocolo*, in hac *Me*[*nervai pocolom*] aut *Me*[*rcuri pocolom*] supplendum esse veri est simillimum.

6188 in ventre urcei, rubro colore pictam [repos. urb.].

O . BABM litt. maximis

Descripsi et delineavi. Bruzza in schedis ita: D . BABM.

6189 *coccio di tazzina a vernice nero-lucida con iscrizione dipinta in bianco nel centro,* Romae ut videtur rep. [Mediolani apud Hamilcarem Ancona].

T · CAꟻEIDI

Ancona communicavit cum Mommseno a. 1881.

6190 in fundo quinque paterarum nigro colore obductarum rep. in necropoli Esquilina [repos. urb.].

H littera in quattuor nigro colore, in una gilvo colore picta est

Descripsi edidique in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 290 n. 74 (tab. Q n. 51 delineavi unam in qua littera habet formam ⱶ).

6191 in fundo paterae nigro colore obductae in necropoli Esquilina fortasse rep., colore inter gilvum et rubrum medio pictam [repos. urb. (*orto Botanico*)].

M' · HARI litt. antiquis

Descripsi a. 1894. — *M'. Hari ....*

6192 titulus albo colore scriptus in labro paterae nigro colore obductae, quam Romae repertam esse ter asseveravit dominus in litteris ad Mommsenum et ad me datis, Toscanellae se emisse idem dixit Bormanno [Mediolani apud Hamilcarem Ancona].

V · IVNIOS · SCEVA

Descripsi (duae litterae in fine fuerunt fortasse A?). Dominus cum Mommseno communicavit ita: V·IVNIOS·SCE·VM; edidit V. Poggi in *Giornale Ligustico* IX 1882 p. 304 n. 30 (in fine SCEVA).

6193 atramento scriptam in vasculo utrimque ansato rep. a. 1618 non longe ab ecclesia s. Susannae; 'intus cineres erant consumptorum corporum' [fuit apud cardinalem s. Susannae].

Grim. Barb.: Grim. Vat.:

Grimaldi cod. Barb. XXXIV, 50 f. 290 et cod. Vat. 6438 f. 10 qui vidit.

Titulus litteris cursivis labentis aetatis exaratus (cf. n. 4855. 4856) quomodo legendus sit nescio; certe non est *futurus dolum* ut legit Grimaldius.

6194 *in un frammento di un gran vaso di terra cotta, scritto con minio; presso di me, datomi dall' abb. Giovinazzi.*

Ex schedis Marinii (codicis signatura nobis non enotata est).

PARS V

LVCERNAE[1]

In lucernis hoc volumine edendis cum earum sylloge exhibenda esset, quae ex solo urbano vel suburbano prodierunt, exempla in museis Romanis et publicis et privatis[2]) extantia, vel quae in Latio reperta sunt, quam potui plene his composui; ex lucernis in museis exteris primariis adservatis, quarum origo saepe ignota saepiusque non satis certa aut omnino dubia est, eas tantum recepi, quae accesserunt e collectionibus in urbe congestis[3]) vel quas museorum praepositi vel inventaria Roma allatas esse indicaverunt. Sed sic quoque plures irrepsisse necesse est non in urbe inventas, alias in hac sylloge deesse fortasse vere urbanas, cum in tabernis venditorum rerum antiquarum praeter urbanas prostent etiam lucernae alibi effossae et venditores in locis indicandis saepe mentiantur. Etiam Passeriana collectio, nunc Pisauri in bibliotheca Oliveriana adservata, quam totam fere recepi utpote magna ex parte compositam ex lucernis Romae effossis vel coemptis, multas continet in agro Pisaurensi et Perusino, in Umbria atque in Piceno repertas (cf. Passeri lucernae fictiles I pag. II); quas certum habeo non omnes me agnovisse atque segregasse. Sylloge igitur mea, licet caute composita sit, lucernarum vere urbanarum conspectum genuinum non exhibet, neque eiusmodi conspectus unquam exhiberi potest, cum inter lucernas Romae effossas etiam aliunde importatas extare aut constet aut veri sit simillimum[4]). Tota omnino quaestio de locis ubi lucernae factae sint, iam per se incerta et obscura, eo insuper perturbatur, quod in officinis urbanis vel suburbanis ultimi ordinis lucernae aliarum officinarum tam urbanae quam importatae imitando effingebantur[5]). Eiusmodi lucernas eas esse puto, quae diversarum officinarum notis notatae sunt, cum ex una eademque forma neglegenter expressae ornamenta et anaglypha exhibeant plane gemella. Hic ornamentorum consensus cum notarum diversitate coniunctus nequaquam confundendus est cum anaglyphorum repetitione obvia, ut infra videbimus, in lucernis diversarum officinarum; in his enim forma et ornamenta eleganter et nitide expressa esse solent, in adulterinis totum artificium rudius est et neglegentius, anaglyphorum praesertim lineamenta atque minutiora, utpote non suis formis expressa sed e lucernis iam coctis imprimendo desumpta, languida sunt atque confusa[6]).

Quod ad lucernarum in urbe effossarum aetatem attinet, omnium antiquissimae sunt lucernae currente rota ductae (non ut reliquae omnes formis expressae) et nitenti colore nigro vel nigrescente obductae, quarum formas praecipuas delineandas curavi in *Ann. d. Inst.* 1880 tab. O. In hoc lucernarum genere saeculis III et II a. Chr. fere tribuendo, quod inprimis e necropoli Esquilina innotuit, neque tamen urbanae originis videtur esse sed importatum e Campania (cf. *Ann.* l. c. p. 326 seq.), neque ornamenta occurrunt neque figulorum nomina impressa sunt, si duas exceperis n. 6631 *a.b.* Saepius tamen in iis scariphata sunt nomina modo breviata modo perscripta, primo vel secundo vel tertio casu posita et coniuncta nonnumquam cum verbo quod est *sum*; unde conieci has lucernas non solum nomina eorum qui iis utebantur, sed etiam defunctorum nomine enuntiare easque titulorum vice in sepulcris positas esse (*Ann.* l. c. p. 312 seqq.). Item formulae in iis obviae, quales sunt *ave* (n. 6898), *ne atigas* (n. 6902, cf. 6901), *noli me tangere* (n. 6903), *pone fur* (n. 6899), rectius opinor referuntur ad usum funebrem.

Aetati proxime subsequenti lucernas adsignandas esse puto, quae sub fundo habere solent litteras magnas aut singulares, aut plures monogrammate coniunctas: litterae stilo inscriptae ante cocturam in hastarum ductuumve extremitatibus parvis circulis exornatae hisque insuper saepenumero circumdatae sunt. Lucernae haud raro colore nigro vel nigrescente (plerumque minus nitenti quam in praecedentibus) aut rubro obductae modo carent ornamentis, modo exornatae sunt globulis prominentibus aut hederae vitisve racemis; formas earum in tabula huic volumini addita[7]) reperies sub n. 1. 2. His proxime accedunt quae easdem fere formas exhibere solent (dominatur forma 3), sed officinatoris vel figuli nomen stilo incisum habent ante cocturam

[1]) De lucernis in genere, praeter auctores antiquiores minus diligentes (Licetum, Passerium cet.), conferendi sunt inprimis Kenner *die antiken Thonlampen des k. k. Münz- und Antiken-Cabinetes und der k. k. Ambraser-Sammlung* in *Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen* XX 1858 p. 1 seqq. et Wieseler in *Nachrichten d. kgl. Gesellschaft d. Wissensch. zu Göttingen* 1870 p. 163 seqq.

[2]) Inter collectiones privatas primarium locum obtinet ea, quam Aloisius Costa inde ab a. 1871 Romae instituerat, nunc vero fere tota dispersa est. Earum lucernarum maximam partem (plus quam mille et centum) dominus delineavit, non eleganter quidem sed satis accurate, in tribus fasciculis iam adservatis in bibliotheca musei Berolinensis et a me citatis sic: Costa ms. I, II, III.

[3]) Ita, ut duo exempla afferam, lucernas a Fogelbergio collectas (nunc adservantur Monachi in antiquario), praeter paucas quas Neapoli coemptas esse intellexi e descriptione Minervinii in *Bull. arch. Neapol.* II (1844) p. 137 seqq., recepi omnes, cum Fogelbergium longum temporis spatium Romae degisse ibique rebus antiquis colligendis operam dedisse constat (cf. *Bull. d. Inst.* 1844 p. 40). Similiter recepi lucernas quae in museum Britannicum pervenerunt e collectione Towneley in urbe, ut traditur, potissimum congesta.

[4]) Ex agro ut videtur Neapolitano, in quo abundant (cf. C. I. L. X 8053, 46), importabantur lucernae ex officina Κέλσι; de lucernis formae 5 e Gallia cispadana fortasse oriundis vide infra.

[5]) Idem etiam alibi factum esse puto, inprimis in regionibus Germanicis et Gallicis, in quibus lucernae nominibus ATIMETI, COMMVNIS, FORTIS, STROBILI cet. notatae occurrunt tam rudis artificii, ut ex maioribus illis officinis minime possint prodiisse (cf. Wieseler l. c. p. 168 seqq.).

[6]) Ex undecim lucernis a. 1883 Romae una repertis, omnibus eiusdem formae et magnitudinis et ex eadem argilla neglegenter fictis, una sine ornamentis officinae nota carebat, duae eodem modo globulis exornatae erant et notatae nominibus FLORENT altera, altera ERACLID; eadem nomina exhibebant reliquae octo his anaglyphis exornatae:

- 1 Diana cum arcu (nota: FLORENT)
- 2. 3 idem signum ex eadem forma expressum (nota: ERACLID)
- 4 lituum et urceus (nota: FLORENT)
- 5 eaedem res ex eadem forma expressae (nota: ERACLID)
- 6. 7 protome Martis galeati (nota: ERACLID)
- 8 duae arbores palmae (nota: FLORENT).

Ex his duae (n. 4. 5) a me emptae iam Berolini in museo adservantur.
Similiter in aliis lucernis omni ex parte gemellis figulorum notae diversae occurrunt

- L FABSAB et C POM DIO (struthio; Romae a. 1883 rep., iam Berolini in museo)
- LAS AVGV et C IVN BIT (globuli; vidi Romae apud antiquarium quendam)
- C PVF SEC et L CAE SAE (leo aprum invadens; in mus. Kircher. vet.)
- ANNI SER et L CAE SAE (gladiator; Ostiae in museo)
- FLORENT et C I STEFAN (bos; Ostiae in museo)
- L CAESAE et C IV PHIL (leaena; mus. Lateran.)
- CAS VICT et EX OF FB (gladiator; repos. urb.).

Alia exempla proferre supersedeo, quia in iis describendis non diserte adnotavi, lucernas ex eadem forma expressas esse.

[7]) Tabula, ut par est, litteraturum tantum lucernarum formas exhibet praecipuas in urbe obvias.

saepe perscriptum; nonnumquam figuris, animalibus, aliis rebus exornatae sunt. Hoc lucernarum genus postremi liberae rei publicae saeculi ut videtur proprium usque ad Augusti fere aetatem perdurasse veri simile est.

Sequuntur lucernae ex argilla plerumque rubra vel rubescente, sed nullo colore obductae, figulorum nomina exhibentes litteris pulchris prominentibus (ex ipsis scilicet lucernarum formis expressis), quarum forma elegans et ab omnibus lucernis anterioris et posterioris aetatis diversa non ex arte figulina videtur esse orta, sed ex aeris fundendi ratione atque usu derivanda (vide tabulam n. 5). Manubrio carere solent et haud raro in margine discum cingente tribus expressionibus sive prominentiis perforatis instructae sunt[1]), in quas aeneae catellae inserebantur ut suspendi possent[2]). Praeter personas bacchicas vel tragicas anaglypha in iis raro reperiuntur, plurimae ornamentis carent. Hoc lucernarum genus, cuius exempla nominibus COMMVNIS, FORTIS, STROBILI aliis notata occurrunt ubicumque Romanae ditionis vestigia extant, urbanum esse non credo. In urbe enim minus frequenter effodiuntur quam in aliis regionibus saepiusque in iis occurrit O littera punctum habens in media parte (cf. n. 6352 *e*. 6440 *a*. 6446. 6567 *e. f. h. k.* n. 6576 *b*. 6696 *d. e*); quae litterae forma cum Gallicis regionibus videtur esse peculiaris (cf. *Jahrbücher d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinlande* XCV 1894 p. 84 et XCVI 1895 p. 106), harum lucernarum patriam in Gallia cispadana quaerendam esse veri simile est. Fiebant fortasse in agro Mutinensi unde innotuit titulus tegulae impressus Ꝏ FORN CX ‖ L. AEMILI ‖ FORTIS (Cavedoni *appendice alla nuova silloge epigrafica Modenese* p. 8) quem propter fornacis mentionem et figuli cognomen in his lucernis obvium facile referas ad lucernarum figlinas[3]). Aetas fere determinatur eo, quod in sepulcris prope Bononiam et prope Alpignanum effossis una cum lucernis nominibus CRESCENS, FORTIS, VIBIANI notatis reperti sunt nummi M. Agrippae et Augusti (*Not. d. scavi* 1884 p. 294, 1891 p. 144) et quod n. 79 cum Pompeii obruerentur etiamtum in usu erant lucernae huius generis ex officinis *Atimeti, Communis, Echionis, Eucarpi, Fortis, Myronis, Pastoris, Phoetaspi, Sabini, Saturnini, Strobili, Verecundi* (C. I. L. X 8052, 1 seqq.)[4]); videntur igitur fictae esse inde ab Augusti fere aetate usque ad saeculum I post Chr. fere exiens.

Quarto genere comprehenduntur lucernae innumerabiles fere aetatis imperatoriae reliquae, quarum formas praecipuas in tabula composui sub nn. 6—31 eo ordine digestas qui mihi visus est aetati quodammodo respondere[5]). Officinarum notae in his lucernis obviae, fere semper breviatae, signaculis impressae solent esse, ita ut litterae cavae sint[6]), nonnumquam stilo argillae nondum coctae inscriptae sunt; notae ex ipsis lucernarum formis expressae litteras exhibentes extantes raro occurrunt (cf. n. 6268. 6364. 6403 cet.). Plurimae lucernae huius aetatis exornatae sunt anaglyphis perquam variis petitis e mythologia, e vita publica et privata, e natura, quorum multa lucernis diversarum officinarum sunt communia, sive quod officinae illae consociatae erant vel ab uno dependebant domino, sive quod anaglyphorum formae in officina eiusdem sigillatoris factae similes evaserunt[7]). Anaglypha cum in universum maioris sint momenti quam breves officinarum notae, consentaneum est, in illis describendis maiorem curam me posuisse, quam in huius Corporis voluminibus adhuc factum est; ita eis qui de his anaglyphis agent me prospexisse puto et materiam collegisse haud spernendam, quamquam lucernae et artificio et argumentis insignes in collectaneis meis non abundant, cum exempla omnium pulcherrima, nescio quam ob causam, figulorum vel artificum nominibus carere soleant.

De officinarum notis in lucernis urbanis obviis praeter ea quae supra adnotavi haec monenda sunt.

In lucernis aetatis antiquioris, factis scilicet a media circiter parte saeculi II usque ad aetatem fere Augusti, nomina primo vel secundo casu enuntiantur, et designantur quidem modo praenomine et gentilicio (cf. n. 6336. 6539. 6559. 6588. 6650), modo gentilicio (cf. n. 6275. 6323. 6527. 6532. 6581. 6659. 6670 *b*, c), modo cognomine plerumque breviato (cf. n. 6299. 6301. 6407. 6417. 6442. 6486. 6617. 6620. 6649. 6662); tria nomina vel gentilicium et cognomen occurrunt in lucernis *P. Popilli Bitti* (n. 6627), in quibus notae sic variant: *P. Popillius Bitus fec(it), P. Popil(li) Biti, Popi(llius) Bitus, Popil(li) Biti, Bitus fecit*[8]); rarissime reperitur nomen servile cum nomine domini coniunctum (n. 6336. 6419). Notae huius aetatis, perpaucis exceptis[9]), stilo exaratae sunt in argilla nondum cocta; litterarum hastae et singuli ductus haud raro circulis parvis terminantur.

In lucernis formae peculiaris eius, quam in tabula posui sub n. 5, tribuendis ut monui primo p. Chr. saeculo, nomina semper litteris prominentibus expressa secundo saepius quam primo casu posita sunt (raro additur F littera, i. e. *fecit*, cf. n. 6280 *a. b*. 6309); enuntiantur cognomina passim, raro gentilicia (n. 6488. 6583. 6639. 6736. 6738 *a*), semel tantum gentilicium cum praenomine (n. 6401); notae ubi occurrunt ab his diversae, lucernae ipsis formis aliqua parte iam immutatis — plerumque additum est manubrium — aut extremo quod supra statui temporis spatio adsignantur aut aetati recentiori.[10])

In reliquis lucernis aetatis imperatoriae notae saepissime breviatae aut tria nomina enuntiant, aut gentilicium et cognomen, aut cognomen solum; praenomen cum gentilicio raro offenditur (n. 6302. 6428. 6546. 6590. 6740 *a* cet.), rarissime gentilicium solum (n. 6625). Cognomina unde posita saepius secundo casu enuntiantur quam primo; reliquae notae, si perscriptae sunt, nomina enuntiant secundo casu (lucernae n. 6660 et 6689 primum casum exhibentes videntur esse reliquis antiquiores). Haud ita raro occurrit formula *ex of(ficina)* sequente cognomine aut gentilicio; *fecit* semel tantum reperitur (n. 6250).

Nomina, incertum utrum breviata an perscripta, in -a desinentia, veluti *Bassa, Beneria* (?), *Furia, Gabinia*, cum omnia fere ambiguae sint interpretationis, num mulierum sint non satis certum est[11]); etiam ANNAMMEA, FASTERTIA, LEAESAE num recte intellegantur de mulieribus

[1]) In aliis duae tantum expressiones occurrunt non perforatae.

[2]) Plura exempla catellis instructa delineavit Costa ms. I f. 34. In expressionibus lucernae Pompeiis effossae loco catellarum erant aviculae aeneae (*Not. d. scavi* 1880 p. 300).

[3]) Narrat Crespellanius (*Bull. d. Inst.* 1875 p. 195) inter reliquias fornacis, unde prodiit titulus supra relatus, repertas esse etiam lucernas complures nomine FORTIS notatas.

[4]) Cf. *Not. d. scavi* 1881 p. 300: *nel tablino della casa n. 9 (isola 5, regione VIII) si è trovato un deposito di tazze a vernice corallina e nera, e di lucerne (non ancora adoperate), disposte in ordine in una cassa di legno*; lucernae signatae erant nominibus *Strobili, Communis, Echionis, Fortis*.

[5]) Ordo quem statui coniecturis fere nititur petitis ex ipsis lucernarum formis et e titulorum natura, cum certiora singularum aetatum indicia in effossionibus investigare nemo quod sciam adhuc instituerit. Lucernis Pompeiis effossis hae ex nostris accuratius determinantur: quae in tabula notatae sunt numeris 5. 12. 15. 19. 20. 24 Pompeiis occurrunt omnibus ex partibus similes, item lucernae n. 7 et 9, nisi quod Pompeiis illa manubrio caret, haec manubrio instructa est; similia sunt etiam exempla Pompeiana lucernarum n. 6 et 27, quibus accedit n. 4 sic variata ut manubrium exhibeat lucernae n. 23. Pompeiis praeterea occurrit lucerna antiquioris aetatis n. 2. — Inter lucernas formae 28 (vel 27) cum nonnullae protomas exhibeant similes Aurelio Caesari, Lucillae vel Crispinae, Iuliae Domnae (cf. n. 6350, 66—71. 6381, 3. 6416, 14. 6445, 30. 6502, 14. 6610, 19. 6637, 1), eae certe exeunti saeculo secundo vel tertio ineunti tribuendae sunt; sed eadem forma sine dubio iam antea in usu erat (Pompeiis simillima occurrit n. 27) et potest perdurasse ultra aetatem Severianam.

[6]) Exempla item signaculo impressa, sed litteras exhibentia extantes, raro occurrunt (cf. n. 6337 *d*. 6352 *a. b*, quibus accedunt notae in planta pedis n. 6370 *b*. 6375 *b*. 6567 *b. m.* 6572 *a*. 6847).

[7]) Cf. Passeri lucernae I p. X: 'argui potest primos archetypos, qui tot officinis communes fierent ex distincta aliqua taberna prodiisse, in qua venales prostarent, ex qua figuli humiliores, qui artis sigillariae rudes solam cretam tractabant, gypseos typos proprio nomine inscriptos compararent'.

[8]) Cf. etiam n. 6504; recentioris aetatis videntur esse n. 6287. 6739.

[9]) In n. 6301. 6314 litterae sunt prominentes ex ipsa forma expressae (cf. etiam n. 6574. 6577. 6687); signaculo impressa sunt nomina in n. 6358. 6373. 6510. 6671.

[10]) Exempla tria nomina litteris singularibus significantia n. 6397 et 6511 num urbanis adnumeranda sint incertum est; n. 6346 lucerna videtur esse aetatis recentioris. Lucernarum posteriore aetate factarum ad instar vetustiorum item existimandae sunt esse notae stilo scriptae n. 6278. 6450 *b*. 6722.

[11]) Certe non sunt officinarum nomina ut opinatus est Passerius I p. XI.

non liquet. Ceterum, ut in tegulis officinatrices occurrunt, ita lucernarum quoque officinae mulierum possunt fuisse; mulieris sine dubio est lucerna inscripta *Stacten*(*is*), cf. etiam n. 6624.

Nomina sub fundo lucernarum aetatis imperatoriae signaculo impressa vel stilo exarata maxima ex parte dominorum conductorumve esse officinarum certum est[1]); his nominibus nonnumquam suum nomen plenum vel breviatum addidit figulus qui lucernam confecit aut exornavit: veluti in n. 6250 nota L FABRIC MASC signata figulus in argilla etiamtum molli stilo adscripsit MAXIMVS et FECIT, ita ut in lucerna nunc legatur *Maximus L. Fabric*(*i*) *Masc*(*uli*) *fecit* (vide praeterea n. 6434). Etiam litteris singularibus, quae supra vel infra officinatorum titulos aut in lateribus lucernarum stilo exaratae sunt (cf. n. 6433 *b. h.* 6593 *i* cet.) figulorum nomina significantur, eademque ratione operae eiusdem officinae videntur distinxisse lucernas a se confectas signis diversis, veluti folio, rota, tridente, planta pedis (cf. n. 6377. 6593 cet.); quamquam in his nonnulla esse possunt signa officinae propria, veluti phallus in lucernis *C. Iuli Niceferi* et *C. Iuli Philippi*. Similiter explicanda sunt nomina litteris prominentibus scripta et litteras singulares notaeve item prominentes, quae in lucernis officinatorum titulos exhibentibus occurrunt modo sub fundo (cf. n. 6520*c*. 6573*a*. 6593*u* cet.), modo in parte superiore (cf. n. 6263). Nam eius generis nomina vel notae quamquam eorum sunt propria, qui lucernarum formas fecerunt, figulos iisdem pariter designari necesse est, modo sumamus, formas confectas esse in ipsis lucernarum officinis ab iisdem hominibus, qui postea in conficiendis lucernis eis utebantur. Ita in lucerna n. 6596*n* binis nominibus C·OPPI·RES et FRIMI notata, prius cum signaculo sit impressum domini est vel officinatoris, alterum litteris prominentibus scriptum (ex ipsa scilicet lucernae forma expressum) figulum designat eum, qui in officina *C. Oppi Restituti* et formam confecit et lucernam inde expressit; lucernarios hos figulos appellatos fuisse, discimus e lucerna n. 6263 in cuius parte superna litteris extantibus scriptum est *Diomedes lucernarius*, cum sub fundo impressum sit officinatoris nomen *L. M*( ) *Sa*( ).

Nomina denique solitaria in lucernarum parte superiore litteris modo prominentibus modo incisis scripta quid significent, non semper certum est. Nonnulla recte sine dubio intelleguntur de officinarum dominis (cf. n. 6520*n*) vel de figulis, qui antiquiore praesertim aetate, more fortasse Campano[2]), nomina ei parti inscripserunt ita disposita, ut tanquam ornamento essent lucernis (cf. n. 6711. 6712. 6720. 6749); saepius tamen utrum dominus, an opera, an lucernarius, an sigillator nominetur diiudicari nequit, neque desunt quae tam ad anaglypha referri possint quam ad officinam (cf. 6247. 6252).

De litterarum forma nihil fere observandum est, quia, exceptis notis stilo exaratis in quibus litterae ad cursivam formam accedentes abundant, litteratura fere vulgaris est; monendum solum, L litteram formae vetustae (ᒪ) interdum usurpatam esse in lucernis aetatis imperatoriae (n. 6344*a*. *b*. 6448*b*).

In lucernis a me visis litteras prominentes esse aut stilo exaratas ubique adnotavi; ubi nihil adscripsi, titulos signaculo impressos litteras exhibere cavas intellegendum est.

Orbiculos supra vel infra officinae notam saepissime impressos, item semicirculos, lunulas, signum soleae equinae simile indicare neglexi, cum eiusmodi signa ornamenti tantum causa posita sint; indicavi signa quaedam figulorum vel officinarum ut monui propria, veluti folium, rotam, plantam pedis, phallum.

In singulis lucernarum partibus indicandis his vocabulis usus sum. Superiorem partem concavam formae circularis vel longiusculae et saepissime opere anaglypho exornatam **discum** appellavi, foramen circulare oleo recipiendo paratum in media vel in alia disci parte extans **infundibulum**. Discus, quem **margo** plerumque cingit saepe foliis, racemis, corona, aliis ornamentis exornata, coniunctus est superne cum **manubrio** (modo brevi et in anuli fere modum formato, modo ampliore et in lunam crescentem vel in folium vel in protomen vel in aquilam vel in scutum triangulum foliis exornatum desinente), inferne cum **rostro**, cuius forma secundum aetates variat (vide tabulam). Rostrum foramen exhibet circulare, e quo ellychnium eminebat. Lucernas pluribus rostris instructas appellavi bilychnes, trilychnes, tetralychnes et sic deinceps.

Lucernarum titulos eo ordine exhibui ut praecedant inscriptiones notabiliores in discis plerumque positae, quarum genera perquam varia sunt, sequantur officinatorum vel figulorum nomina fundis fere omnia impressa vel inscripta; tertio capite et sequentibus exhibui lucernas aetatis labentis de quibus suo loco dicetur, exempla mutila vel dubiae lectionis vel male excepta, lucernas Graece inscriptas, titulos scariphatos. In lucernis secundo capite compositis singularum officinarum exempla disposui secundum genera anaglyphorum.

[1]) Inter eos duae praesertim memorandae sunt officinatorum familiae, scilicet Luciorum Fabriciorum et Luciorum Munatiorum, quarum lucernae abundant his nominibus notatae: *L. Fabri*(*ci*), *L. Fabr*(*ici*) *Agat*( ), *L. Fabri*(*ci*) *Eucl*(*pisti*), *L. Fabr*(*ici*) *Fa*( ), *L. Fab*(*rici*) *Heracli*(*dis*), *L. Fabric*(*i*) *Masc*(*i*), *L. Fabric*(*i*) *Satur*(*nini*); *L. Mu*(*nati*) *Adiec*(*ti*), *L. Muna*(*ti*) *Mar*( ), *L. Mun*(*ati*) *Phile*( ), *L. Muna*(*ti*) *Rest*(*ituti*), *L. Mun*(*ati*) *Suc*(*cessi*), *L. Mun*(*ati*) *Thrept*(*i*), cf. etiam L·M·C, L·M·SA.

[2]) Vide quae adnotavi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 320 seq.

CAPVT PRIMVM

TITVLI NOTABILIORES

(quorum plurimi in lucernarum parte superna inscripti sunt)

6195 *a* [repos. urb. (formae 20 similis)].
b 'lucerna bilychnis cuius in myxis duae personae' [Parisiis in mus. (ex coll. Campana) DETL., ego Parisiis non vidi].
c [repos. therm. Dioclet. (formae 20)].

a C·P·R·F *b* G P·R F *c* C·P·R omnia stilo scr.

a Descripsi. — *b* Detlefsen in schedis apud Institutum. — *c* Descripsi.
G(*enio*) *p*(*opuli*) *R*(*omani*) *f*(*eliciter*), quod proposuit Mommsen C. I. L. XII 5682, 125, sine dubio recta est interpretatio; sed mirum formulam scriptam esse sub fundo lucernarum (cf. etiam n. 6231. 6232).

6196 *a* [Monachi in antiquario n. 363 (ex coll. Fogelberg), formae 15].
b [Romae ab Aemilio Braun in Instituto exhibita].

a

inter bellaria et nummos Victoria sinistrorsum stans, s. ramum palmae tenens, d. clupeo imponens cui inscriptum est

ANNVM
NOVM FAu
STVM FEL lit. ext.
ICEM MIH
HIC

sub fundo lucernae

I lit. ext.

b

inter nummos tres (assem, sestertium, quinarium), testudinem, varias res Victoria clupeum tenens cui inscriptum est

ANNVM
NOVM FAV
STVM FEL
ICEM MIH
HIC

a Descripsi. Hefner *röm. Bayern* ed. 3 p. 276 n. CDXVII litteram sub fundo omittens. — *b Bull. d. Inst.* 1845 p. 22.

Annum novum faustum felicem mih(i) hic. HIC est in omnibus lucernis bene lectis; HVC quod in exemplo edito C. I. L. II 4969, 3 esse traditur et ab Huebnero pro *hu(n)c* positum esse creditur, mihi lectio est non probanda. In aliis lucernis, omisso vocabulo *hic*, formula est *annum novum faustum felicem mihi* (n. 6201), cui altera respondet in *tibi* desinens lucernarum n. 6202—6204 (in n. 6205, si bene traditur, pro *mihi* vel *tibi* nomen eius positum est, cui annus bonus optatur). Petrus Visconti (in *Memorie rom. di antichità* I p. 31) *mihi c(enties)* intellegendum esse proposuit, perperam; rectius opinor dicemus, adverbium *hic* in formula de qua agitur apud veteres significationem habuisse quae nos iam fugit. [HIC mihi semper visum est significare domum eius, qui lucernam sibi compararit aut dono acceperit, ut domestica felicitas divitiaeque sic impetrentur et potissimum nummorum copia. Loquitur omnino dominus, id quod non impedit, quominus ei amicus lucernam eiusmodi donum det inscriptam verbis non suis, sed eius cui destinatur. Interpretatio haec eo confirmatur, quod ubi *tibi* est pro *mihi*, vocabulum *hic* abest. Si sumimus, quod puto posse sumi, lucernas has collocari solitas esse in sacrario domestico, interpretatio illa aptior efficietur. TH. M.].

Lucernae ita similiterve inscriptae optimae aetatis sunt omnes (saeculi I ineuntis vel medii; una Pompeiis effossa C. I. L. X 8052, 1), arteque cohaerent cum lucernis inscriptis *ob cives servatos* n. 6211 seqq.

6197 lucernarum fragmenta (in plerisque clupeus tantum superest Victoriae). [1 Romae apud Marinium antea, 3 ex., quorum duo iam in mus. Vatic. (inter lateres muro inserta). — 2 repos. urb. (in via *Nazionale* rep.). — 3 Romae apud Petrum Visconti, 6 ex. (ex his unum dono dedit principi Andreae Rasumoffki, unum marchioni Trivulzio). — 4 apud Blanchinium. — 5 Kopenhagae in mus. Thorvaldsen. — 6 Parisiis in mus. Caylus (Roma allatum), idem ut videtur fragmentum iam in *cabinet des médailles* n. 193].

ANNVM
NOVM FA/
STVM FEL   litt. ext.
ICEM MIH
HIC

1 Descripsi ut potui exempla male expressa et loco incommodo collocata. Unius meminit Marini *iscr. dol.* in commentario ad lucernam n. 11 ita: *in una mia sembra essere* ANNVM NOVM FAVSTVM FELICEN MIH FILIO, *ma le lettere dell' ultima linea sono mal sicure*; reliquae memorantur ibid. in comment. ad n. 14 ita: *in due mie così leggo* ANNVM NOVM FAVSTVM FELICEN MIH IHIT, *ma sono alla solita incertezza nelle ultime lettere.* — 2 Descripsit Huelsen, ego contuli. *Not. d. scavi* 1877 p. 6. — 3 P. Visconti in *Memorie romane di antichità* I (1824) p. 30, 31 imaginem exhibens duarum in tab. adnexa n. III (in una v. 2 in fine FA pro FA/). — 4 Marini l. c. n. 14a in commentario tres lucernas similiter inscriptas refert *ma tutte difficili ad essere ben lette.* — 5 L. Mueller *musée Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 123 n. 169 (uno versu; NOVUM, FAVSTVM). — 6 Descripsi (litterae prominentes sunt, sed cum creta adhuc mollis esset stilo retractatae sunt ita, ut simul cavae esse appareant). Caylus *recueil d'antiquités* IV p. 287 neglecta versuum distributione ita: ANNVM NOVVM FA VSTVM FELICEM MIHI ET FILIO (inde Marini l. c. n. 11 versibus aliter distinctis; Orelli n. 4304).

6198 lucernae fragmentum (clupeus) 'ex Fabretti musaeo cessit in nostrum' PASS. [Pisauri in Oliveriana].

ANNVM
NOV FAV
STVM·FEL   litt. ext.
ICEM MIH
HIC

Descripsi. Memoratur a Passerio lucernae fictiles I p. 2.

6199 [mus. Kirch. vet. (formae 11)].

inter res in his lucernis repraesentari solitas Fortuna alata sin. sedens, s. cornu copiae tenens, d. clipeo imponens cui inscriptum est

ANNVM
NOV [illegible]   litt. ext.
[illegible]
[illegible]

Descripsi.

6200 [fuit apud Carolum Antonium del Pozzo (formae 16, rep. in via Latina)].

inter cornua et fructus Victoria sin. stans, s. ramum palmae tenens, d. clipeo imponens cui inscriptum est

traditur	fuit opinor
ANNO	ANNV
NOVO FAV	NOVM FAV
STVM FEL	STVM FEL
C SMAIII	ICEM MIH
VIC	HIC

P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne*, parte III tab. 5 (est etiam in delineatione Bartoliana cod. Ottob. 3105 f. 156).

ANNO NOVO est in lucerna simili Passeriana (vol. I tab. VI) sine dubio falsa; haec cum propter formam aliasque ob causas genuina videatur, ita eam inscriptam fuisse puto ut supra proposui.

6201 a [fuit Romae apud Saulinium, lucerna bilychnis].
b lucernarum fragmenta (titulus clupeo Victoriae inscriptus est). [1 Romae apud Costam. — 2 Parisiis in *cabinet des médailles* n. 194 (videtur fuisse Caylusi)].

a	*b*
in disco lucernae persona; in manubrio lunam crescentis formam habente scutum in quo litteris prominentibus scriptum est	
ANNV	ANNV
NOVM FAV	NOVM FAV
STVM FEL	STVM FEL litt. ext.
ICEM MI	ICEM MI
HI	HI
sub fundo lucernae stilo scriptum	
E	

a Detlefsen in schedis apud Institutum.
b 1 Descripsi. Costa ms. I f. 31 n. 357 imaginem (titulus minus accurate redditus est). — 2 Descripsi.

6202 lucernae fragmentum urbanae fortasse originis (cf. n. 6197, 6) [fuit Parisiis in mus. Caylus].

ANNVM
NOVVM
FAVSTVM
FELICEM
TIBI

Caylus *recueil d'antiquités* IV p. 286 et tab. LXXXVII, 3 (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 12; Orelli n. 4305).

6203 a lucernae fragmentum (clupeus Victoriae) [apud me].
b in duabus lucernis ('in lucernae vel calicis fictilis fundo' FABR.) [una fuit apud Fabrettium; altera Romae *nel museo del can(onico) Vittoria* MAR.].

a	*b*
	clupeus cui inscriptum est
ANNV	ANNV
NOVVM	NOVVM
FAVSTV stilo scr.	FAVSTV
FELICE	FELICE
TIBI	TIBI

a Descripsi. — *b* Exemplum Fabrettii ed. Fabretti p. 500, V (inde

Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 13 et Orelli n. 4306) in fine TIR exhibens, delineavit Bellorius in cod. Ottob. 3105 f. 112 (in fine TIBI); alterum ex schedis bibliothecae Albani rettulit Marini l. c.

6204 [repos. urb. (lucerna fracta)].

inter res varias in his lucernis repraesentari solitas Victoria sin. stans d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

A N A *sic*
NOVM
FAVSTV
FELICE
T I

Descripsi.

6205 [fuit apud Biondium (rep. *nel Tusculano*)].

sopra un disco sono scritte queste parole

ANNVM
NOVVM
FAVSTVM
FELICEM
IOVIANO

Biondi cod. Bibl. Sap. 106 E f. 133, duobus versibus.

6206 [repos. urb. (lucerna fracta rep. in Esquiliis)].

inter res varias Victoria sin. d. clipeo imponens cui inscriptum est

A N N V
NoVM FA
VSTVM FE
LICEM

Descripsi (litterae prominentes quidem, sed creta nondum cocta stilo circumductae sunt ita, ut simul cavae appareant). *Bull. arch. municipale* 1874 p. 88.

6207 a [Velitris in mus. Borgiano].
b [apud me antea, iam Dresdae in mus. (formae 15 cum ansula ab utraque parte, Romae rep.)].
c [repos. urb. (lucerna fracta in Esquiliis rep.)].

a

Victoria palmae et clipeum inscriptum tenens (in area duo *fulmini*, *vari clipei*, uno con tenia ed altro con *cifra*, detto IV car.)

ANNV̄
NOVM
FAVTVM
FIILICII

b

inter res varias in his lucernis repraesentari solitas Victoria sin. stans, s. ramum palmae tenens, d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

ANNV
NOVM
FAVTV
FEL

c

inter solitas res Victoria clipeum tenens cui inscriptum est (stilo ut videtur)

ANNV
NOVM
FAVST
FEL

a Raponi cod. Propagandae f. 206, 1; ex apographo Raponii Marini *Arv.* p. 38 (inde Orelli n. 4307) et *iscr. dol.*, lucernae n. 15, de anaglypho nihil tradens (v. 3 FAVTVM, v. 4 FELICII *iscr. dol.*). Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d' Italia* I p. 310 n. 62, ita ANNV ‖ NOVM ‖ FAVSTV ‖ FELIC. — *b* Descripsi (v. 3 in fine incertae lectionis). Ed. Treu in *Jahrb. d. arch. Inst.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 167 minus accurate. — *c* Descripsi.

6208 *a* [repos. urb. (formae 16)].
b [Romae apud Depolettium antea, iam Monachi in antiquario n. 362 (formae 15 similis)].
c '*creta cotta smaltata verde*'; videtur esse clipeus ad lucernam pertinens [Romae apud P. Viscontium ut videtur].

a

Fortuna stans in throno adversa sedens, s. cornu copiae, d. clipeum tenens in quo scriptum est

ANV
noV
Fnn

in margine inferiore

S V litt. ext.

b

inter nummos et panes et bellaria Fortuna stans in throno adversa sedens, s. cornu copiae, d. clipeum tenens cui inscriptum est

ANV
NOV litt. ext.
FAV

c

ANV
NOU
FAV

a. b Descripsi. — *c* P. Visconti in *Memorie romane di antichità* I (1824) p. 31 et imaginem in tab. adnexa n. VI (immo IV).

6209 [fuit Romae apud Costam (formae 15 similis cum ansula ab utraque parte)].

inter nummos et panes et bellaria Fortuna stans in throno adversa sedens, s. cornu copiae, d. clipeum tenens in quo scriptum est

ANN●
NOV#

sub fundo lucernae

OPPI

Costa ms. I f. 11 n. 120 imaginem.
Vide infra lucernas nomine OPPI signatas.

6210 *a* [Romae apud Bruels antea, iam Bruxellis in mus. Ravestein].
b [Hannoverae in mus. Kestner (lucerna fracta)].

a

inter nummos, glandes et res varias Victoria s. ramum palmae tenens, d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

MIHI
MEIS
FELICIT
ER

b

inter easdem res pars Victoriae cum clipeo cui stilo inscriptum est

M I H
MEIS
FELICIT
ER

a Descripsit Zangemeister ita ut dedi. Bruzza in schedis, qui vidit apud Bruels, in fine exhibet FELICITER. Meester de Ravestein *musée Ravestein* III p. 262 n. 344*a*, parum bene. — *b* Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 250.
Cf. vasculum C. I. L. XII 5687, 46.

6211 [Romae apud Costam (formae 20 similis)].

inter bellaria et nummos Victoria sin. stans, s. ramum palmae tenens, d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

O B
CIVES
SERV
AT·

Descripsi. Costa ms. I f. 31 n. 356 imaginem.
Lucernae ita inscriptae saeculi I p. Chr. ineuntis sunt. *Ob cives servatos* primum occurrit in nummis Augusti (in his constanter est CIVIS ut in lucerna n. 6216, cf. etiam n. 6215) et reperitur in nummis Caligulae, Claudi, Galbae, Vitelli, Vespasiani, Titi. [Formula *ob cives servatos* ex nummis transiit in lucernas domesticas sine dubio propterea ut per eam significaretur de saeculi felicitate et de Augusti clementia populi gratulatio. TH. M.].

6212 [Hannoverae in mus. Kestner (formae 11)].

Victoria sin. stans d. clipeo imponit cui stilo inscriptum est

O B
CIVES
SERV

Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 251 (v. 3 SER).

6213 [Romae apud Pasinatiam antiquarium (formae 11)].

Victoria sin. clipeum tenens in quo scriptum est

O · B *sic*
CIVES
SER

sub fundo lucernae officinae nota

ƧM ἀΛ litt. ext.
in planta pedis MYRO

Descripsi. — Nomen supra MYRO scriptum videtur esse *Mus*( ).

Cf. n. 6227a et lucernas MYRO inscriptas infra edendas. — Eadem officinae nota occurrit in lucerna Pompeiis effossa (*Not. d. scavi* 1887 p. 245).

6214 [mus. Kircher. vet. (formae 16)].

inter res varias in his lucernis repraesentari solitas Victoria sin. stans d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

O B
CIVES
SER

Descripsi.

6215 [1 mus. Capitol (*sala delle terrecotte*). — 2 mus. Kircher. vet. (formae 11). — 3 Romae apud marchionissam Octaviam Renzi Strozzi (formae 11). — 4 Romae apud antiquarium quendam. — 5 Kopenhague in mus. Thorvaldsen]

Victoria sin. d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

OB
CIIVIS *sic*
SER

1 Descripsi (v. 2 est CIIVIS). — 2 Descripsimus. — 3 P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne*, parte III tab. 4 anaglypham ordine inverso (Bellorius in commentario p. 2 exhibet CIVIS); inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 75. Delineatio Bartoliana est etiam in cod. Ottob. 3105 f. 127. — 4 Descripsi. — 5 L. Mueller *musée Thorvaldsen*, 3ᵉ *partie*, *sect.* I. II p. 123 n. 170 uno versu.

6216 [Romae apud Petrum Viscontì].

lucernae fragmentum in quo inter nummos et bellaria superest pars Victoriae d. clipeo imponentis cui inscriptum est

O B
CIVIS
SER

P. Visconti in *Memorie romane di antichità* I (1824) p. 31 et imaginem in tab. adnexa n. V.

6217 [Romae apud cardinalem Vittori (formae 15)].

inter fulmen, folia, nummos Victoria sin. gradiens, s. ramum palmae tenens, d. clipeo imponens cui inscriptum est

OB
CIVE
SER

Delineavit Ghezzi in cod. Ottob 3102 f. 18, inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 74.

6218 [repos. therm. Dioclet. (formae 11, e sepulcris ad portam Praenestinam repertis)].

Victoria sin. stans d. clipeo imponens cui inscriptum est

O *b*
C*i*V
ST

Descripsi.

6219 [Parisiis in mus. (ex coll. Campana), formae 9].

Victoria adversa s. ramum oleae tenens, d. clipeo imponens cui stilo inscriptum est

E X
S C

Descripsi. — *Ex s(enatus) c(onsulto)*.

Eiusdem fere aetatis ac lucernae quae praecedunt inscriptae *ob cives servatos*. Conferendi sunt nummi Claudi in quibus coronae quernae inscriptum est EX S·C ‖ OB ‖ CIVES ‖ SERVATOS.

6220 [mus. Capit., *sala delle terrecotte* (lucerna fracta rep. in Esquiliis)].

in parte superna stilo scriptum

TIS VOTIS
ΛVDERE VO
LO

ramus palmae — ramus palmae

Descripsi. *Bull. arch. municipale* 1874 p. 221.

[*Mul*]*tis* vel [*sola*]*tis* (ita proposuit Mommsen) *votis* [*p*]*laudere volo*.

De lucernis inscriptis SAECVL, quae communi fere opinione ad ludos saeculares referebantur, egit etiam de Rossi *bull. arch. crist.* 1870 p. 87 adnotans *oggi ogni buon epigrafista dato bando all' interpretazione* saecularia *leggerà* Saecularis. Cum vero etiam SAECVLI et SAECVLO extent inscriptae, Saecularis figulus a Rossio propositus admitti nequit. Praeter deorum dearumve imagines res in his lucernis repraesentantur perquam variae et notatu dignae, quarum plurimae referuntur ad ludos circenses et scaenicos, ad gladiatorum certamina, ad venationes, ad largitiones, quod indicium est certum, has lucernas et anaglyphis et forma solito maiore insignes arte cohaerere cum ludis quibusdam sollemnibus in urbe editis. Cuius generis fuerint ludi, vocabula declarant SAECVLI, SAECVLO, SAECVL in latere aut sub fundo lucernarum inscripta et fortasse intellegenda *saeculi* (*novi*), *saeculo* (*novo*), *saecul*(*um novum*), idem scilicet quod legitur in nummis imperante Philippo cusis ad celebrandum millesimum urbis annum expletum; sed lucernae nam huius aetatis sint non diiudicaverim. Ceterum quod Rossius monuit, vocabulum SAECVL propterea ad saecularia referri non posse, quia non legatur in lucernarum parte superiore titulis sollemnibus et peculiaribus reservata, sed inscriptum sit sub fundo, ubi figuli nomen imprimatur constanter, eo nomine peccat, quod SAECVL, ut supra dixi, non solum sub fundis sed etiam in lateribus lucernarum scriptum reperitur, et quod figulorum nomina etiam in superiore lucernarum parte occurrunt, cum non semper figulorum notae sint quae leguntur sub fundo (cf. n. 6195 G·P·R·F = *Genio populi Romani feliciter*; n. 6232 *eme me*). — Cum lucernis hic compositis conferri potest lucerna C. I. L. X 8053, 4 inscripta SAEC·AV·DOM.

6221 1 (*a*) Bellerophon currens Pegasi super se volantis lora tenet [Kopenhague in mus. Thorvaldsen].

2 (*b*) in circo spectatoribus et metis significato mulier (Venus) s. lora, d. flagellum tenens in quadrigis a quattuor Amoribus dextr. vehitur (anaglyphum valde detritum est) [Londinii, *British mus.* (incertae originis)].

3 (*a*) leaena dextr. currens (rep. in sepulcris ad portam Praenestinam effossis a. 1871) [repos. therm. Dioclet.]. — 4 (*c*) rosa [Kopenhague in mus. Thorvaldsen]. — 5 (*e*) lucerna magna Romae rep. (anaglyphum periit) [apud antiquarium quendam].

[6 (*d*) mus. Kircher. vet.].

a SAECVLI stilo scr. (in latere lucernae) — *b* SAECVLI stilo scr. (in latere lucernae)

c SAECVLI litt. ext. — *d* SAECVLI stilo scr.

e SAECVLO stilo scr. (in latere lucernae

1 L. Mueller *musée Thorvaldsen* 3ᵉ *partie*, *sect.* I. II p. 114 n. 175, qui

confert lucernam delineatam apud P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne* parte I tab. 28. — 2 Descripsi. — 3 Descripsi. Brizio *pitture e sepolcri* p. 136. — 4 L. Mueller l. c. p. 127 n. 228. — 5 Descripsi a. 1874. — 6 Detlefsen in schedis apud Institutum.

6221 [7 (*f*) α Romae apud Augustum Castellani; β apud Ficoronium antea].

In media parte lucernae agitator adversus stans s. ramum palmae, d. coronam tenet. A parte s. gladiator scuto quadrato et [illegible] [illegible]; galea eius baculo in terram defixo imposita est. A parte d. duo modii cum spicis, quorum alteri duo globi impositi sunt, alteri quadrupes (equus?) sin. [illegible]; infra [illegible] quattuor. Sub agitatore stilo scriptum est

f CIAAERNAIKA

sub fundo lucernae item stilo scriptum (titulus adest in solo exemplo Castellani)

SAECVI

7 α descripsi. β Ficoroni *mem. ritrovate nel territorio di Labico* p. 101 imaginem, qui sub agitatore legit IIC·ERMCA (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 1185 exhibens IGERMCA '*forse* NIGER NICA').

6221 8 (*k?*) Aesculapius et Hygia [Velitris in mus. Borgia].

9 (*k*) Bacchus nudus adversus stans s. elata thyrsum, d. demissa rem incertam (cantharum?) tenet; in margine pampinus cum uvis [Vindobonae in mus. (originis incertae)].

10 (*g*) a parte s. Diana Lucifera (lunam habet in fronte) dextr. facem tenens pallio super caput in gyrum expanso; a parte d. Apollo (Sol) radiatus s. flagellum, d. globum tenens [Londinii, *British mus.* (ex coll. Sloane)].

11 (*k?*) Hercules sedens (*in atto di riposo o di apoteosi*) [Velitris in mus. Borgia].

12 (*o*) figura dimidia Hygiae cum serpente dextr.; in margine corona [Neapoli in mus.].

13 (*g*) protomae quattuor Isidis et Harpocratis dextr., Isidis (?) et Sarapidis sin. [Dresdae in mus.].

14 (*k?*) Mars et Venus? (*un guerrier nu, armé d'un casque, d'une lance et d'une épée, couronné par la Victoire aptère, qui tient une palme. Celle-ci est nue jusqu' à la ceinture et a le bas du corps enveloppé d'un péplus, comme les statues de Vénus*) [fuit apud Beugnot (originis incertae)].

15 (*g*) figura seminuda (Orpheus) in medio sedens circumdata arboribus et duodecim fere animalibus, inter quae clare agnoscuntur sus, equus, aries, caprea (*Reh*) cet.; praeterea duo vasa cum floribus (vel vas et modius?) [mus. Kircher. vet.].

16 (*g*) Pluto adversus in throno sedens, s. sceptrum tenet, d. Cerberum tangit qui ad eius pedes stat [Pisauri in Oliveriana].

17 (*k?*) protomae Solis radiati et Dianae facem tenentis [Velitris in mus. Borgia].

18 (*g*) Venus seminuda in throno sin. sedens, s. palmae ramum ut videtur tenet, brachium d. tendens ad Amorem alatum ante eam stantem; prope thronum ad d. ara cui insistit columba (rep. in vinea Aquari ad viam Latinam) [Romae apud Aquarios].

19 (*g*) in litore maris duabus arboribus et rupibus significato tres Sirenes lyra vel tibiis canentes; infra navis in qua est Ulixes ad malum alligatus [Parisiis in *cabinet des medailles*, sign. n. 5296 (originis incertae)].

20 (*g*) 'lucerna fictilis in qua opere satis elegante conspicitur bonus pastor qui manibus tenet oviculam collo impositam et incedit ea parte qua visitur luna crescens et stellae septem; in area multae oves, pone collum pastoris caput radiatum Solis et infra arbor' MAR. (in exemplo detrito musei Britannici haec mihi visa sunt repraesentari: inter rupes pastor bonus ovem in collo portans dextr. gradiens; in area superiore hinc caput Solis radiati, illinc luna crescens quinque vel sex stellis circumdata) [α fuit Romae in mus. del Bagno; β Londinii, *British mus.* (ex coll. Sloane)].

21 (*g*) circus (repraesentata sunt unum latus spectatoribus plenum, carceres, spina cum aedificiis, metae) in quo quattuor quadrigae currentes et duo gladiatores pugnantes [α mus. Kircher. vet.; β Londinii, *British mus.* (ex coll. Towneley)].

22 (*s*) gladiatores duo, quorum prior retiarius sine galea s. iaculum et gladium, d. rete ut videtur tenens; alter galeatus est et armatus scuto quadrato atque pugione [Monachi in antiquario n. 331 (ex coll. Fogelberg)].

23 (*m*) gladiator [venator potius] contra aprum hasta pugnans, circa eum tres apri occisi [Matriti apud marchionem de Iavalquinto (ex coll. Anglona)].

24 (*g*) vir dextr. camelum funiculo ducens (in Esquiliis rep.) [repos. urb.].

25 (*g*) actores duo tragici cothurnis ingredientes, quorum prior barbatus d. gladium, s. incertum quid (infantem?) tenet, alter imberbis (mulierem ut videtur agens) puerum brachio tenet [mus. Kircher. vet.].

26 (*g*) octo viri dolium ligneum circulis cinctum dextr. portantes; dolium pendet ex fustibus humeris baiulorum impositis, quorum duo priores baculis innituntur [α mus. Kircher. vet. (exemplum olim Ficoronii ut videtur); β Londinii, *British mus.* (originis incertae)].

27 (*i*) figura incerta dextr. sedens (in rupe?); ante eam inter res incertas ara (?) in qua videntur esse aves; infra pisces; pone ancorae manubrium (?) et incertum quid [Parisiis in *cabinet des médailles*, sign. n. 3911 (originis incertae)].

28 (*k?*) *due bustini* (rep. in *monte della Giustizia*).

29 (*g*) apri duo inter arbusta a cane invaduntur [α mus. Kircher. vet.; β Parisiis in *cabinet des medailles*, sign. n. 5308 (originis incertae)]. — 30 (*k?*) elephas dextr. virum hastatum in dorso portans, ad latus eius elephas adulescens; a parte s. arbor vel arbores [fuit Parisiis in mus. Pauli Petavii]. — 31 (*g*) elephas dextr. arenam proboscide arripuit [mus. Kircher. vet., videtur esse exemplum olim Ficoronii]. — 32 (*k*) caput leonis adversum [Neapoli in mus.]. — 33 (*g*) aegis cum capite Gorgonis (maxima pars periit) (e sepulcris ad portam Praenestinam a. 1871 repertis) [repos. therm. Dioclet.]. — 34 (*g*) modius (cui corona imposita est) inter duas spicas (e sepulcris ad portam Praenestinam rep.) [repos. therm. Dioclet.]. — 35 (*g*) modius inter quattuor spicas, infra duo fasces spicarum [mus. Kircher. vet.]. — 36 (*o*) ornamentum rosae simile (*Rosette*) (β rep. in vinea Randanini ad Appiam) [α mus. Kirch. vet.; β in vinea Randanini].

37 (*k?*) rep. in sepulcro effosso in colle Hortorum a. 1812. — 38 (*k?*) in sepulcro gentili rep. in coemeterio Cyriacae. — 39 (*q*) Volsiniis rep.

[40 (*k*) mus. Kircher. vet. — 41 (*p*) mus. Kirch. vet. — 42 (*l*) mus. Vatic. Gregorian. — 43 (*i*) repos. therm. Dioclet. (rep. ad portam Portuensem). — 44 (*q*) repos. urb. — 45 (*o*) repos. urb. — 46 (*q*) repos. urb. (lucerna cum arula coniuncta). — 47 (*k?*) in bibliotheca Barberinia. — 48 (*h*) Romae apud Costam. — 49 (*o*) Romae apud antiquarium quendam, lucerna magna. — 50 (*g*) Cortonae in mus. — 51 (*k*) Cortonae in mus. (fuit Venutii). — 52 (*k?*) Velitris in mus. Borgia. — 53 (*k?*) Volaterris in mus. — 54 (*k?*) fuit apud Beugnot (originis incertae). — 55 (*k?*) Aquis Sextiis in mus. — 56 (*r*) Monachi in antiquario, n. 125 (ex coll. Fogelberg), lucerna striata. — 57 (*k*) Vindobonae in mus. (originis incertae)].

g SAECVL vel SAECVL stilo scr.

h SAECVL stilo scr.
(in latere lucernae)

i SAECVL litt. ext. *k* SAECVL litt. ext.

l SAECVL litt. ext. *m* in tabella ansata SAECVL *n* SAECV L litt. ext.

o in tabella ansata ꟻASAEC litt. ext. *p* ƎƆASVL

q SAECV litt. ext. *r* SAEC° stilo scr. *s* SAEC. stilo scr.

8 Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 310 n. 61 (SAECVL). — 9 Contulerunt Bormann et R. v. Schneider. Kenner *die ant. Thonlampen* in *Archiv f. Kunde österreichischer Geschichtsquellen* XX (1858) p. 32 n. 30. — 10 Descripsi. — 11 Cat. musei Borgiani in *Documenti* cet. I p. 311 n. 67 (SAECVL). — 12 C. I. L. X 8053, 178*b*. — 13 Descripsit Herrmann. H. Hettner *Bildwerke der k. Antikensamml. zu Dresden* (ed. 4) p. 42 n. 377 omisso titulo et de Harpocrate tacens. — 14 de Witte *descr. de la coll. d'antiquités du vicomte Beugnot* p. 101 n. 258 (SAECVL). — 15 Descripsimus. Memoratur a de Rossio *bull. arch. crist.* 1870 p. 87. — 16 Descripsi. Passeri III tab. 73 (SAECVI), ex eo Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 284. — 17 Raponi cod. Propagandae f. 208, 29. Marini l. c. n. 282 qui vidit. Cat. musei Borgiani in *Documenti* cet. I p. 310 n. 45 (SAECVL omnes). — 18. 19 Descripsi. — 20 a Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 265 (inde de Rossi *bull. arch. crist.* 1870 p. 86) et *iscr. dol.*, lucernae n. 283 q. v. β descripsi. — 21 Descripsimus. β delineatum est apud Birch *hist. of ancient pottery*, ed. 2 p. 516 (ed. 1 II p. 268). — 22 Descripsi. — 23 Huebner *ant. Bildw. in Madrid* p. 259 n. 621, inde C. I. L. II 4969, 40. — 24 Descripsi (SAECVL). *Bull. arch. comunale* 1881 p. 252 n. 24. — 25 Descripsimus. Eadem lucerna edita est a Ficoronio de larvis scenicis tab. LXXIX. — 26 Descripsimus. a Ficoroni *memorie ritrovate nel territorio di Labico* p. 102 imaginem. — 27 Descripsi. — 28 *Not. d. scavi* 1878 p. 65 ita: SAECVL *fra due bustini*. — 29 Descripsimus (in β est SAECVI). — 30 *Explication de plusieurs antiquités recueillies par Paul Petau* tab. 17 (SAECVL), inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 280*a*. — 31 Descripsi (SA| tantum supersunt). Ficoroni *memorie ritrovate nel territorio di Labico* p. 100 imaginem (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 281*a*). — 32 C. I. L. X 8053, 178*a*. — 33 Descripsi. Brizio *pitture e sepolcri* p. 137 (omisso anaglypho). — 34 Descripsi. — 35. 36 Descripsimus. — 37 Fea sched. f. 13 (SAECVL). — 38 Gatti in *Not. d. scavi* 1895 p. 82 (SAECVL). — 39 *Not. d. scavi* 1884 p. 212. — 40 Detlefsen in schedis apud Institutum. Eundem fortasse Brunati mus. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 63. — 41 Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 317a ex schedis Lupii — 42 Descripsi. — 43 Descripsi. *Not. d. scavi* 1889 p. 246. — 44—46 Descripsi. — 47 Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 281 qui vidit (SAECVL). — 48 Descripsi. Costa ms. I f. 55 n. 684 imag. — 49 Descripsi. — 50 Descripsit Bormann. — 51 Descripsit Bormann. Venuti apud Gorium cod. Marucell. A 198 f. 529, a quo Gori inscr. II p. 393 n. 67, inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 281. — 52 Raponi cod. Propagandae f. 208, 28; Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 281 (uterque SAECVL). — 53 Descripsit Bormann (SAECVL). — 54 de Witte l. c. p. 103 n. 270 (SAECVL). — 55 C. I. L. XII 5682, 101 (SAECVL). — 56 Descripsi. — 57 Kenner l. c. p. 79 n. 301.

Formae occurrunt: 5 (1 ex.). 5 cum manubrio (3 ex.). 10 similis (4 ex.). 19 similis (1 ex.). 20 (1 ex.). 20 similis (2 ex.). 27 (3 ex.). 27 similis (2 ex.). 28 (6 ex.). 28 similis (9 ex.).

Nota in *e* litteras VL inversas et transpositas; item in *p* litteras mirum in modum confusas sunt, nisi est ipsa lucerna e parum bene excepta.

Contra consuetudinem praeter urbanas exhibui etiam reliquas lucernas SAECVL inscriptas quae mihi innotuerunt.

6222 [Romae apud Augustum Castellani (formae 7 sine manubrio)].

in parte superna stilo scriptum

FIDES PVBLICA

Descripsi.

Fides publica lucernae inscriptum quomodo intellegendum sit non video; sed fortasse *Fides* cognomen est *Fide(li)s* per compendium scriptum, ita ut *Fidelis publica* respondeat reliquis (eiusdem fere formae omnibus) quae sequuntur inscriptis *Agathangeli publica*, *Berylli publica*, *Clementis publica*, *Hermetis publica* cet. (compendium simile est *Clemtis* = *Clementis*). De voce quae est *publica* cf. sequentem.

6223 *a* lucerna parva et simplicissima ᴍᴇʀᴢ. [Romae apud Bruels pictorem antea, iam Bruxellis in mus. Ravestein].

b [Romae apud Augustum Castellani et apud Costam (formae 7 sine manubrio)].

a	*b*
in parte superiore, stilo scr.:	in parte superna, stilo scr.:
LVCER PVLICA	LVCER PVLICA *sic*
sub fundo, litteris ext.: planta pedis II	

a Descripserunt Zangemeister et Henzen; hic edidit in *Bull. d. Inst.* 1865 p. 8. Est etiam in schedis Bruzzae. Meester de Ravestein *musée de Ravestein* III p. 337 n. 416*a*. — *b* Descripsi. Exemplum Costae delineavit Costa ms. I f. 22 n. 249 (titulus parum bene redditus est).

Lucer(na) pu(b)lica (in subsequenti unde ponitur *pulibca* = *publica*) et quod in sequentibus scriptum reperitur *Agathangeli publica*, *Berylli publica*, *Clementis publica* cet. quomodo intellegendum sit quaeritur. Lucernae cum parvae sint omnes et eiusdem fere formae, eadem sine dubio aetate (saeculo I p. Chr. ineunte vel medio) factae sunt, fortasse ob specialem aliquam causam. Nomina servilia secundo casu enuntiata, quae in plerisque ante vocem *publica* stilo exarata sunt argilla nondum cocta, eorum esse qui lucernas fecerunt inde colligitur, quod in duabus officinatorum praeterea nomina leguntur, SPINTHER in una (n. 6226), M MYRO in altera (n. 6227 *a*); similiter in aliis lucernis infra edendis post officinae notam MYRO nomina addita sunt figulorum vel eorum qui lucernarum formas fecerunt *Diadu(menus)* et *Pro( )*, apteque cum his comparatur lucerna n. 6263 inscripta in parte superiore *Diomedes lucernarius* et sub fundo exhibens officinae notam *L. M( ) Se( )*. *Clementis publica* igitur significat *Clemens lucernam fecit publicam*; sed *publica* num idem sit ac publico usui destinata (cui opponitur lucerna privata i. e. facta in usum privatum) et lucernae ita inscriptae num recte referantur ad publicas illuminationes die aliquo festo institutas (cf. C. I. L. X 5849) non satis certum est.

6224 [Pisauri in Oliveriana (formae 7 sine manubrio)].

in parte superna (a parte dextra) stilo scriptum

PVLIBCA *sic*

ramusculus

Descripsi. — *Pulibca* errore scriptum pro *publica* (sc. lucerna).

6225 [fuit Romae apud Garruccium].

in margine disci, litteris stilo scriptis	sub fundo, litteris extantibus
AGATANGELI	PVBLICA

Garrucci in *Civiltà cattolica, serie XI vol. II* (1880) p. 712.

PVBLICA *nome della padrona di quella fabbrica* Garrucci, perperam; cf. quae adnotavi ad n. 6223.

6226 [Romae apud Costam (formae 8)].

in parte superna:

BIIRYLLA	PVBLICA
litt. extantibus	litt. cavis stilo scriptis

sub fundo lucernae officinatoris nomen

SPIИTHIIR litt. ext.

Descripsi. Delineavit Costa ms. I f. 61 n. 727 (priorem titulum exhibuit corruptum, officinae notam omisit).

6227 *a* [Monachi in antiquario, sign. n. 118 (formae 7 sine manubrio)].
b [Romae apud Augustum Castellani (formae 7 sine manubrio)].

a	*b*
in parte superna stilo scriptum	in parte superna stilo scriptum
·CΛEMENTIS· ·PVBΛICA	·CLEMENTIS· PVBΛICA

sub fundo lucernae signaculo impressum est

in planta pedis MMYRO litt. parvis prominentibus

a Descripsimus. Hefner *röm. Bayern* ed. 3 p. 277 n. CDXXIX et tab. VI, 26 (sigillum legit AMVNO). — *b* Descripsi.
Cf. n. 6213.

6228 [Romae apud Augustum Castellani (formae 7 sine manubrio)].

in parte superna stilo scriptum

HERME·TI? PVBΛICA

Descripsi. — *Hermeti[s] publica.*

6229 [Romae apud Costam (formae 7 sine manubrio)].

in parte superna stilo scriptum

HIM· puBLICΛ

Descripsi. Costa ms. I f. 22 n. 251 imaginem (HISI FELICI).
Him(eri) vel *Him(erotis)* [*pu*]*blica.*

6230 *a* Amores quinque, quorum quattuor clavam Herculis tollere conantur, quintus e scypho Herculis bibit; a parte s. pharetra et leonis exuviae (a formae 14 similis cum ansulis ab utraque parte, Romae rep.) [α apud me antea, iam Dresdae in mus.; β Romae apud Bruels antea, iam Bruxellis in mus. Ravestein].
b idem anaglyphum omissis pharetra et leonis exuviis (formae 11, in Esquiliis rep.) [mus. Capit. (*sala delle terrecotte*)].

a	*b*
sub anaglypho, in tabella ansata	a parte sinistra anaglyphi
ADIVVATE SODALES litt. ext.	ADIVATE *sic* SODALES litt. ext.

a Descripsimus α ego, β Zangemeister. α ed. Treu in *Jahrb. d. arch. Instit.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 167 imaginem exhibens p. 168. β Bruzza in schedis qui vidit apud Bruels. Meester de Ravestein *musée Ravestein* III p. 253 n. 337c. — *b* Descripsi. *Bull. arch. municipale* 1876 p. 228 (v. 1 ADIVVATE), inde Descemet *inscr. dol.* p. XVIII.

6231 [apud me antea, iam Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 162 (lucerna fracta Romae rep.)].

sub fundo, litteris prominentibus forma cursiva

OIЯAΛIH
MVЯϽVϽ⅃ΛƎ

Descripsi. — *Hilario fac lucrum*; vide quae supra adnotavi ad n. 6195. Cf. titulos Pompeianos *Salve lucru* et *Lucrum gaudium* (C. I. L. X 874. 675).

6232 gladiatores duo pugnantes (formae 5 similis) [Romae apud antiquarium quendam].

sub fundo lucernae (ubi figuli nomen impressum esse solet)

IIME
ME stilo scr.

Descripsi. — *Eme me.* Cf. quae adnotavi ad n. 6195.

6233 *lucerna con in margine lettere in rilievo*; ubi fuerit non indicatur.

ARASSEИE LVCEЯИAS

Scheda singularis apud Institutum (manu Henzeni). Sine dubio ita emendandum est: AR ASS(E) EME LVCERNAS, cf. C. I. L. VIII 10478, 1 et Descemet *inscr. dol.* p. XVIII.

6234 [(Romae?) apud Paciaudium antea, tum apud Passerium, cui furto sublata est].

'Genius moerens .. sepulcrali urnae assistens, qui super inversam facem caput dolentis more reclinat'; adscriptum erat

LVGEO

Passeri III p. 67; inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 205.

6235 lucerna figuram referens viri sedentis et pene praegrandi praediti, qui utraque manu volumen tenet cui stilo titulus inscriptus est (Romae rep.) [Romae apud Costam].

Delineavi a. 1884. — *Quit miraris? ia*m *futue ait.*

6236 [Romae apud Fredianium AM.; idem fortasse exemplum (fractum est) iam Hannoverae in mus. Kestner].

Aeneas dextr. pergens et respiciens humero s. Anchisen portat, d. manu ducit Ascanium (is galeam Phrygiam in capite habet et d. pedum); pone templum rotundum et arbor palmae; a parte d. sigillum Minervae hastatae impositum cippo, cui stilo inscriptum est

AIIN
ANC
ASC
RIIX
PIII

Descripsi. Amati cod. Vat. 9737 f. 68 qui rem in lucerna repraesentatam non agnovit. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 264.
Aen(eas), *Anc(hises)*, *Asc(anius)*; *rex pie.* Nota pium Aeneam hic appellari *rex pie.*

6237 in fragmento testaceo nescio an lucernae [repos. urb.].

CASA
POBLICIVS·PRIMI stilo scr.
FECIT

Descripsi. V. 1 linea falcata scriptus nomen videtur continuisse rei in disco lucernae repraesentatae (*Casandra?*). V. 2. 3 lineis rectis scripti sunt (prior in tabella ansata).

6238 [Londinii, *British mus.* (ex coll. Townley), lucerna fracta].

figurae Diogenis e dolio prospicientis litteris ascendentibus adscriptum est

DIOGENE

Descripsi.

6239 [α Romae apud Saulinium; β apud me antea, iam Dresdae in mus. (lucerna fracta)].

Ganymedes sedens aquilae potum dat; infra litteris prominentibus

GANYMEDES

Descripsimus α Detlefsen, β ego. β ed. Treu in *Jahrb. d. arch. Inst.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 167.

6240 [Parisiis in mus. (ex coll. Campana), formae 11].

pastor baculo innixus dextr. stans; ante eum ovis vel caprae (quattuor) pascuntur vel arborem arrodunt in qua est avis et nidus ut videtur; pone pastorem scriptum est

TITVRVS litt. ext.

Descripsi. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 37 n. 237.
Alterum exemplum C. I. L. X 8053, 9.
Cf. Verg. eclog. I, 1.

6241 [Romae apud Augustum Castellani (formae 9)].

gladiatores duo galeati, scuta quadrilongula et mucrones habentes, quorum unus (secundus) vulneratus est; in margine nomina gladiatorum stilo adscripta sunt litteris fere cursivis

APHR · HHLHNOS ·

Descripsi. Delineata est in scheda apud Institutum. Edidit Henzen in *Bull. d. Inst.* 1874 p. 117, cf. p. 146 (prius nomen APHR).
Afer; Helenos.

6242 [Hannoverae in mus. Kestner (formae 9)].

gladiatores duo pugnantes; nomina stilo adscripta sunt litteris fere cursivis

DIICIRIVS — BAIIBIVS

Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 145.
Decirius; Baebius.

6243 [Hannoverae in mus. Kestner (formae 9)].

gladiator stans s. elevans, d. scuto imponens cui stilo inscriptum est

NICRIN

Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 164 (titulum adumbravit tantum).
Lectio incerta est; *Nigrin(us)*? *Nigrin(us)*? *Nigrin(ianus)*?

6244 *a* [Romae apud Martinettium antiquarium].
b [fuit Romae apud Petrum Santi Bartoli (formae 13 similis, rep. extra portam Caelimontanam); alterum exemplum (nisi forte est exemplum Bartolianum) fuit Romae in museo canonici Vittoria].

a

M I S

corona — gladiatores duo pugnantes (galeati sunt et ocreis scutisque instructi), quos lanista dirimit d. baculum tenens; infra in tabella ansata — corona

SABINVS
POPILLIVS

b

lanista inter duos gladiatores pugnantes; infra in tabella ansata

SABINVS
POPILLIVS

a Descripsit Huelsen exhibitam ab Helbigio. *Comptes rendus de l'acad. des inscr. et belles lettres* 1894 p. 343 (*Revue archéol.* 1894, vol. XXV, p. 363 seq. et *Academy* 1 Dec. 1894 p. 454). H. de Villefosse in *Monuments et mémoires publ. par l'acad. des inscr.* II 1895 p. 96 imaginem. — *b* P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne* parte I tab. 22 imaginem; inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 280 qui e codice quodam bibliothecae Albani exemplum affert canonici Vittoria.

Marinius *Popillium Sabinum* anteposito cognomine in hac lucerna nominari putat (figulum Popillium Bitem novimus ex lucernis sine dubio antiquioribus). Gladiatorum nomina *Sabinus* et *Popillius* esse putat Villefosse, recte opinor (cf. n. 6241. 6242 et lucernam editam in *Archäol. Ztg.* 1847 p. 156, 18); idem quae in *a* praeterea scripta sunt optime interpretatus est *s(tantes) mis(si)*, citans clipeum cretaceum C. I. L. XII 2747 et alterum simile.

6245 [fuit Romae apud Costam (lucerna fracta)].

gladiator sic quasi victus, pone eum stilo scriptum est

SHSHLLIVS

Costa ms. I f. 68 n. 827 imaginem.
Sesellius utrum gladiatoris nomen sit an figuli incertum est.

6246 [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].

gladiator armatus, scuto quadrato tectus, cum casside cristata, sin. gradiens, ante eum hasta erecta; inter crura gladiatoris litteris stilo scripta

VALERI
PROTO

Descripsimus Detlefsen et ego. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 34 n. 71 (VALERII PROTO).
Valeri Proto(genis), incertum utrum gladiatoris an figuli nomen.

6247 [apud me antea, iam Dresdae in mus. (formae 9, Romae empta)].

gladiator (secutor) sin. currens, s. mucronem habens, d. tollens; pone ad eius pedes (scutum); in margine gladiatoris aut figuli nomen stilo adscriptum est

VEIANIOLVS

Descripsi. Edidimus ego in *Bull. d. Inst.* 1874 p. 146, Treu in *Jahrb. d. arch. Inst.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 169. — *Veianiolus* ut videtur cognomen, per deminutionem e *Veianius* factum.

6248 [apud me antea, iam Dresdae in mus. (lucerna fracta in Esquiliis rep.)].

gladiator scuto et pugione armatus dextr. irruit contra gladiatorem collapsum pollicemque sinistrum tendentem; stilo adscriptum est

supra TM, infra SI/

Descripsi (litterae M et SI punctim scriptae sunt). Ed. Treu in *Jahrb. d. arch. Inst.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 169.
Litterae quid significent quaerendum est.

6249 [Romae apud Augustum Castellani (formae 9)].

luctatores duo, quorum prior adversarium humi prostravit; hic ... d. tollit; stilo adscriptum est (litteris cursivis)

ONOS QVIIAX PHI/A

ita ut duae priores voces ad victorem, tertia ad victum referendae videantur

Descripsi. Vocabulum prius utrum *onos* (ὄνος, cf. Lamprid. Commod. 10) an *(h)onos* = *honor* i. e. munus vel spectaculum significet nescio, neque expedio quae sequuntur; in fine nomen *Phi[l]a(   )*.

6250 [Romae apud Depolettium antea, iam Monachi in antiquario, sign. n. 855 (formae 9 similis cum manubrio et ansulas habens ab utraque parte)].

Victoria in quadrigis sta. d. coronam, s. lora tenens; pone agitator, s. ramum palmae tenens, d. capiti adnovens quasi coronam impositurus; infra stilo scriptum (litteris exaratis ante, aversa)

C · ANNIVS LAC
ERTANICA

CORACINIC F

sub fundo lucernae litteris cavis

MAXIMVS
L FABRIC MASC — vv. 1, 3 stilo scripti sunt v. 2 signaculo impressus est
FECIT

Descripsimus Detlefsen, Henzen, ego (signum parvum O vel A litterae simile quod cernitur post NIC fortasse fortuitum est). Delineata est in scheda apud Institutum. Edidit Henzen in *Bull. d. Inst.* 1861 p. 69; inde Descemet *inscr. dol.* p. XVIII. Cf. Friedlaender *Sittengesch.* ed. 3 II p. 299 adn. 4.

Detlefsen (*Bull. d. Inst.* 1861 p. 82) affert locum Plinii (n. h. VIII § 160) 'Claudi Caesaris saecularium ludorum circensibus excusso in carceribus auriga albati equo Corace occupavere' cet. In nostra lucerna *Corax* funalis equi est nomen etiam aliunde notum (cf. *Ann. d. Inst.* 1848 p. 354), auriga est *C. Annius Lucerta* (Lucerta cognomen fortasse a circo ductum).

Reliquas lucernas *L. Fabric(i) Masc(uli)* vide infra.

6251 [apud me (formae 14 similis cum ansulis ab utraque parte)].

AQVILO

bigae sin. currentes in quibus est agitator

tres metae quibus circus significatur — A▮ΚΙΙ"ES

bigae sin. currentes in quibus est agitator cum flagello; ante bigas post flagellis crepitans

MYRO

Descripsi. Nomina *Aquilo*, *A[ĕ]ripes* vel *A . . lipes* (lectio incerta est), *Myro* stilo scripta sunt in tabellis ansatis prominentibus; *Myro* officinatoris vel figuli nomen videtur esse (cf. n. 6213), reliqua equorum sunt.

6252 [Romae apud Sartium (lucerna fracta formae 20 similis)].

quadrigae dextr. in quibus est agitator s. ramum palmae, d. coronam tenens; supra equos stilo scriptum est

PRISCIAN|

Descripsi a. 1888.

6253 [fuit Romae apud Costam (formae 6 similis)].

in parte superiore, stilo scriptum

ACTRACI . E CALOS

Costa ms. I f. 22 n. 250 imaginem. — *Actraci* vix bene traditum est; fuitne *Astracle* = *Astrag(a)le*?

Nomina quae in hac lucerna et in sequentibus enuntiantur addito vocabulo καλός Latinis litteris scripto aut equorum sunt aut agitatorum. CALOS nominibus praepositum saepe occurrit in titulis scariphatis Pompeianis, cf. indices voluminis IV p. 281.

6254 [apud me antea, iam Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 142 (formae 7 sine manubrio, Romae rep.)].

in parte superiore, stilo scriptum

AQVILO CALOS ·

Descripsi. — *Aquilo calos.*

6255 [mus. Kirch. vet. (formae 7 sine manubrio)].

in parte superiore, litteris prominentibus

AXOLMVS ' ‖ALOS

infra duo rami palmae

Descripsi titulum detritum. Fortasse *Axolmus* [c]*alos.*

6256 [Romae apud advocatum Lovatti (lucerna rotunda)].

in margine superiore scriptum .

CALOS PV INCITATI

Descripsit Henzen (litteras L et S minus claras fuisse adnotans) ediditque in *Bull. d. Inst.* 1864 p. 9.

PV certe non est *publica* quod legitur in lucernis n. 6222 seqq.; *puer* dubitanter proposuit Mommsen. *Incitatus* equi nomen celeberrimi (cf. Suet. Calig. 55), nisi agitatoris est.

6257 [fuit Romae apud Costam (lucerna quadrata)].

in parte superiore scriptum

INCITATVS

Costa ms. I f. 22 n. 246 imaginem.

6258 [Romae apud Alexandrum Castellani (formae 9)].

Amor fere adversus a dextera clarum portans, d. leonis exuvias tenens et pede d. nescio cui rei insistens, s. manu fere tenet equi alati (Pegasi?) sin. gradientis; circa equum tamen palmae portagentes, aquila adversa coronam tenens et ramum palmae rostro tenens, res incerta (corona?), discus (?), ornatum quadrilaterum, infra equum tabella ansata cui inscriptum est

AQILOVA *sic*

Delineata est in scheda apud Institutum. Ed. Helbig in *Bull. d. Inst.* 1872 p. 133, ita AQILOVA.

Perperam ibi interpretationes proponuntur *Aquilo victor* vel *vicit* et *Aquilo vicit quinquies albata*; est sine dubio *Aq(u)ilo va( ).* Nomina, quibus verbum additur *va( )*, modo equorum sunt (cf. disculum aeneum C. I. L. X 8072, 20 in quo est equus victor adscriptis verbis *va Glauce*), modo agitatorum (in vasculis vitreis quadrigis exornatis C. I. L. VII 1273, Schuermans in *Annales de la soc. archéol. de Namur* XX 1893 p. 148 seqq.), neque diversa existimanda sunt esse nonnulla e nominibus quibus *va( )* additum est in titulis Pompeianis pictis vel scariphatis. *Va( )* igitur, quod Huebner, Mommsen, Schuermans, Zangemeister pro *vale* vel *valeas* positum acceperunt (interpretatio nisi videtur vera ‖ tituli C. I. L. IV 2150 in addendis correcto; cf. tamen *Bull. d. Inst.* 1877 p. 189), in titulis a me significatis est potius acclamandi formula in ludis circensibus sine dubio et aptissima et usitatissima *va(de)* (*feliciter*).

Conferendae sunt etiam lucernae Neapolitana et Puteolana C. I. L. X 8053, 10 et 8053, 134 inscriptae altera ANICE ‖ TE · NI ‖ CERI ‖ VA (ita, non VAS, in fine legendum esse mihi certum est; pro NICERI fortasse scribendum NICER ·), altera *Menester va.*

6259 [fuit Romae apud Garruccium].

in margine dilecti stilo scriptum

GALLIO VA.

Garrucci in *Civiltà cattolica, serie XI vol. II* (1880) p. 712 legens *Gallio val(e).* Vide ne fuerit VA tantum et cf. quae adnotavi ad lucernam praecedentem.

6260 [Kopenhagae in mus. Thorvaldsen].

circa marginem lucernae

CLAPHYRININE · VA *stilo scr.*

L. Mueller *musée Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 128 n. 237.

Claphyrinine (errore scriptum pro *Glaphyrine*) *va(de).* — Cf. C. I. L. IV 1664 *nica Glaphyrine.*

6261 [Mediolani apud Hamilcarem Ancona (lucerna quadrata si fallor, Romae empta)].

in lucernae parte superiore

VIGLA ‖ PRASINE

Descripsi. — Est *prasine* (de agitatore intellegendum) *vig(i)la*. Confer lucernam Nemausensem inscriptam *prasinus incictus est* (memoratur a Garruccio in *Civiltà catt., serie XI vol. II* 1880 p. 712; deest in Corporis volumine XII).

6262 [fuit Romae apud Garruccium (Praeneste rep.)].

sopra il piano e intorno al corpo litteris punctis scriptis

ΔMAMI · A · L·
CINEROSI···

sul fondo esterno

Ed. Garrucci in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 25 (uno versu) et syll. n. 2260 (hic monogramma om.). *A. Mami A. l. Cinerosi* (*Generosi* suspicatur Mommsen) figuli vel artificis nomen esse dicit Garruccius (*Civiltà catt., serie XI vol. II* 1880 p. 712); mihi videtur esse potius nomen eius cui lucerna in sepulcro posita est. Officinae nota vel figuli nomen monogrammate scriptum et sub fundo lucernae impressum redit in permultis lucernis infra edendis.

6263 [apud me antea, iam Dresdae in mus. (lucerna quadrata Romae rep.)].

circa infundibulum litteris extantibus

DIOMHDHS LVCERNARIVS

sub fundo lucernae signaculo impressum est

L · M · SA litt. cavis

Descripsi. Ed. Treu in *Jahrb. d. arch. Inst.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 170 imaginem exhibens. — *Diomedes lucernarius*; cf. p. 784.

6264 [1 apud Depolettium antea, tum apud me, iam Dresdae in mus. (lucerna fracta). — 2 Romae apud Brucla pictorem antea, iam Bruxellis in mus. Ravestein].

asinus dextr., leonem fatuens; stilo adscriptum est

super asinum AΓO, super leonem CRED

1 Descripsi. Ed. Treu in *Jahrb. d. arch. Inst.* IV 1889, *archäol. Anz.* p. 169. — 2 Descripsit Zangemeister. Brusza in schedis bis. Meester de Ravestein *musée Ravestein* III p. 328 n. 393c, titulos non exhibens.

Prioris vacabuli lectio incerta; dedi quod cernitur in exemplo olim meo, in altero exceperunt AΓC Zangemeister, AIO Brusza.

6265 lucerna elegantis artificii sine ornamentis (formae 3 similis, sine manubrio) [mus. Kirch. vet.].

sub fundo lucernae, stilo scriptum

A

in ventre lucernae, atramento scriptum

apographum Garruccii:

HELEMVS: SVOM GENIO M NIBINFERIS
MANDAT · STIPEM · STRENAM · LVMEN
SVOM · SECVM · DEFERT · NIQVIS · EVM
SOLVAT NISI · NOS · QVI LICIMVS

apographum Detlefseni:

HELEMVS: NOMEN NIPINFERIS
MANDAT · STIPIM · STRENAM · LUMEN
SVOM · SECVM · DEFERT · NIQVIS · EVM
SOLVAT · NISI — NOS · QVI FECIMVS

apographum meum:

HELENVS · SVOM · NOMEN · EINFERIS
MANDAT · STIPEM · STRENAM · LVMEN
SVOM · SECVM · DEFERT · NIQVIS · EVM
SOLVAT · NISI · NOS · QVI · FECIMVS

Exhibui apographa Garruccii, Detlefseni, meum. Ed. Garrucci in *Bull. d. Inst.* 1860 p. 70 (ligno incisum, unde repetivi) et syll. n. 1152. De titulo egit Preller in *Archaeol. Zeitung* 1861 p. 167 et *verm. Aufsaetze* p. 310.

V. 1 GENIO M N IBINFERIS Garr. *Bull.* (legens *genium dis inferis*), GENIOMNIBVS INFERIS Garr. syll. (legens *genio m(a)nibus inferis*); in lucerna est NOMEN · EIMFERIS. — V. 3 NIQVIS Garr. Detlef., mihi visum est esse potius NEQVIS (aut NI·QVIS?). — V. 4 LICCIMVS Garr. *Bull.* (legens *legamus*), LICAMVS Garr. syll.; verbum esse FECIMVS certum est.

Helenus suom nomen eimferis (= *inferis*, ut vidit Mommsenus) *mandat, stipem strenam lumen suom secum defert; ne quis eum solvat nisi nos qui fecimus.*

CAPVT SECVNDVM

LVCERNAE OFFICINATORVM VEL FIGVLORVM NOMINA EXHIBENTES

(fere omnia sub fundo signaculo impressa aut stilo inscripta sunt)

6266 1 (*c*) baccha cum thyrso ante aram [mus. Kirch. vet.].
2 (*c*) pugillator dextr. d. genu nixus (formae 11) [mus. Kirch. vet.].
3 (*a*) racemi hederae (formae 1, in Esquiliis rep.) [repos. urb.]. — 4 (*b*) avae, ut videtur, quattuor (formae 2 similis) [Romae apud Costam]. — 5 (*a*) duo cornua copiae (formae 28) [fuit Romae apud Costam]. — 6 (*a*) corona (formae 3 sine manubrio, ex sepulcris ad portam Praenestinam effossis) [repos. therm. Dioclet.].
[7 (*a*) repos. therm. Dioclet., 2 ex. (formae 3 et bilychnis nigra formae 1, utraque rep. ad ripas aut in alveo Tiberis). — 8 (*d*) repos. therm. Dioclet. (formae 4, in Tiberi rep.) — 9 (*a*) repos. urb. (formae 2). — 10 (*a*) repos. urb. (formae 2 similis). — 11 (*f*) repos. urb., 2 ex. (formae 22). — 12 (*a*) Romae apud Depolettium].

a A   *b* A   litterae magnae stilo scriptae et circulis parvis cinctae

c A   *d* A   *e* A   *f* A   litterae prominentes

1 Detlefsen in schedis apud Institutum. — 2—4 Descripsi. — 5 Costa ms. 1 f. 9 n. 85 imaginem. — 6—11 Descripsi. — 12 Detlefsen in schedis apud Institutum.

Cf. etiam n. 6265.

6267 1 (*d*) protome Iovis adversa inter alas expansas aquilae fulmini insistentis (bilychnis formae 12) [Hannoverae in mus. Kestner].
2 (*a*) vir nudus dextr. currens (formae 15) [repos. urb.].
3 (*f*) pantheris dextr. pedibus anterioribus vas amplectens (formae 12) [Pisauri in Oliveriana]. — 4 (*g*) arma gladiatoria circulo disposita (formae 11) [Romae apud Kestnerum antea]. — 5 (*e*) corona (rep. prope portam Flaminiam).
[6 (*c*) repos. urb. (formae 11 similis). — 7 (*a*) Romae apud Augustum Castellani (formae 4). — 8 (*b*) Romae apud Costam (lucerna bilychnis parva formae 27 similis)].

a P·A   *b* P·A   *c* P·A   *d* PA· omnes stilo scr.

e P A stilo scr.   *f* P A litt. ext.   *g* P planta pedis A

1 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 13. — 2. 3 Descripsi. — 4 Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 142. — 5 *Not. d. scavi* 1882 p. 112 (PA). — 6 Descripsi (signum sub P·A extans). — 7 Descripsi. — 8 Descripsi. Costa ms. I f. 40 n. 498 imag.
P. A( ) aut *P*( ) *A*( ).

6268 Diana dextr. currens s. arcum tenet, d. sagittam e pharetra depromit (bilychnis formae 12, Lanuvii rep.) [Londinii, *British* mus.].

·S·A·X· litt. ext.

Descripsi. — Fortasse *S. A*(*ureli*?) *X*(*anthi*?) cf. n. 6329.
In lucerna edita in *Antichità di Ercolano* VIII tab. 37 et p. 184 eadem nota videtur fuisse ita scripta X·A·S (traditur S·V·X).

6269 Victoria sin. globo insistens, s. ramum palmae, d. coronam tenens (formae 20) [Pisauri in Oliveriana].

A B A stilo scr.

Descripsi. — *Aba*(*scantus*?).

6270 Ostiae rep. ai *colombari*.

ABBAS

Descripsit C. L. Visconti. — *Abbas* est cognomen.

6271 *a* lucerna bilychnis formae 1 nigro colore obducta et racemis hederae exornata rep. ad ripam Tiberis *alla Farnesina* [repos. therm. Dioclet.].
b [repos. urb. (formae 2 similis)].

a ABIN litt. admodum minoribus stilo scr   *b* ABIL sic stilo scr.

Descripsi. *a* est etiam in schedis Bruzzae.
In utraque postremum elementum a litteris praecedentibus separandum esse puto et legendum *Abi*( ) N, *Abi*( ) L. Nota N parvis circulis exornata solitaria occurrit in multis lucernis infra edendis.

6272 *a* Sphinx dextr. sedens, infra duo bacilla (ossa?) et sphaera (caput humanum?) (formae 20) [Romae apud Costam].
b [Ostiae in mus. (formae 20, Ostiae rep.)].

a ACRI stilo scr. I·I   *b* ·ACRI· stilo scr. ✝

a Descripsi. Costa ms. I f. 18 n. 204 imaginem (ACNT ‖ III). — *b* Descripsi (signum cruci simile extans).

6273 *a* Leda cum cycno dextr. (formae 28 similis, prope Romam rep.) [Coloniae Agrippinae in coll. Niessen].
b animal quadrupes alatum (Pegasus ut videtur) dextr. (formae 20, in via Appia rep. 'haud longe a turri quam vocant caput bovis', a Sigismundo Schul Norimbergensi Patavium delata LIC.).

a T·AELCHA   *b* TAELCH

a Descripsit Zangemeister (initio T EL). C. A. Niessen *Sammlung röm. Alterthümer* p. 17 n. 45 (T·EL cet.) et tab. IX, 18. — *b* Licetus de lucernis p. 879 imaginem.
T. Ael(*i*) *Cha*(*ritonis*?).

6274 1 (*a*) Hercules dextr. cum clava et pelle leonina, dextra Cerberum ex antro trahens [Pisauri in Oliveriana].
2 (*a*) pastor sin., s. baculum tenens, d. syringe canens; ante eum capra et aries; in margine corona (rep. prope hospitium s. Cosimati) [in repos. Palatinis].
3 (*a*) canis, ut videtur, et grus certantes [Romae apud Costam]. — 4 (*b*) canis dextr. currens [Romae apud Martinettium et apud Io. Steinhaeuser]. — 5 (*a*) elephas dextr. dorso hominem portans, ad latus eius elephas adulescens; pone fortasse duae arbores (cf. n. 6221, 30) [mus. Kircher. vet.]. — 6 (*a*) lepus dextr. [repos. urb.]. — 7 (*a*) racemi in margine, infra cantharus inter duas pantheras [α Pisauri in Oliveriana; β Vindobonae in mus. *für Kunst und Industrie* (ex coll. Castellani)]. — 8 (*a*) ornamentum rosae simile [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].
9 (*b*) rep. in columbario vineae Codinianae. — 10 (*a*) Praeneste vel in agro Praenestino rep. [*presso mons. Casoli*].
[11 (*a*) repos. urb. (lucerna fracta)].

a AEL MAXI   *b* AEL MAX

1 Descripsi. — 2 Descripsi. *Not. d. scavi* 1892 p. 265. — 3 Descripsit Arndt, ego contuli. Costa ms. I f. 27 n. 311 imaginem. — 4 Descripserunt Detlefsen et Henzen. — 5 Descripsimus. Eandem fortasse Brunati mus. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 1 (AEL MAX). — 6 Descripsi. — 7 α descripsi. Passeri III tab. 103 n. 2, inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 3. β Masner *ant. Vasen u. Terracotten* p. 82 n. 707. — 8 Descripsi. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 36 n. 191. — 9 Descripsit Henzen. — 10 Petrini *mem. Prenestine* p. 341 n. 78 (punctum post AEL), inde Marini l. c. — 11 Descripsit Arndt, ego contuli.
Formae occurrunt: 27 (4 ex.). 28 (3 ex.). inter 10 et 14 media (1 ex.).
Ael(*i*) *Maxi*(*mi*?); cf. n. 6073.

6275 1 (*b*) racemi hederae (bilychnis nigro colore obducta formae 1) [Romae apud antiquarium quendam]. — 2 (*c*) racemi hederae (bilychnis formae 4 similis, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis) [repos. therm. Dioclet.]. — 3 (*f*) serta (bilychnis nigra formae 1, rep. in Tiberi) [repos. therm. Dioclet.]. — 4 (*f*) persona comica parva adversa (in rostro lucernae formae 2) [repos. urb.].
[5 (*d*) repos. therm. Dioclet. (formae 3, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis). — 6 (*f*) repos. therm. Dioclet. (lucerna fracta, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis). — 7 (*g*) Romae apud Calandrellium (lucerna nigra formae 1 similis). — 8 (*a*) fuit Romae apud Costam (bilychnis formae 4). — 9 (*c*) Romae apud Costam (formae 4)].

a AIMILI· stilo et vid. scriptum   *b* AIMILI stilo scr.   *c* AIMIL stilo scr.

d ΔEMI stilo scr.   *e* AIM stilo scr.   *f* ÆM stilo scr.   *g* ÆM litt. magnis stilo scr. et circulis exornatis

1 Descripsi a. 1894 (I parva in L littera posita fortasse fortuita est). — 2—7 Descripsi. — 8 Costa ms. I f. 37 n. 436 imaginem. — 9 Descripsi. Costa ms. I f. 49 n. 614 imaginem.

6276 [mus. Kirch. vet. SAVN., iam desideratur].

AEMILI ERONIS

Bruzza mss. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 2.
In lucerna ex Italia oriunda apud Janssen musei Lugduno-Batavi inscr. p. 129, 3 est AIMILI II ERONIS.
Cf. infra n. 6419.

6277 *a* [repos. therm. Diocl. (formae 28)].
b luna crescens (formae 28, in Esquiliis rep.) [repos. urb.].

a MAFR stilo scr. *b* MAFR

Descripsi (*b* dubiae lectionis). — *M. Afr(ani)* aut *M. A( ) Fr( )*, cf. n. 6324.

6278 [repos. urb. (formae 5 cum manubrio, rep. in *via Baccina*)].

ACATA stilo scr.

Descripsi. *Bull. arch. comunale* 1878 p. 297. — *Agata(ngelus)* potius quam *Agata* (*Agatha*).

6279 1 (*c*) canis ut videtur sin., pede anteriore d. sublato (formae 15) [Pisauri in Oliveriana]. — 2 (*a*?) stella in luna crescente; in margine racemi [fuit Romae apud Alexandrum Castellani].
[3 (*a*) repos. therm. Diocl. (formae 22, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis). — 4 (*b*) repos. urb. (formae 20, in *via Palermo* rep.)].

a AGATHOPI stilo scr. *b* AGATOPHI *c* AGATOP

1 Descripsi. — 2 *Catal. de la coll. Alessandro Castellani* (para Romae hastae subiecta) n. 682 (AGATH...). — 3. 4 Descripsi.

6280 1 (*a*) rep. in vinea Bombrini.
[2 (*b*) repos. therm. Diocl. (formae 5, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis). — 3 (*c*) repos. therm. Diocl. (in bibliotheca Vallicelliana antea), formae 5. — 4 (*c*) repos. urb., 2 ex. (formae 5). — 5 (*a*) Pisauri in Oliveriana (formae 6). — 6 (*c*) Monachi in antiquario, sign. n. 728 (ex coll. Dodwell)].

a AGILIS F *b* AGILIS F *c* AGILIS litt. exc. umbone

1 Bruzza in schedis. — 2. 3 Descripsi. — 4 Descripsimus Arndt et ego. — 5 Descripsi. — 6 Descripsimus. *Notice sur le musée Dodwell* p. 32 n. 58. Hefner röm. *Bayern* ed. 3 p. 293 n. DLXXXVIII.

6281 navis; supra vas inter duos delphinos (formae 3 similis) [Hannoverae in mus. Kestner].

AI stilo scr.

Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 96.

6282 vas utrimque ansatum (formae 20) [Romae apud antiquarium quendam].

EXOF
AIAC stilo scr.
IS

Descripsi a. 1894. — *Ex of(ficina) Aiacis*.

6283 [repos. urb. (formae 2)].

A litt. exc.

Descripsi. — *Al( )*.

6284 [repos. therm. Diocl. (formae 2, in Tiberi rep.)].

ƎJA litt. exc.

Descripsi.

6285 1 bigae currentes in quibus sunt duae figurae [Kopenhagae in mus. Thorvaldsen].
2 aquila adversa alis expansis fulmini insistens (formae 20, in regione Transtiberina rep.; rep. prope villam Ludovisi BULL., errore) [repos. urb., sign. *5 Marzo 1889, collettore destro di Trastevere*].

MALENCAL

1 L. Mueller *musée Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 124 n. 180 (MALINCAP addito interrogationis signo). — 2 Descripsi (in fine CAL). *Bull. arch. comunale* 1889 p. 224 (in fine CA).
In exemplo musei Vindobonensis Kenner (*ant. Thonlampen* n. 38) legit CAL, Mommsen excepit CAE, postquam purgatum est in ectypis a Bormanno mihi subministratis videtur esse CAL.
M. Alen(ni?) Cal( ).

6286 1 Mars (rep. in villa Wolkonsky).
2 protome adversa Solis radiati cum globo (?) et flagello (formae 28 similis) [Pisauri in Oliveriana].
3 vir mulierem paedicans sin. (formae 20) [Romae apud Costam].
[4 repos. therm. Diocl. (formae 28, ex sepulcris ad portam Praenestinam a. 1871 effossis)].

AMACHI

1 Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1881 p. 202. — 2. 3 Descripsi. — 4 Descripsi. Brizio *pitture e sepolcri* p. 137.
Amachi, nisi intellegendum est *Ama(ti) Chi( )*, ut proposuit Baercklein, aut *A. Ma( ) Chi(lonis)*, *A. Mac( ) Hi( )*.

6287 *a* lucerna formam pedis humani crepidati referens [Romae apud Costam].
b lucerna parva bilychnis (operculum habens in quo est os adversum) [Romae apud Costam].

a SAMSYC stilo scr. *b* MSYC stilo scr.

Descripsi. Costa ms. I f. 7 n. 66 et f. 6 n. 57 imagines (notae parum accurate redditae sunt).
In lucerna incertae originis formam referente duorum pedum quam Londinii vidi in museo Britannico legitur SAMSVCV (stilo scr.); nomen igitur videtur esse *S. Amp( ) Sycu( )*.

6288 [apud me antea, iam Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 163 (lucerna fracta Romae rep.)].

AMPI stilo scr.

Descripsi.

6289 corona (formae 4 similis, e sepulcris ad portam Praenestinam effossis) [repos. therm. Diocl.].

AN litteris magnis stilo scr. et circello parvis circumdatis

Descripsi.

6290 [repos. urb. (lucerna rudis operis formae 5 sed longiuscula et manubrium habens)].

M
AM litt. exc.

Descripsi. — *M. Am( )*?

6291 ocreae quattuor, pugio curvus, gladius (formae II similis) [repos. urb.].

Descripsi. T littera stilo scripta est, reliquae prominentes.
T. An( ) aut *Ant*( )? Cf. C. I. L. II 4969, 53.

6292 1 Pluto adversus in throno sedens, s. sceptro innititur, d. demissa incertum quid tenet; ad d. latus eius Cerberus (cf. n. 6221, 16) (formae 20) [mus. Kirch. vet.].
[2 repos. urb. (formae 22). — 3 Pisauri in Oliveriana (formae 22)].

ANATELO

1 Descripsimus (in fine LI aut O?). — 2 Descripsi (in fine videtur esse O). — 3 Descripsi (ANATELC).
Anatelo(ntis). Cf. n. 6133.

6293 [Romae apud Costam (formae 2)].

Descripsi. Costa ms. I f. 51 n. 639 imaginem.
And(*ronicus*) vel simile nomen.

6294 Aeneas armatus Anchisen in humero portans, d. manu Ascanium ducens (cf. n. 6236. 6350, 1) [Velitris in mus. Borgiano].

ANNAMMEA

Raponi cod. Propagandae f. 208, 32. Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 7 qui vidit. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 311 n. 69 ANNAMMER.
Ann(eia) vel *Ann(ia) Ammea*? Idem nomen occurrit in lucerna musei Vindobonensis a Bormanno conlata; Kenner *ant. Thonlampen* cat. n. 17 exhibet ANNAMME.

6295 [mus. Vatic. Gregorian. (lucerna rotunda dodecalychnis ad suspendendum facta, Ostiae rep. in Mithraeo)].

▰ · ANNI · SERAPIODORI stilo scr.

Descripsi a. 1895. Ed. C. L. Visconti in *Ann. d. Inst.* 1864 p. 158 ita: SERAPIODORI·INNY.
Ante *Anni Serapiodori* vestigia videntur extare valde incerta, nescio utrum ad praenomen figuli pertinentia (L? C?) an ad nomen servi eius. Cf. sequentes.

6296 1 (a) puer alatus ut videtur (Amor) sin. incertum quid portans; ante eum columella cui impositum est incertum quid; in margine racemi hederae aut vitis (α Ostiae rep.) [α Ostiae in mus., 2 ex.; β Pisauri in Oliveriana].
2 (a) Apollo citharoedus (vix Orpheus) dextr. sedens; in margine racemi vitis (β Ostiae rep.) [α mus. Lateran. inter Ostiensia; β Ostiae in mus., 4 ex.; γ Parisiis in mus. (ex coll. Durand)].
3 (a) '*tête de Bacchus* [?] *reposant sur un croissant; la poignée double figurait deux bustes; le rebord orné de méandres de lierre*' (bilychnis) [Genavae in museo Fol].
4 (a) Diana adversa stans, s. arcum tenens, d. sagittam e pharetra depromens (Fortuna, ut videtur, ex adverso stans, s. coronam tenens, dextram tollens DETL., errore) (β Ostiae rep.) [α mus. Lateran. inter Ostiensia; β Ostiae in mus., 2 ex.].
5 (a) protome adversa Dianae diadematae cum pharetra (Ostiae rep.) [Ostiae in mus., 3 ex.].
6 (a) Hercules dextr. cervum opprimens (s. clavam vibrat, d. cervi cornua arripuit) (γ Ostiae rep.) [α mus. Lateran. inter Ostiensia; β Romae apud Costam; γ Ostiae in mus., 10 ex. (11 ex. NOM.); δ Berolini apud Nicolaum Mueller].
7 (b) Leda cum cycno (β Ostiae rep. *ai colombari*) [α Romae apud Petrum Podesti].
8 (a) Minerva scuto et hasta armata dextr. ut videtur pergens et fortasse respiciens (caput desideratur) d. oleae ramum tenet; a parte d. columella cui noctua insistit (cf. nummos aeneos Athenienses Beulé *monn. d'Athènes* p. 390 et aeneum Commodi maximi moduli Froehner *médaillons* p. 137) [fuit Romae apud Costam].
9 (a) Sol in quadrigis dextr. currentibus, infra undae ut videtur (lucerna magna) [mus. Lateran. inter Ostiensia].
10 (b) Venus(?) sin. sedens s. ramum palmae tenens; ante eam Amor; iuxta Venerem a parte dextra videtur esse ara cui insistit columba (cf. n. 6221, 18) [Hannoverae in mus. Kestner].
11 (a) 'pastor bonus' stans adversus; in margine uvae et folia vitis (γ 1 ex. rep. in sepulcris ad portam Praenestinam effossis; δ rep. in *monte della Giustizia*; ε in Esquiliis; ζ in vinea Bombrini olim Marcurelli; η Ostiae, pluribus exemplis; μ in Palatio; ν in Esquiliis ad stationem viae ferratae; ξ variis locis in urbe et in agro suburbano; ο in coemeteriis Romanis) [α mus. Capitol. (*sala delle terrecotte*); β in bibl. Vatic. (*museo sacro*), 5 ex., sign. n. 951—954. 956; γ repos. therm. Dioclet., 2 ex. (unum in bibl. Vallicelliana antea); δ Romae apud Costam; ε Romae apud Leonem Nardoni; ζ Romae apud privatum quendam; η Ostiae in mus., 2 ex.; θ Velitris in mus. Borgiano; ι Veronae in mus. Muselli (fuit antea apud Fr. Bianchini ut videtur); κ Berolini in mus., 2 ex., unum sign. n. 1019 (ex coll. Koller), alterum T. C. 8217, 127 (apud me antea); λ Vindobonae in mus.].
12 (a) gladiator dextr. irruens (Ostiae rep.) [Ostiae in mus.].
13 (a) homines duo sellis inter se exadverso insidentes et tabula ut videtur ludentes [mus. Kirch. vet.]
14 (a) vir capillatus veste militari sin. (rep. in agro Cividalensi) [Venetiis apud Gradenigum].
15 (a) caput muliebre (Arelate rep.) [ibi in mus.].
16 (a) eques sin. currens (Ostiae rep.) [Ostiae in mus.]. — 17 (a) lepus dextr. aliquid ut videtur arrodens [mus. Lateran. inter Ostiensia]. — 18 (a) chimaera ut videtur (Ostiae rep.) [Ostiae in mus.]. — 19 (a) gryps dextr. currens (β Ostiae rep.) [α mus. Vatic. Gregorian.; β Ostiae in mus., 3 ex.]. — 20 (a) concha (α rep. ad ripas aut in alveo Tiberis; γ Ostiae rep.; δ in coemeterio Domitillae) [α repos. therm. Dioclet.; β bibl. Vatic. (*museo sacro*); γ Ostiae in mus.]. — 21 (a) duo rami palmae; in margine uvae et folia vitis [Romae apud Costam]. — 22 (a) uvae (Ostiae rep.). — 23 (a) ornamentum rosae simile (Ostiae rep.) [Ostiae in mus.].
[24 (a) repos. therm. Dioclet., 2 ex. (unum ex sepulcris ad portam Praenestinam effossis, alterum rep. in Palatio aut in foro). — 25 (a) repos. urb. — 26 (a) Romae in bibl. Barberinia. — 27 (a) Romae apud Costam. — 28 (a) Ostiae in mus., 17 ex. (Ostiae rep.; in margine aut globuli aut corona aut racemi hederae aut nihil). — 29 (b) Ostiae in mus. (Ostiae rep.). — 30 (a) Pisauri in Oliveriana].

a ANNI SER b ANNI SIR

1 Descripsi. — 2 Descripsimus. β unum *Not. d. scavi* 1885 p. 531. — 3 *Cat. du musée Fol* I p. 144 n. 879 imaginem. *Revue archéol.* 1875 (XXIX) p. 4 et tab. I. — 4 Descripsi. α vidit etiam Detlefsen (in schedis apud Institutum) et memorant Benndorf et Schoene *ant. Bildw. d. Lateran. Museums* n. 635. β unum ed. Homolle in *Revue archéol.* 1876 (XXXI) p. 377 et tab. IX; cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1881 p. 114. — 5 Descripsi. — 6 Descripsi. α memoratur apud Benndorf et Schoene l. c. n. 638. β delineavit Costa ms. III f. 15 n. 160 (punctum post ANNI). γ Homolle in *Revue archéol.* 1876 (XXXI) p. 376 et tab. IX; cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1881 p. 114. — 7 α Brozza in schedis (prima littera A), eandem fortasse quae memoratur apud de Rossi *bull. arch. crist.* 1882 p. 173 (= *Resoconto delle conferenze dei cultori di archeol. crist.* 1875—1887 p. 221), sed hic ANNI·SER. β descripsit C. L. Visconti. — 8 Costa ms. III f. 5 n. 57 imaginem. — 9 Descripsi. Eadem ut videtur memoratur apud Benndorf et Schoene l. c. n. 632. — 10 Descripsi. Delineavit

Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 85 (officinae notam adumbravit tantum). — 11 Descripsimus α. γ. δ. ζ. η. ι ego, β Stevenson. β unum Perret catacombes IV tab. XIII, 1 omissa figuli nota et VI p. 112. δ de Rossi *bull. arch. crist.* 1879 p. 27. Costa ms. III f. 5 n. 58 imaginem. ε de Rossi l. c. 1894 p. 51. ζ memoratur in *Not. d. scavi* 1878 p. 233 et in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 186. η complura exempla Ostiae rep. ed. de Rossi l. c. 1870 p. 79 et tab. VI, 1. 2; unum est ibidem 1879 p. 27 (= *Resoconto* cet. p. 76), cf. etiam 1881 p. 114; unum in *Not. d. scavi* 1885 p. 530. θ Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 265, 3 et *iscr. dol.*, lucernae n. 9 qui vidit. ι Muselli antiquitatis reliquiae p. 56 et tab. CLXX. λ contulit Bormann. Kenner *die ant. Thonlampen* in *Archiv f. Kunde österreichischer Geschichtsquellen* XX (1858) p. 101 n. 443. μ de Rossi l. c. 1867 p. 15. ν, ξ de Rossi l. c. 1870 p. 61. ο Bosio *Roma sott.* (ed. Romana a. 1632) p. 211 imaginem (inde Bottari *Roma sott.* III tab. 209). — 12 Descripsi. — 13 Descripsimus (in hac est aut videtur esse ANNI SEI). — 14 Pirona ex Liruttiana (ANNI SII), inde C. I. L. V 8114, 5*a*. — 15 C. I. L. XII 5682, 4*a* (litt. prominentibus, vix recte). — 16—19 Descripsi. — 20 Descripsimus β Stevenson, α. γ ego. δ de Rossi *Roma sott.* III p. 615. — 21 Costa ms. III f. 5 n. 56 imaginem. Memoratur apud de Rossi *bull. arch. crist.* 1881 p. 103. — 22 Ex schedis apud Institutum. — 23—25 Descripsi. — 26 Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 8 qui vidit. — 27 Costa ms. III f. 5 n. 55 imaginem. — 28 Descripsi. Unam pluresve *Not. d. scavi* 1889 p. 42 (rep. in statione vigilum); unam habet etiam C. L. Visconti in schedis (rep. *ai colombari*), alias rep. Ostiae in domo antiqua memoravit de Rossi *bull. arch. crist.* 1870 p. 82. — 29. 30 Descripsi.

Formae occurrunt: 5 rudis (1 ex.). 20 (4 ex.). 20 similis (3 ex.). 27 similis (1 ex.). 28 (70 ex.). 28 similis (2 ex.). 29 (2 ex.). Bilychnis (1 ex.).

Quattuor lucernas ANNI SER notatas *adorne di emblemi e figure di tipo pagano* Massiliae in museo se vidisse dixit Descemet apud de Rossi *bull. arch. crist.* 1879 p. 29. — Vide praeterea exempla sine anaglyphis edita C. I. L. II suppl. 6256, 7 (ex Estremadura), III suppl. 8076, 4, V 8114, 5*b* (Veronae) et 6 (Nicaeae), X 8053, 20 (Cagliari), XII 5682, 4 *b* (Viennae); *Not. d. scavi* 1881 p. 177 (Olbiae in Sardinia).

Contra consuetudinem hic composui omnes quae mihi innotuerunt lucernas ANNI SER inscriptas.

Annium Ser( ), cuius lucernae Ostiae abundant ita, ut Lanciani et de Rossi officinam eius Ostiae fuisse putaverint (exeunte saeculo II, cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1881 p. 114 seq.), maxime probabile est esse *Annium Serapiodorum* in lucerna quae praecedit item Ostiensi nominatum (cf. *Nuovo bull. arch. crist.* 1895 p. 165). De eius lucernis imaginem pastoris boni exhibentibus saepius egit de Rossi (v. inprimis *bull. arch. crist.* 1870 p. 80 seqq.), primum figulum Christianum eum esse statuens, tum vero, repertis lucernis ex eadem officina ethnicis imaginibus exornatis, gentilem eum fuisse antea, deinde Christianum factum esse coniciens; sed rectius, opinor, Lanciani opinatus est, figulum gentilem lucernam Christiana imagine insignem finxisse mandatam (cf. de Rossi l. c. 1881 p. 114 seq.). Ceterum pastoris boni imago omnino congruens occurrit etiam in lucernis aliarum officinarum, scilicet *Fidelis*, *Mari Fruc*( ), *Mauri* (vide etiam inter lucernas dubiae lectionis), quarum secundam et tertiam cum officina *Anni Ser(apiodori)* aliquo modo cohaerere necesse est, cum utraque adhuc Ostiae tantum innotuerit, tertia anaglyphis non sit etiam non Christianis. Reperitur denique saepius in lucernis eiusdem quidem formae, qua usus est *Annius Ser(apiodorus)*, sed officinae nota carentibus et tam neglegenter factis ut eas posteriore aetate a figulis Christianis fictas esse putaverim.

6297 [repos. urb. (formae 2, rep. in Esquiliis)].

AT litteris cas. punctim scriptis

Descripsi edidique in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 321 adn. 1.

Ant( ) potius quam *Ant*( ). Cf. infra n. 6331 et lucernas aetatis recentioris notatas AT (n. 6313).

6298 1 corona hederacea [Kopenhagae in mus. Thorvaldsen].
[2 Romae in bibl. Barberinis].

ANT

1 L. Mueller *mus. Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 127 n. 225. — 2 Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 16 qui vidit.

Eadem nota est in lucerna falsa apud Passerium vol. I tab. 98.

6299 *a* lucerna ad suspendendum formata in cuius media parte est manubrium [Romae apud Costam].
b [repos. therm. Dioclet. (formae 4 similis, ad ripas aut in alveo Tiberis rep.)].
c concha (formae 3 sine ansulis, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis) [repos. therm. Dioclet.].

a ANTEROS (aut ANTIIROS?)

b ANTER *c* ANTER omnes stilo scr.

a Descripsi. Costa ms. I f. 37 n. 428 imaginem (ANTIROC). — *b. c* Descripsi.

6300 luna crescens parva (formae 8 similis, Romae rep.) [apud me].

in latere lucernae stilo scriptum

ANTHVS

Descripsi. Edidi in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 322 in adn.

6301 *a* [repos. urb. (formae 2, rep. in Esquiliis)].
b [repos. therm. Dioclet. (formae 2 similis, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis)].

a IϽOITИA litt. cas. *b* ϽOITИA litt. cas.

a Descripsi edidique in *Ann. d. Inst.* 1880 p. 321 adn. 1. — *b* Descripsi.

6302 [1 repos. therm. Dioclet. (formae 28). — 2 repos. urb. (formae 27)].

M ANTONI

Descripsi.

6303 Cybele turrita s. sceptrum tenens in leone sin. gradiente sedet (lucerna longiuscula rudioris operis formae 28 similis) [mus. Kircher. vet.].

in margine superiore lucernae litteris prominentibus

S N
A Q
N ⅄

Descripsi. — *S. Anton(i)?*

6304 luna corniculata (formae 20, una e sepulcris ad portam Praenestinam effossis) [repos. therm. Dioclet., 2 ex. (unum ex dono Angeli Pellegrini)].

M ANTON DIONV

Descripsi. — *M. Anton(i) Dionu(si).*

6305 1 adulescens et mulier (extra portam Piam rep.) [Bruxellis in mus. Ravestein].
2 racemi in margine, infra cantharus (formae 20) [Pisauri in Oliveriana]. — 3 lunula (formae 20) [mus. Lateran. inter Ostiensia].
[4 repos. urb. (formae 20). — 5 Pisauri in Oliveriana (formae 28). — 6 Monachi in antiquario n. 138 (ex coll. Fogelberg), formae 20].

M ANTONI DO

1 Descripsit Zangemeister. — 2. 3 Descripsi. — 4 Descripsi (in fine evanida). — 5. 6 Descripsi.

M. Antoni Do( ), nisi intellegendum est *D(i)o(nysi)*. Cf. praecedentem.

6306 1 stella quattuor foliorum (formae 20, e sepulcris ad portam Praenestinam effossis) [repos. therm. Dioclet.].
[2 repos. therm. Dioclet. (formae 20, e sepulcris ad portam Praenestinam effossis)].

M ANT ROMANI

Descripsi.

6307 *a* [mus. Kircher. vet. DETL., iam desideratur].
b [repos. therm. Dioclet. (lucerna fracta, e sepulcris ad portam Praenestinam repertis)].

a APOLAVSTI litt. ext. *b* APOLAVST litt. ext.

a Detlefsen in schedis apud Institutum. — *b* Descripsi.

6308 [Romae apud antiquarium quendam (formae 5, in Esquiliis rep.)].

APRILIS litt. ext.

Descripsi.

6309 1 lucerna ad suspendendum facta formae 5 similis, duobus cygnis exornata [Romae apud Costam].
2 in Emporio rep.
[3 mus. Kircher. vet. (formae 5). — 4 Romae].

APRIO
F litt. ext.

1 Descripsi. Costa ms. I f. 63 n. 752 imag. — 2 Bruzza in schedis. — 3 Descripsimus. Eandem fortasse Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 29 qui vidit, omissa F littera. Bruzza mus. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 4 (APRIOF). — 4 Gudius ms. 1019, 5 (manu aliena in scheda agglutinata).

6310 [repos. arb. (lucerna fracta)].

ARABI stilo scr.

Descripsi. — Incertum utrum *Arabi(ani)* intellegendum sit an *Arabi(e)*.

6311 prope thermas Diocletiani rep. cum fundamenta fiebant aerario publico.

ARRI SATVR

Pellegrini in actis ms. curatoris monum. antiquor. m. Iuni a. 1873. Cf. C. I. L. X 8053, 24.

6312 *a* [Romae apud Io. Steinbaeuser].
b [Pisauri in Oliveriana (formae 5)].

a ASPRENAS *b* ASPREN litt. ext.

a Descripsit Henzen. — *b* Descripsi.

6313 *a* persona adversa cum corona hederacea (formae 13 similis, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis) [repos. therm. Dioclet.].
b [repos. urb. (formae 20, in Esquiliis rep.)].
c Bacchus adulescens cum thyrso (lucerna scaphae formam habens) [Parisiis in mus. (ex coll. Campana) DETL., ego Parisiis non vidi].

a ·AT stilo scr. *b* AT litt. ext. *c* AT (ramus) stilo scr.

a Descripsi. — *b* Descripsit Arndt, ego contuli. Acta ms. collegii arch. urbani 14 Dec. a. 1872. *Bull. arch. municipale* 1872—73 p. 81 (AT). — *c* Detlefsen in schedis apud Institutum. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 33 n. 28.

At( ), nisi est *Ta( )*. Cf. supra n. 6297 aetatis antiquioris.

6314 lucerna racemis exornata formae 2 [repos. therm. Dioclet.].

ATALVS litt. ext. antiquioribus

Descripsi. — *Atalus* (= *Attalus*), infra littera incerta vel potius signum.

6315 rep. in vinea Maccarani ad moenia Serviana

in parte superiore lucernae
ATA · SVRVS

Descripsit Detlefsen. — *Ata(vus?) Surus*; nomen gentile Atavus occurrit in titulo C. I. L. IX 5022.

6316 1 gladiatores duo, quorum alter retiarius, decertantes (formae 11) [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].
2 mulier capras pascens [fuit Romae in mus. Campana].
[3 Parisiis in mus. (ex coll. Campana), formae 9 similis].

ATEI litt. ext.

1 Descripsimus Detlefsen et ego. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 34 n. 77. — 2 *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 35 n. 151 (ATEI). — 3 Descripsimus Detlefsen et ego. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 38 n. 292.

Atei. Vix urbanae originis.

6317 [Romae apud Codinium (lucerna fracta)].

ATIANI stilo scr.

Ex schedis apud Institutum. — Videtur legendum esse *Atiani*.

6318 1 Diana venatrix dextr., s. sagittam e pharetra depromens, d. arcum tenens (cf. n. 6268) (formae 20) [repos. therm. Dioclet. ex dono A. Pellegrini].
2 Leda cum cycno sin. (formae 20) [Pisauri in Oliveriana].
3 protome adversa Mercurii inter caduceum et crumenam (bilychnis formae 12, e sepulcris repertis *lungo la nuova via di porta Maggiore presso l' antica vigna Belardi*) [repos. arb., 6 ex.].
4 vir nudus (scurra?) phallum praegrandem habens dextr. saltat utraque manu crotala tenens (formae 20) [mus. Kircher. vet.].
5 aries, capra, agnus dextr. stantes (formae 20) [Romae apud Costam]. — 6 mulus sin. currens (formae 20) [mus. Kircher. vet.]. — 7 lucerna trilychnis manubrium habens in media parte, exornata tribus capitibus leoninis adversis totidemque capitibus equinis (e sepulcris rep. *lungo la nuova via di porta Maggiore presso l'antica vigna Belardi*) [repos. urb.]. — 8 duo rami palmae [Vindobonae in mus. *für Kunst u. Industrie* (ex coll. Aug. Castellani)]. — 9 ara rotunda (cista CAT.) inter duas arbores [fuit Romae apud Alexandrum Castellani].
10 Praeneste rep. sub vinea Iacobelli in loco q. d. *s. Rocco*.
[11 repos. arb. (lucernae trilychnes, 5 ex.; tetralychnes, 2 ex.; pentalychnes, 4 ex.; hexalychnis, 1 ex.; heptalychnes, 2 ex.; decalychnes, 7 ex., omnes ex sepulcris rep. *lungo la nuova via di porta Maggiore presso l' antica vigna Belardi*; una praeterea formae 20)].

C ATIL TRo vel C ATIL TRO

1. 2 Descripsi. — 3 Descripsi. Unam *Bull. arch. comunale* 1880 p. 302 n. 46. — 4 Descripsimus. Eandem fortasse Bruzza mus. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 11. — 5 Descripsi. Costa ms. I f. 25 n. 287 imaginem (SATILTRO, sed duae priores litterae in lucerna a manu recenti refectae sunt). — 6 Descripsimus. — 7 *Bull. arch. comunale* 1880 p. 302 n. 47. — 8 Descripsit Bormann. Ed. Masner *ant. Vasen u. Terracotten* p. 83 n. 738 (CATILTPS). — 9 *Catal. de la coll. Alessandro Castellani* (pars Romae hastae subiecta) n. 702 (CATILTRO). — 10 Henzen in *Bull. d. Inst.* 1867 p. 184 cui dedit Bonanni (inter vasa Arretina), ita: C·ATIL·TRO. — 11 Descripsi. Nonnulla exempla memorantur *Bull. arch. comunale* 1880 p. 302. 303 n. 48—50. 53.

6319 1 (*a*) Amor dextr. currens humero s. hastam gerens e qua pendet quadrupes pedibus colligatum, d. incertum quid tenens [Hannoverae in mus. Kestner].
2 (*c*) Amor sin. anserem ut videtur tenens [Pisauri in Oliveriana].
3 (*a*) Cybele, ut videtur, leone dextr. currente vecta [Pisauri in Oliveriana].
4 (*e*) Fortuna alata s. cornu copiae, d. gubernaculum tenens [Pisauri in Oliveriana].
5 (*f*) Minerva galeata sin. in urnam ansatam mensae impositam suffragium deponens [Romae apud Bellorium antea, iam Berolini in mus., sign. n. 886].
6 (*d*) protome adversa Solis radiati [Hannoverae in mus. Kestner].
7 (*a*) vir togatus adversus stans, d. capulas duas manubrio (*Bügel*) coniunctas portans [Monachi in antiquario, n. 210 (ex coll. Fogelberg)].
8 (*e*) mulier s. sublata lancem fructibus onustam, d. demissa incertum quid (spicas?) tenens (sic in nummis Domitiani et Hadriani repraesentatur Fides publica) [Pisauri in Oliveriana].
9 (*e*) protome viri diademati dextr. barbam habentis in acutum desinentem (Aesopo similis est, vix Bacchus) [mus. Kircher. vet.].
10 (*a*) '*testa e corpo di uomo barbato con naso simo e gobba sul dinanzi, forse Esopo* (*cfr. Passeri III tav. LVIII*)' (rep. in sepulcris ad portam Praenestinam a. 1871 effossis).
11 (*e*) manus iunctae cum caduceo [Hannoverae in mus. Kestner].
12 (*f*) canis leporem persequens, canis leporem persequens [repos. urb.]. — 13 (*a*) cervus (*daino*) [Romae in mus. Rusconi]. — 14 (*b*) lucerna trilychnis ad suspendendum facta tribus capitibus leoninis totidemque capitibus equinis exornata (rep. in sepulcris ad portam Praenestinam a. 1871 effossis) [repos. therm. Dioclet.] — 15 (*b*) aquila adversa stans [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)]. — 16 (*f*) persona comica [Vindobonae in mus. *für Kunst u. Industrie* (ex coll. Aug. Castellani)]. — 17 (*d*) persona iuvenilis adversa [Pisauri in Oliveriana]. — 18 (*b*) tensa in quadrigis posita ('tensa superimposita quadrigis' RAP.) [Velitris in mus. Borgia].
19 (*e*) rep. in vinea Bombrini. — 20 (*e*) rep. in villa Wolkonsky. — 21 (*e*) in agro Praenestino.
[22 (*f*) repos. therm. Dioclet. (e sepulcris ad portam Praenestinam effossis). — 23 (*b*) repos. urb., 4 ex. (lucernae heptalychnes, e sepulcris repertis *lungo la nuova via di porta Maggiore presso l'antica vigna Belardi*). — 24 (*c*) repos. urb., 2 ex. (rep. in Esquiliis et prope viam *Nazionale*). — 25 (*f*) repos. urb., 2 ex. (unum in Esquiliis rep.). — 26 (*c*) Romae in aedibus Aquari (rep. in vinea Aquari ad viam Latinam). — 27 (*e*) Romae apud Costam. — 28 (*f*) Romae apud Fredianium (rep. *alle tre Madonne*). — 29 (*e*) Romae apud antiquarium quendam (bilychnis). — 30 (*g*) Romae apud antiquarium quendam. — 31 (*a*) Pisauri in Oliveriana. — 32 (c. e) Pisauri in Oliveriana. — 33 (*e*) locus non indicatur].

a C ATILI VESTI *b* C ATILI VEST

c C ATILI VES *d* C ATILI VES planta pedis

e C·ATIL·VEST *f* C ATIL VEST *g* C·ATIL·VEST planta pedis

1 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 51 (titulum adumbravit tantum). — 2 Descripsi. Passeri III tab. 21 (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 35). — 3 Descripsi. — 4 Descripsi (sine puncto post ATIL). — 5 Descripsi. P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne*, parte II, tab. 40 omissa officinae nota. Beger thes. Brand. III p. 446 X imaginem (puncto ubique). — 6 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 75 (CATICIVES); inde Wieseler in *Nachrichten d. k. Gesellschaft d. Wissensch.* (Gottingae) 1870 p. 193, 3*a*. — 7. 8 Descripsi. — 9 Descripsi (in fine incertum utrum VESTI an VESTA sit). — 10 Brizio *pitture e sepolcri* p. 136 (COTILIVESTI...). — 11 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 261 (in fine VESS); inde Wieseler l. c. p. 193, 3*b*. — 12 Descripsi. — 13 Marini l. c. n. 32a qui vidit (in fine FESTI). — 14 Descripsi. Brizio l. c. p. 137 (punctum post C, omisso anaglypho). — 15 Descripsimus Detlefsen et ego (ita C ATILI VEST). *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 36 n. 214 (in fine VES). — 16 Masner *ant. Vasen u. Terracotten* p. 84 n. 759. — 17 Descripsi. — 18 Raponi cod. Propagandae f. 208, 31. Marini l. c. n. 36 q. v. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d' Italia* I p. 311 n. 70. — 19 Henzen in schedis — 20 *Bull. arch. comunale* 1881 p. 202. — 21 Petrini *memorie Prenest.* p. 340, 67 (BEST pro VESV), inde Marini l. c. n. 33. — 22. 23 Descripsi. — 24 Descripsi (in una praenomen videtur esse G). *Bull. arch. municipale* 1872—73 p. 72 ita: AELI VES; 1874 p. 209. — 25. 26 Descripsi. — 27 Descripsi. Costa ms. I f. 65 n. 773 imaginem. — 28 Amati cod. Vat. 9754 f. 32. — 29. 30 Descripsi. — 31 Descripsi (in fine VESTI). — 32 Descripsi. — 33 Fabretti p. 501, 53, inde Marini l. c. n. 34.

Formae occurrunt (praeter supra indicatas): 15 similis (1 ex.). 20 (14 ex.). 20 similis (2 ex.). 21 similis (1 ex.). 22 (2 ex.).

In omnibus exemplis lucernae *a* a me visis ultima littera male expressa aut I videtur esse aut A; cognomen tamen *C. Atili* fere certum est fuisse *Vesta(lis)*, cum in aliis sit C ATIL VESTA (in lucerna musei Ravestein prope Arretium reperta quam descripsit Zangemeister) vel C ATILI VESTA (*Not. d. scavi* 1885 p. 299) aut VESTA tantum (*Not.* l. c.) vel BESTALIS (in lucerna musei Britannici a me visa ex coll. Sloane).

6320 1 duae personae comicae (formae 5 cum manubrio) [mus. Kircher. vet.]. — 2 persona tragica; in margine duo angues quorum caudae manubrium efficiunt [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].
[3 mus. Kircher. vet. (formae 5). — 4 repos. urb. (formae 5)].

ATIMETI vel ATIMETI litt. ext.

1 Descripsimus. — 2 *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 32 n. 21. — 3 Descripsimus. — 4 Descripsi.

6321 [repos. therm. Dioclet. (formae 2)].

AR litt. magnis stilo scr. et circulis parvis exornatis

Descripsi. — *Atr*( ) vel *Art*( ).

6322 [Romae apud Augustum Castellani (formae 8)].

In parte superna (a parte dextra) stilo scriptum

• AVCTVS •

Descripsi.

6323 a [Romae apud Costam (formae 4 similis sine manubrio)].
b [Romae apud Augustum Castellani (formae 4 sim. sine manubrio)].

a AVFIDIVS stilo scr. *b* AVFIDIV S stilo scr.

a Descripsi. Costa ms. I f. 42 n. 525 imaginem. — *b* Descripsi.

6324 'caput cornutum(?)' [Romae apud Martinettium].

AVFI FRON

Detlefsen in schedis apud Institutum.

Aufi(di?) Fron(tonis) vel *Fron(tini)*; certe diversus a M. Aufidio Frontone consule a. 199.

6325 Ostiae rep.

AVFILI

Descripsit C. L. Visconti. — *Aufi(di?) Li(beralis?)* (ita proposuit Buecheler) aut *Aufili* pro *Aufilli*, nisi corrigendum est AVFIDI.

6326 a aedificia varia (domus, porticus cet.) in litore sita; infra duo piscatores quorum alter rete iacit, alter in cymba sedens arundine pisces captat [Londinii *British mus.* (ex coll. Towneley)].
b corona laurea [fuit in mus. Vatic.].
c [in bibl. Vatic. (*museo sacro*), formae 27, Ostiae rep.].
d [repos. therm. Dioclet. (formae 20)].

a AVGENDI (stilo scr.) — *b* AVGENDI

c AVGENDI (stilo scr.; in latere lucernae signum parvum cuneo cruris formam habens) — *d* AVGENDI (stilo scr.; in latere lucernae H est)

a Descripsi. — *b* Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 87*a* qui vidit (AVGENPI), errore hanc lucernam delineatam esse dicens in libro inscripto *explication de plusieurs antiquités recueillies par Paul Petau.* — *c* Descripsit Stevenson. De Rossi *bull. arch. crist.* 1870 p. 79 et tab. VI, 3 (hic AVCENDI). — *d* Descripsi.

6327 ornamentum rosae simile (formae 27 similis) [apud me antea, iam Berolini in mus., sign. n. 8217, 133].

AVGVSTIA
NI (litt. gracilibus altidis stilo scr.)

Descripsi. — *Augustiani.*

6328 a. *b* [repos. therm. Dioclet. (formae 3, rep. ad ripas aut in alveo Tiberis), a 2 ex.].

a AR (litt. solito maioribus stilo scr. et parvulis circulis exornatis) — *b* AR (litt. solito maioribus stilo scr. et parvis circulis exornatis)

Descripsi.

6329 1 (a) Fortuna adversa stans s. cornu copiae, d. gubernaculum tenens (cf. n. 6319, 4) [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].
2 (a) protome Minervae galeatae [Romae apud Saulinium].
3 (a) racemi in margine, infra cantharus inter duas pantheras (rep. ad viam Latinam in vinea Aqueri) [Romae apud Aquerios]. — 4 (*b*) eodem modo exornata (formae 27 vel 28) [Pisauri in Oliveriana]. — 5 (a) duae uvae, in margine racemi (formae 28) [mus. Kircher. vet.].
6 (a) lucerna cuius manubrium exornatum est capite mulieris oculos habentis ex vitro (formae 29) [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].
7 (a) ad viam Appiam rep.
[8 (a) in repos. Palatinis (formae 28, ad ripas aut in alveo Tiberis rep.)].

a AVR XAN — *b* AVR XAN (planta pedis)

1 Descripsimus Detlefsen et ego. *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 37 n. 243. — 2 Detlefsen in schedis apud Institutum. — 3 Descripsi. — 4 Descripsi. Passeri III tab. 103 n. 23 (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 38). — 5 Descripsimus. Brunati mus. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 10. — 6 Descripsi (in fine XANI). *Catal. d. mus. Campana, classe IV* p. 38 n. 197. — 7 Descripsit Hirschfeld. — 8 Descripsi a. 1895.
Cf. n. 6268.

6330 [fuit Romae apud Costam (formae 11)]

(protome Dianae dextr. cum luna crescente in capite, pone eam stilo scriptum est)
AVRELIA

Costa ms. 1 f. 69 n. 842 imaginem. — Incertum utrum *Aurelia* (mulieris nomen) an *Aurelia(ni)*.

6331 elephas dextr. hominem proboscide arripiens (formae 3) [Romae apud Costam].

ANT (litt. ext.)

Descripsi (videtur esse AVT potius quam ANT). Costa ms. 1 f. 29 n. 338 imaginem (INI).
Aut(roni)? Cf. supra n. 6297.

6332 1 (*d*) Amor citharoedus nescio cui rei inequitans dextr. [Romae apud Costam].
2 (a) Hercules sin. leonem opprimens [Romae apud Augustum Castellani].
3 (*e*) os adversum pueri vel puellae [repos. urb., 2 ex. (unum rep. in Quirinali)].
4 (a) aper dextr. currens [Romae apud Sartium]. — 5 (a) elephas adulescens funambulus dextr. hominem vel potius puerum hasta hamata armatum portans (cf. Suet. Nero 11) [Romae apud Sartium antea, iam Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 129]. — 6 (*e*) delphinus dextr. [repos. urb.]. — 7 (*f*) racemi hederae [repos. urb.]. — 8 (*b*) racemi in margine, infra cantharus [Pisauri in Oliveriana]. — 9 (a) duae uvae [repos. urb.].
10 (*e*) in columbario vineae Codinianae. — 11 (*e*) rep. in vinea Randanini ad Appiam ibidemque adservata.
[12 (*e*) mus. Kircher. vet. — 13 (*c. e*) repos. therm. Dioclet. (utraque e sepulcris ad portam Praenestinam effossis). — 14 (a) repos. urb., 2 ex. — 15 (*e*) Romae apud Costam. — 16 (*e*) apud me antea, iam Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 155. — 17 (*e*) Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].

a T AXI APOL — *b* T AXI APOL (s)

c T AXI APONI (ae)

d T AXI APO — *e* T AX APO — *f* T AX APO

1 Descripsit Arndt, ego contuli. Costa ms. I f. 15 n. 161 imag. — 2 Descripsi. — 3 Descripsi. Unum *Bull. arch. comunale* 1878 p. 297 (ita: TARACO). — 4. 5 Descripsi. — 6 Descripsit Arndt, ego contuli. — 7 Descripsi. — 8 Descripsi. Passeri III tab. 103 n. 7 (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 206). — 9 Descripsi. — 10 Descripsit Henzen. — 11. 12 Descripsimus. — 13—17 Descripsi.

Formae occurrunt: 15 similis (1 ex.). 16 rotunda (1 ex.). 20 (6 ex.). 22 (5 ex.). 27 (2 ex.). 28 (1 ex.). 28 similis (1 ex.).

Cognomen *T. Axi* videtur fuisse *Apol(loni)*, quod in lucerna c, errore ut videtur, scribitur *Aponi* (nisi in ea *T. Axius Aponus* vel *Aponianus* nominatur diversus a *T. Axio Apollonio*). Cf. sequentes.

6333 1 (a) delphinus (in Esquiliis rep.) [repos. urb.]. — 2 (a) luna crescens [repos. urb.]. — 3 (a) corona laurea (α e sepulcris ad portam Praenestinam effossis; β rep. in *monte della Giustizia*) [α repos. therm. Dioclet.]. — 4 (a) duae faces [repos. urb.]. — 5 (*b*) ornamentum rosae simile [repos. urb.].
6 (a) rep. in vinea Bombrini, olim Mercurelli.
[7 (*c*) repos. urb.].

a T AXI POL — *b* T AXI POL (folium hederae) — *c* T AXI POL

1 *Bull. arch. municipale* 1874 p. 212. — 2 Descripsi. — 3 α descripsi. β *Not. d. scavi* 1878 p. 65. — 4—7 Descripsi.

Formae occurrunt: 16 rotunda (1 ex.). 16 similis (1 ex.). 20 similis (2 ex.). 26 (1 ex.).

Figuli nomen potest fuisse *T. Axi Pol(lucis?)*. Cf. praecedentes.

6334 1 (a) Neptunus s. delphinum, d. tridentem tenens [Romae apud Depolettium].
2 (a) lucerna ranae formam exhibens [Romae in mus. Campana].
[3 (a) repos. therm. Dioclet. (formae 30, rep. in Palatio aut in foro). — 4 (a. b) repos. urb. (formae 2 similis et 3)].

a B stilo scr. b ⁝B⁝ stilo scr.

1 Detlefsen in schedis apud Institutum. — 2 *Catal. del mus. Campana, classe IV* p. 35 n. 166 (a utrum cava sit an prominens non traditur). — 3. 4 Descripsi.

6335 agitator ut videtur sin. equum salientem ducens (formae 14 similis) [Pisauri in Oliveriana].

in latere lucernae, stilo scriptum

BAGRADI

Descripsi. Passeri III tab. 18 et p. 23 ('extantibus literis', errore), ex eo Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 40.

Bagradam Augusti servum memorari a Suetonio dicit Passerius p. 23, errore. — *Bagradus* cognomen videtur esse Punicae originis a Bagrada flumine derivatum.

6336 sub fundo lucernae rudis rep. *al monte della Giustizia* ARM.; 'Romae, nunc Florentiae ap. march. Strozzi in lucerna litteris exstantibus' GARR. (syll.).

BARNAEVS
OCTAVI
CN·S

Armellini *cronichetta* 1876 p. 142, male. Garrucci in *Civiltà cattolica, serie XI vol. II* p. 714 et addenda in syll. n. 2393 qui descripsit, ita ut dedi.

Titulum signaculo impressum fuisse tradidit Garrucci in *Civ. catt.*; stilo scriptum esse videtur significare Armellini adnotans *le lettere sono scritte a rovescio e si leggono da dritta a sinistra* SVƎANЯAƆ ‖ IVATƆO ‖ ƧNƆ

Barnaeus Octavi Gn(aei) s(ervus).

6337 1 (a) Cybele turrita adversa in throno sedens, s. tympanum, d. pateram tenens; hinc et inde leo (rep. in Esquiliis) [mus. Capitol. (*sala delle terrecotte*)].
2 (a) Hercules fere adversus stans s. collum draconis arripuit, d. clavam vibrat; a parte d. arbor (Hesperidum?) [Hannoverae in mus. Kestner].
3 (a) Leda sin. stans cum cycno [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].
4 (a) Minerva stans suffragium urnae immittens (cf. n. 6319, 5) (rep. in vinea Aragni ad viam Labicanam).
5 (a) Victoria adversa globo insistens s. ramum palmae, d. coronam tenens [Romae apud Costam].
6 (a) pueri vel potius pygmaei duo dextr. in pugillatu certantes, quorum alter (a parte dextra) in genu procubuit (rep. in *via Nazionale*) [repos. urb.].
7 (c) bigae sin. currentes in quibus sunt duae figurae non bene expressae (cf. n. 6285, 1) [α Romae in collegio Romano; β Pisauri in Oliveriana].
8 (a) bigae sin. currentes in quibus est figura incerta [Hannoverae in mus. Kestner].
9 (a) lepus sin. currens [mus. Kircher. vet.]. — 10 (a) quadrupes sin. (*cavallo in corsa* BVLL.) (e sepulcris repertis *lungo la nuova via di porta Maggiore presso l' antica vigna Belardi*) [repos. urb.]. — 11 (a) concha [mus. Lateran. inter Ostiensia]. — 12 (c) duo rami palmae (prope rostrum) [repos. urb.]. — 13 (a) sex rami palmae in modum stellae dispositi [Pisauri in Oliveriana]. — 14 (a) corona quernea [α mus. Kircher. vet.; β Hannoverae in mus. Kestner (lucerna viridis, vitreo scilicet colore obducta)]. — 15 (e) tres personae comicae adversae [mus. Kirch. vet.]. — 16 (c) persona adversa barbam habens promissam [repos. urb.]. — 17 (a) ornamentum rosae simile [Pisauri in Oliveriana].
18 (a) lucerna formam referens capitis muliebris ut videtur [Londinii *British mus.* (ex coll. Towneley)].
19 (a) rep. in villa Wolkonsky. — 20 (a) in vinea Randanini ad Appiam rep. ibidemque adservata. — 21 (a) rep. inter vias Salariam et Pincianam.
[22 (a) mus. Kircher. vet. — 23 (a) repos. therm. Dioclet., 4 ex. (ex his unum rep. in sepulcro Statiliorum, unum ad ripas aut in alveo Tiberis). — 24 (a) repos. urb., 3 ex. (quorum duo in Esquiliis rep.; permulta exempla in Esquiliis rep. esse tradit BVLL., errore opinor). — 25 (b. c) repos. urb. — 26 (a) Romae apud Costam, 2 ex. — 27 (a) Ostiae in mus. (Ostiae rep.). — 28 (a. d) Pisauri in Oliveriana].

a BASSA b BASSA tridens inverso casu c BASSA

d BASSA litt. extantibus (signaculo impressum) e BASSA stilo scr.

1 Descripsi. *Bull. arch. municipale* 1873 p. 84 et 1874 p. 260. — 2 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 229; inde Wieseler in *Nachrichten d. k. Gesellschaft d. Wissensch.* (Gottingae) 1870 p. 193, 2. — 3 Descripsi. — 4 *Not. d. scavi* 1876 p. 90. — 5 Descripsi. Costa ms. I f. 41 n. 510 imag. — 6 Descripsi. — 7 α Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 43 (BASSA). β descripsi. Passeri III tab. 32 (inde Marini l. c. n. 43). — 8 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 133. — 9 Descripsimus. — 10 Descripsi. *Bull. arch. comunale* 1880 p. 303 n. 63. — 11—13 Descripsi. — 14 Descripsi. β delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 23 (officinae notam adumbravit tantum). — 15 Descripsimus. — 16—18 Descripsi. — 19 Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1881 p. 202. — 20 Descripsi. — 21 *Not. d. scavi* 1887 p. 147. — 22 Brunati mus. Kirch. p. 41 n. LXXXVI, 12. Est etiam in schedis apud Institutum. — 23 Descripsi. Unum Brizio *pitture e sepolcri* p. 112. — 24 Descripsi. Cf. *Bull arch. municipale* 1873 p. 84 et 1874 p. 209. — 25 Descripsi. — 26 Descripsit Arndt. Unum Costa ms. I f. 47 n. 592. — 27. 28 Descripsi.

Formae occurrunt (praeter supra indicatam): 5 cum manubrio (1 ex.). 7 sine manubrio (1 ex.). 14 similis cum ansula ab utraque parte (1 ex.). 15 (1 ex.). 20 (13 ex.). 20 similis (1 ex.). 21 (2 ex.). 22 (6 ex.). 28 (1 ex.).

6338 Silvanus, ut videtur (Ceres D'AGINC.), adversus stans s. ramum, d. falcem tenens; in margine uvae (formae 16 similis) [fuit apud d'Agincourt].

BASSIDI

D'Agincourt *recueil de fragm.* p. 67 et tab. XXV n. 6.

6339 [repos. urb. (formae 2)].

BASSI stilo scr.

Descripsi.

6340 Cybele turrita sin. sedens, s. innititur tympano, d. ramum ut videtur tenet; ante eam Atys s. pedum, d. incertum quid (cornu?) tenens (formae inter 20 et 28 mediae) [mus. Kirch. vet.].

AIЯƎVIƎB

Descripsimus Detlefsen (BEIAENTO) et ego. Videtur esse legendum *Beneria*.

Lucernas inscriptas BICIRI, BIC AGAT, Q BOL ERM vide infra inter VICIRI, C VICIRI AGA, Q VOL HERM.

6341 [Romae apud Costam (formae 9 similis cum manubrio)].

BITI stilo scr.

Descripsi. Costa ms. I f. 52 n. 552 imaginem.
Lucernae infra edendae *P. Popilli Biti* fortasse non eiusdem figuli sunt, cum antiquiores videantur.

6342 1 (a) femina cum lyra (Musa?) [Romae apud Campanam antea, iam Parisiis in mus. DETL.].
2 (a) aquila adversa alis expansis (formae 15 similis) [Pisauri in Oliveriana]. — 3 (a) locusta dextr. folia arrodens (formae 9) [Pisauri in Oliveriana].
[4 (a) Romae apud Costam (formae 11). — 5 (b) Pisauri in Oliveriana (formae 20). — 6 (c) Bruxellis in mus. Ravestein (Ostiae rep.). — 7 (a) Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].

a C litteris extantibus *b* C stilo scr.

1 Detlefsen in schedis apud Institutum. — 2 Descripsi. Passeri III tab. 58, 2. — 3—5 Descripsi. — 3 Descripsit Zangemeister. — 7 Detlefsen l. c.

6343 [mus. Vatic.].

CC

Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 45a qui vidit.

6344 1 (c) protome Solis radiati (cf. n. 6319, 6) [Kopenhagae in mus. Thorvaldseno].
2 (c) carrus duobus equis sin. vectus; pone aurigam vir hastam tenens [Hannoverae in mus. Kestner].
3 (a) ornamentum rosae simile (in vinea Randanini ad Appiam rep. ibidemque adservata).
[4 (b) repos. urb. (formae 11, in Esquiliis rep.). — 5 (d) Romae apud Fredianium (rep. *alle tre Madonne*)].

a C·L· *b* C⊛L *c* C·L omnes stilo scr.
d CL

1 L. Mueller *musée Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 122 n. 149. — 2 Descripsi. Delineavit Herm. Kestner in schedis musei Kestneriani n. 138. — 3. 4 Descripsi. — 5 Amati cod. Vat. 9754 f. 32.

6345 racemi hederae in margine; infra cantharus inter duas pantheras (formae 28 similis, rep. in agro Verano) [ibi in repos.].

L C P stilo ut videtur scr.

Descripsi.

6346 [repos. urb. (lucerna rudis formae 5 sed longiuscula cum manubrio, rep. in via *porta Salaria*)].

QC P litt. ext.

Descripsi. Ultima littera P potius quam D.

6347 mulier nuda adversa duabus sellis insistens; inter sellas phallus praegrandis erectus, quo mulier utitur (formae 20 similis) [Romae apud Costam].

C ⁰⁄₀ R stilo scr.

Descripsit Arndt, ego contuli.

6348 [fuit Romae apud Bartolium (formae 27 similis, rep. *nel cavarsi la villa de' signori Corsini nella via Aurelia fuori la porta di san Pancratio*)].

agitator in quadrigis dextr. currentibus in circo (videtur meta, columnis cet.); infra in tabella ansata

T·C·T

P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne* parte I tab. 27 sine punctis; puncta adsunt in delineatione Bartoliana cod. Ottob. 3105 f. 117 (inde Marini *iscr. dol.*, lucernae n. 45*b*).
Eadem lucerna C. I. L. X 8053, 36.

6349 protome adversa Iovis cum sceptro inter alas expansas aquilae fulmini insistentis (cf. n. 6287, 1) [Kopenhagae in mus. Thorvaldsen (lucerna bilychnis)].

CAE·PRI stilo scr.

Contulit Iul. Lange. L. Mueller *musée Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 121 n. 144.

6350 1 (c) Aeneas Anchisen in humero s. portans, d. mano Ascanium ducit (cf. n. 6236. 6294) [α mus. Kircher. vet.; β Romae apud Costam].
2 (c) Amores duo certamen duorum gallorum spectantes [Romae apud Costam].
3 (c) Amores duo, alter arcam tenens, alter uvam; in margine corona [Romae apud Campanam antea, iam Parisiis in mus. DETL. (ego Parisiis non vidi)].
4 (*f*) inter duos Amores canistrum ut videtur fructibus repletum (anaglyphum male expressum est) (a sepulcris ad portam Praenestinam effossis) [repos. therm. Dioclet.].
5 (c) Amores duo [Velitris in mus. Borgia].
6 (*f*) *due putti* [Velitris in mus. Borgia].
7 (c) Amor cum delphino ludens; in margine corona [Monachi in antiquario, n. 180 (ex coll. Fogelberg)].
8 (c) Amor delphino dextr. vectus [α mus Kircher. vet.; β fuit Romae apud cardinalem Vittori].
9 (a) Amor cum arca [in bibliothecis Barberinis et Vaticana].
10 (c) Amor gradiens cum face; in margine corona [Romae apud Saalianum].
11 (*f*) Amor dextr. a tergo fere repraesentatus d. incertum quid tenens [mus. Lateran. inter Ostiensia].
12 (c) adulescens nudus (fortasse Amor) hasta fultus taurum sin. irruentem transilit (in β corona in margine) [α Romae apud equitem Odam; β Hannoverae in mus. Kestner].
13 (c) Bacchus fere adversus sedens, s. thyrsum tenens, d. capiti imponens, ad eius pedes panthera altera pede anteriore elevato; manubrio lucernae imposita erat protome (iam deperdita) Serapidis calathum in capite habentis (lucerna magna) [Romae apud Bellorium antea, iam Berolini in mus., sign. n. 902].
14 (c) vir nudus (Bellerophon?) Pegasum dextr. currentem ducens (cf. n. 6221, 1) [fuit apud Raphaelem Fabretti].
15 (a) Ceres utraque mano facem tenens in bigis a draconibus sin. vectis (e sepulcris ad portam Praenestinam effossis a. 1871) [repos. therm. Dioclet.].
16 (c) Ceres cum face et cornu copiae [Ostiae].
17 (c) Diana venatricis habitu dextr., s. arcum tenens, d. sagittam e pharetra depromens; ad eius pedes canis dextr. currens, pone eum cervus; in margine corona (in Esquiliis rep.) [mus. Capit. (*sala delle terrecotte*)].
18 (c) Diana venatricis habitu dextr. currens, s. arcum tenens, d. sagittam e pharetra depromens; ad eius pedes canis dextr. currens [Romae apud Augustum Castellani].
19 (c) Diana adversa stans (= n. 6296, 4) [Pisauri in Oliveriana, 3 ex.; Monachi in antiquario, n. 263 (ex coll. Fogelberg)].
20 (c) Diana?? ZANG.; puer s. arcum, d. alata avem ut videtur tenens; in margine corona RAV. (Ostiae rep.) [Bruxellis in mus. Ravestein]

21 (c) tres Gratiae; in margine corona [Virceburgi in mus. universitatis (ex coll. Wagner et Bruels)].

22 (f) protome adversa Herculis inter scyphum et clavam (lucerna praegrandis, cui pro manubrio sunt duae protomae coniunctae Isidis et Serapidis ut videtur; in Esquiliis rep.) [repos. urb., sign. n. 26].

23 (c) protome mulieris (Iunonis?) diadematae sin. [repos. therm. Dioclet. (dono dedit A. Pellegrini); Pisauri in Oliveriana].

24 (a) Leda dextr. cum cycno (γ rep. ad viam Portuensem) [α Romae apud Costam; β Romae apud d'Agincourt antea].

25 (a) caput Medusae (rep. in Esquiliis).

26 (f) protome Minotauri adversa [mus. Vatic. Gregorian.].

27 (a) Satyri tres et Maenas prope arborem hermam dei cuiusdam rustici erigentes (deus barbatus est et s. cantharum tenet); infra pedum, syrinx, binae tibiae, cymbala; in margine corona (ita in delineatione codicis Ottoboniani et in exemplo quod Parisiis vidi in *cabinet des médailles*; apud Bartoli-Bellori anaglyphum inverso ordine exhibetur) [fuit apud Bartolium].

28 (c) vir dextr. sedens tibiis canit; ante eum Satyrus ut videtur nudus saltans; in margine corona [α Romae apud Costam; β Pisauri in Oliveriana].

29 (f) protome Serapidis fere adversa [Hannoverae in mus. Kestner].

30 (e) protome Serapidis [repos. urb. BVLL.]

31 (a) protome Solis radiati fere adversa; in margine corona (anaglyphum lucernae insertum est, sed videtur ad eam pertinere) [Romae apud Costam antea, nunc Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 106].

32 (g) idem anaglyphum; in margine corona [fuit Romae apud Costam].

33 (c) protome adversa Solis radiati; in margine corona [fuit Romae apud Alexandrum Castellani].

34 (c) vir (Triptolemus) in bigis a draconibus alatis dextr. vectus [Veronae in mus. Muselli (antea apud Fr. Bianchinium ut videtur)].

35 (f) Venus stans et Cupido sub pergula RAF.; *Venus sortant du bain, debout sous la voûte d'une grotte, occupée à arranger sa chevelure mouillée; à côté d'elle l'Amour et un hermès de Priape* (?); *une couronne de roses entoure le bord* MVELL., similiter SAV. (β rep. in Esquiliis) [α Velitris in mus. Borgia; β Bruxellis in mus. Ravestein; γ Kopenhagae in mus.].

36 (c) Venus et Mars stantes inter se complexi; in margine corona [α mus. Kircher. vet.; β Romae apud Costam antea, nunc Berolini in mus., sign. T. C. 8217, 101].

37 (a) Victoria dextr. gradiens s. ramum palmae, d. coronam tenens [Hannoverae in mus. Kestner].

38 (c) tres gladiatores decertantes, quorum unus humi iacet [Romae apud Depolettium].

39 (c) gladiator dextr. irruens (Ostiae rep.) [Ostiae in mus.].

40 (c) pugillatores duo decertantes [α mus. Kirch. vet.; β Romae apud cardinalem Barberini].

41 (a) pugillatores ut videtur duo [mus. Kircher. vet.].

42 (c) athletae quinque certantes [mus. Kirch. vet.].

43 (c) agitator ut videtur adversus stans, s. ramum palmae tenens, d. coronam capiti imponens; in margine corona [Pisauri in Oliveriana].

et equorum vel equarum

NICEF AEROPE· BOTROCAL·EN ACCI
ORV TES ES· AT
S· V S

Fabretti explicatio veteris tabellae anaglyphae Homeri Iliadem continentis (de columna Traiani p. 340) imaginem quam repetiit inscr. p. 537 n. LIV (inde C. I. L. VI 10070); utroque loco interpunctionis signa omittuntur. (Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* p. 178 seqq. et ad archetypum ut videtur iterum delineatum tab. XXVII, 1 (inde Perret *catacombes* IV tab. XXIX, 74, VI p. 126, a quo male Deville p. 32; Garrucci *vetri* ed. 2 p. 181 sq. et tab. XXXIV, 4).

Leaeni nica; *Niceforus, Aëropetes, Botrocales, Enacciatus.* — Equorum nomina tertii et quarti Fabrettius et Buonarruotius legerant *Botrocalenes Acciatus*; sed ratione habita punctorum legendum est *Botrocales* (i. e. βοτρυοκάλη) et *Enacciatus*. Prius nomen etiam in nummo marginato occurrere (Sabatier *méd. contorn.* tab. IV, 13) primus vidit Garrucci, alterum corruptum ut videtur idem *Emaciatus* legendum esse dubitanter proposuit, vix recte.

7032 disculus, litteris aureis [bibl. Vatic.].

racemi cum uvis
LVCIPIEZ
SES CVM TV
racemi cum uvis

Garrucci *vetri* ed. 2 p. 216 et tab. XXXVIII, 5.

Luci pie, z[e]ses cum tu[is].

7033 in fundo vasculi rep. a. 1864 Ostiae prope Mithraeum, litteris aureis [mus. Vatic. Gregorian.].

MAXIME·
DVLCIS Z·
inscriptum coronae gilvo colore pictae

Descripsi a. 1894. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum (uno versu). De Rossi *bull. arch. crist.* 1864 p. 40, uno versu. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 219.

Maxime dulcis z(eses).

7034 paterae fundus rep. a. 1732 in vinea collegii Anglorum Romae LVPI, litteris aureis [bibl. Vatic.].

MELITI
DVLCIS
ANIMA

Lupi Severae epitaphium p. 165 adn. 3 (v. 1 MELITA), inde Galeotti Fr. Ficoronii gemmae ant. litteratae p. 22. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 115 et tab. XXXVIII, 4.

7035 in fundo vasculi vitrei, litteris aureis [Romae apud comitem Tyszkiewicz].

OMO
BONE
ornamentis coronae simili inscriptum

W. Froehner *la collection Tyszkiewicz* tab. VIII. — *Omobone* aut *Omo bone*. Cf. supra lucernam n. 6754 inscriptam *Omobone fa(c) bonum.*

7036 paterae fundus, litteris aureis [Urbaniae apud Matarozzium antea, iam Londinii *British museum*].

protomae adversae mulieris et viri; inter eas sigillum (basi impositum) Herculis pelle leonina tecti s. tria poma d. clavum tenentis

ORFITVS·ET COSTANTIA·IN NOMINE HERCVLIS··
ACER INO LIC IBAT
EN TI ES IS
T B

Passeri lucernae III p. 130 seqq. et tab. XCVI. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 186 seqq. et tab. XXXV, 1 (inde Deville p. 41 et tab. XLVIII). Cf. Musei Sanclementiani numismata selecta vol. III p. 200 seqq.

Orfitus et Costantia in nomine Herculis Acerentino (= *Acheruntini*) *felices bibatis* (= *vivatis*) intellegit Garruccius citans titulum Herculis Acheruntini C. I. L. IX 947; adiectivum *Acerentini* ab Aceruntia sive Acerentia Apuliae oppido derivatum esse censuit Cavedonius (*Bull. d. Inst.* 1859 p. 62 = *osserv. sopra alcuni framm. di vasi di vetro* p. 34) Garruccio non contradicente. Cf. infra n. 7042.

7037 in superficie orbis qui videtur esse media pars interior vasis vel paterae, litteris aureis scriptum (in coemeteriis Romanis rep. FROEH., nescio unde) [Romae apud Pennellium antiquarium a. 1882, postea Parisiis apud Hoffmannum].

PAN
CHARIO
VITA·
in corona ex globulis facta

Descripsi Romae (littera in fine v. 2 incerta). (W. Froehner) *collection H. Hoffmann* p. 60 n. 257 (PANCHARIO VITA).

Panchario vita; cf. n. 7030.

7038 paterae fundus, litteris aureis [Romae in mus. Victorio (Francisci Vettori) antea, iam in bibl. Vatic.].

inter flores et plantas mulier adversa nuda Veneris habitu inter duos Amores, quorum prior mulieri florem porrigit, alter speculum quod mulieris imaginem reddit. In patinae superiore scriptum est

PARTE NOPE
CVM FAV STINA FILIA
ZES
ES

Vettori dissertatio glyptographica p. 41. Mur. p. 1723 n. 2 tribus versibus. Venuti in *Dissertazioni accademiche di Cortona* VII (1758) p. 42, male. Perret *catacombes* IV tab. XXX, 82, VI p. 127. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 198 seqq. et tab. XXXVI, 3 (ita ut dedi).

Partenope cum Faustina filia zeses. Litteris inclinatis dedi quae iam perierunt.

7039 paterae fundus rep. in coemeterio Callisti, litteris aureis pulchris [bibl. Vatic.].

racemi
POTITA
PROPINA
racemi

De Rossi *bull. arch. crist.* 1864 p. 82 et in tabula adnexa imaginem (n. 4) litteris inversis. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 219.

Potita propina.

7040 paterae fundus rep. in coemeterio Callisti, litteris aureis.

ROBORI
ΓV V!T
/\TI

De Rossi *bull. arch. crist.* 1864 p. 82 adn. 2 et in tabula adnexa imaginem (n. 6). Garrucci *vetri* ed. 2 p. 219 ita: ROBORI I · T I AT...

Rossius legit *Robori p(erfectissime) v(ir), vita ti[bi]*; Garruccius *Roboria vita tib[i]*.

7041 paterae fundus Romae rep., litteris aureis [Romae apud Alexandrum Castellani antea, iam apud comitem Tyszkiewicz].

retiarius s. fuscinam, d. gladium tenens sinistrorsum currit; pone eum columella cui impositus est ... (galerus ...). Circa gladiatorem scriptum est

STRA TO NI CAE BEN E VIC ISTI
VADE IN AVRE LI A ·

ad pedes eius
PIE ZESE S

A Tomassettio minus accurate descriptum C. I. L. VI 10188; ed. Tomassetti in *Archivio della soc. rom. di storia patria* III, 1880, p. 148 adn. 1. *Catal. de la coll. Alessandro Castellani* (pars Romae hastae subiecta) n. 428 et imag. (inde Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 55). Froehner *la coll. Tyszkiewicz* tab. VIII. Cf. Caetani-Lovatelli in *Bull. arch. comunale* 1895 p. 266.

Stratonicae (pro *Stratonice*) *bene vicisti, vade in Aurelia(m); pie, zeses.* Aurelia aut via est aut regio a via ita appellata, de qua cf. De Vit onomasticon s. v.

7042 discus vitreus (paterae fundus), litteris aureis [Romae apud Fabrettium].

a parte s. Minerva armata dextr. stans; a parte d. Hercules (torquem circa collum habet et sertum et videtur circa renes) sinistram clava fulcit, d. Minervae manum dextram arripuit; inter eos corona; adscriptum est versu circulari

TIGIABEASHE RCVLEAT ENENTI||IOPROPI
E

Fabretti p. 537 n. LV imaginem quam repetiverunt (Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* tab. XXVII, 2 et Garrucci *vetri* ed. 2 tab. XXXV, 8. Tertia littera in imagine Fabrettiana videtur esse G potius quam C.

De tituli interpretatione nihil attulit Fabrettius; Buonarruotius (p. 184) perperam proposuit *abbia la fortuna d'Ercole propinate a Tenentino* (o *ad Enentino*); Sanclementi (numism. selecta vol. III p. 203) intellegendam censet *Tici* (vocandi casu) *habeas Herculem a Ferentino* (sc. oppido) *propit(ium)*; Raoul-Rochette (in *Mémoires de l'acad. des inscr.* XIII, 1838, p. 777 adn. 5) ita: *Tibi habeas Hercule Atenen tibi propitiam* (*o Hercule, puisses-tu avoir Minerve propice à tes voeux!*); Garruccius (p. 193) ATENENTINO errore pro ACERENTINO (cf. supra n. 7036) scriptum esse coniciens, sic: *Tici* (= *Tychi* vel *Tyche*) *(h)abeas Hercule(m) Acerentino(m) propite(um).* Cavedonius (*osserv. sopra alcuni framm. di vasi di vetro* p. 36) ATENENTINO derivatum esse putat *forse da Atina della Lucania, oggidì Atena, e Atena anche ne' codici di Plinio.* [Intellegendumne est *(h)abeas Hercule(m) At(h)enen ti[bi] propiti[os]*, ut inscriptio a spatio, quod est a sinistra Minervae, media incipiat et Fabrettius erraverit legens IIIIO pro IBI et GI pro OS? E. B.].

7043 paterae fundus rep. in coemeterio Callisti, litteris aureis [Romae in mus. cardinalis de Carpinea antea, iam in bibl. Vatic.].

CENAB
·ENANTI ET
CLAVDIANI
QVI SE CORO
NABERIN
·BIBAN
coronae inscriptum

Boldetti *cimiteri* p. 194, tab. 3 n. 1. Perret *catacombes* IV tab. XXIV, 25, VI p. 122. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 213 seqq. et tab. XXXVIII, 2.

Cena Benanti (= *Venanti*) *et Claudiani qui se coronaberin(t), biban(t).*

7044 paterae fundus solito maior in quattuor partes fractus [Romae apud Bunsenum antea, iam Londinii *British museum*].

EDONI FR
CARIS COIV
GE TVA · EZESES
OMNIBV ENET·
IS TA
racemi

Garrucci *vetri* ed. 2 p. 216 et tab. XXXVIII, 6.

Garruccius supplet intellegitque . . . *edoni fr(ater)* [*cum*] *caris (et) coiuge tua* [*p*]*ie, zeses; omnibu*[*s*] *Venet*[*ian*]*is* [*vi*]*ta.* Initio potest fuisse [*Mac*]*edoni*; v. 2 magis placet [*cum*] *Caris(ia) coiuge tua.* Venetiani sunt fautores factionis Venetae.

7045 discus vitreus (paterae fundus) solito maior rep. a. 1698 in coemeterio Agnetis; pulcherrime pictus erat auro, argento, coloribus rubro fulvo viridi nigro caeruleo; *fu bene cavarne presto il disegno, perchè andò dopo pochi giorni in pezzi e tutto si disfece* BUON.

adulescens (levi) habitu repraesentatus est, s. cornu copiae, d. harundinem tenens et brachium s. urnae imponens e qua profluit aqua; et puella coniugum more eis ... sub pedibus iacentes, iuxta harundinem adstat a parte s. puella sinu fructibus repleto; Amores tres librantur alis pendentes, quorum prior virgarum fascem (pharetram?) tenet, alter sertum, tertius coronam formae peculiaris cui litteris rubris inscriptum est

ΚΑΠΕΘ

ita continet ut immineat capiti adulescentis. Circa anaglyphum linea circulari

RIS VIVAS VALEAS VINCAS

(Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* p. 216 seqq. et tab. XXX (in delineatione ante RIS aliquid deesse non significatur); inde Garrucci *vetri* ed. 2 p. 224 seq. et tab. XL, 2 qui falsum esse iudicat.

Vocabulo ΚΑΠΕΘ(ΩΛΙΑ) (pro Καπετώλια) agona significari Capitolinam

recte monuit Buonarruotius; cf. Kaibel inscr. Graecae Siciliae et Italiae n. 746. 747. 1055*b*. 1102 cet. et Eckhel d. n. IV p. 437.

Initio [*hila*]*ris* aut [*Tig*]*ris* legendum esse censuit Buonarruotius.

Garruccius vitrum fictum esse putat ad exemplum simile quod sequitur; falsarium, si eum audimus, produot praeter fluvii figuram non barbatam cum prava scriptura vocis KAΠEO, tum prius vocabulum initio mutilum in vitro ceteroquin integro. Mihi quidem pictura a Buonarruotio auctore neque suspecto neque incurioso tradita nihil videtur continere quod suspicionem moveat; immo continet quod a falsario nunquam excogitari potuit. Nam quae in nummis Graecis aetatis imperatoriae vasa agonistica esse credunt — inscripta esse solent ludorum nominibus ΠΥΘΙΑ, KAΠΕΤΩΛΙΑ, aliis —, cum plane respondeant rei (errore KAΠEO pro KAΠET inscriptae) quam tertius Amor sustinet supra caput adulescentis quasi eum coronaturus, non vasa esse sed coronas, ex hac demum pictura intellegimus.

7046 paterae fundus solito maior, a parte sinistra et dextra fractus [Romae apud canonicum Vincentium Vittoria di Valenza].

Idem fere anaglyphum quod est in fundo qui praecedit, nisi quod hic vir fluvii habitu repraesentatus barbatus est et harundinea corona cinctus; corona, quam tertius Amor sustinet, inscriptione caret. Circa anaglyphum litterae circulari

|ALFIIVI|

(Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* p. 223 seqq. et tab. XXXI ad delineationem a domino missam. Inde Garrucci *vetri* ed. 2 p. 222 seqq. et tab. XL, 1.

Fuit opinor .... VIVAS V]ALE[AS] VIN[CAS]; Garruccius coniecit ALETI VIBas.

7047 paterae fundi fragmentum, litteris aureis [bibl. Vatic.].

pars pugilis

|E VI NC

Garrucci *vetri* ed. 2 p. 183 et tab. XXXIV, 6.

..... *e vinc*[*as*].

7048 paterae fundus solito maior (pars sinistra desideratur), litteris aureis [Romae in mus. Victorio antea, iam in bibl. Vatic.].

pars figurae incertae (viri ut videtur) etc. (a tergo fere repraesentatae), pone eam tripus cui impositus est globus caelestis zonis distinctus et stellis conspersus. Circa anaglyphum versus circulari

|VAS MVLTIS ANNIS PIE

in area ZESES

Passeri thes. gemmarum astriferarum III p. 282 sq. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 203 seqq. et tab. XXXVI, 5.

.... *vi*]*vas multis annis, pie, zeses.*

7049 paterae fundus, litteris aureis [bibl. Vatic.].

pastor dextr. ... s. ... d. ... caput permulcet; a parte s. arbor a qua pendet quadrupes pelle involutum; a parte d. harundinis planta. Adscriptum est versu circulari

|IBE ET PROPI ... LIS

Garrucci *vetri* ed. 2 p. 209 et tab. XXXVII, 1 qui supplet *b*]*ibe et propi*[*na cum fi*]*lis.*

7050 discus vitreus (paterae fundus) rep. a. 1693 in coemeterio Priscillae [Romae in mus. cardinalis de Carpinea antea, iam in bibl. Vatic.].

Amor et Psyche stantes inter se amplexi; pone Psychen speculum, pone Amorem frutex et arcus cum pharetra; adscriptum est versu circulari

ANIMA DVLCIS FRVAMVR NOS SINE BILE ZEZES

(Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* p. 193 seqq. et tab. XXVIII, 3. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 191 et tab. XXXV, 4; inde Deville p. 33.

7051 paterae fundus, litteris aureis [Romae in museo Victorio (Francisci Vettori) antea, iam in bibl. Vatic.].

mulieres duae adversae sedentes, sinistris manibus sceptrum (ita harum vero), dextris globum tenentes; ante eas mulier altero genu nixa d. pateram(?) tenens. A parte s. scriptum est

ANIMA
DVLCI
S PIE Z

Vettori dissertatio glyptographica p. 44. Mur. p. 1723 n. 2 duobus versibus et anaglyphum omittens. Perret *catacombes* IV tab. XXVII, 54, VI p. 124. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 194 seqq. et tab. XXXVI, 1.

Mulieres sedentes Romam et Constantinopolim esse putat Garruccius coniectura haud improbabili; tertiam idem Carthaginem existimat, melius provinciam aliquam Cavedonius (*osserv. sopra alcuni framm. di vasi di vetro* p. 37).

Anima dulcis pie, z(*eses*).

7052 *in un frammento di vetro* (litteris aureis esse non adnotatur) [mus. Kirch. vet.].

... MA PIE ZESE ...

Garrucci *vetri* ed. 2 p. 115 supplens [*Dulcis ani*]*ma pie, zese*[*s*].

7053 discus vitreus (vasculi fundus) [Romae in mus. cardinalis de Carpinea antea, iam in bibl. Vatic.].

puer nitens (Genius) adversus stans fuit inversas lanitias inter plantam et cippum cui avis insistit. Adscriptum est

DVLCIS ANIMA

(Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* p. 186 seqq. et tab. XXVIII, 1. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 192 et tab. XXXV, 7.

7054 paterae fundus rep. in coemeterio Callisti (BOLD. p. 214 in fine), litteris aureis; iam latet aut periit.

PIE

Amores duo, quorum secundus d. ramum palmae tenet, certamen duorum gallorum spectantes

ZESES

Boldetti *cimiteri* p. 216 tab. 3 n. 2 ordine inverso (inde ordine recto Garrucci *vetri* ed. 2 p. 212 et tab. XXXVII, 11).

7055 *lettere in oro, nel fondo di un vetro presso il sig. Aug. Dutuit, ora in Francia* BR.

ANNI
BONI

Bruzza in schedis. Idem opinor paterae fundus editus est in *Collection Auguste Dutuit* (Parisiis 1879) p. 66 n. 136 ita: BONI *dans un cartouche entouré d'un cercle de zigzags.*

Anni boni (*sint*) intellegit Bormannus.

7056 paterae fundus Romae emptus, litteris aureis [Parisiis apud Froehnerum].

BONA
VITA

Descripsi. Alf. Schoene coniectanea critica (Index lect. universitatis Kiliensis a. 1894) p. 16 (BONA ‖ VITA).

Cf. supra n. 6069, etiam 1725.

7057 vasculi fundus Ostiae rep. in balineis effossis a. 1888, litteris aureis [Ostiae in repos.].

BONIS
BENE

Descripsi. *Not. d. scavi* 1888 p. 740.

7058 paterae fundus rep. in coemeterio ad duas lauros, litteris aureis.

HODOR | pisnia cum quin-que flori-bus (rosis?) | SVAVIS

De Rossi *bull. arch. crist.* 1882 p. 131 et tab. VII, 3.

7059 discus vitreus (paterae fundus) [Romae in mus. cardinalis de Carpinea antea, iam in bibl. Vatic.].

N VGAS VIVAS
tres Monetae adversae stantes

(Fil. Buonarruoti) *osserv. sopra alcuni framm. di vasi ant. di vetro* p. 207 seqq. et tab. XXIX, 1. Perret *catacombes* IV tab. XXVII, 50, VI p. 124 (initio GAS tantum); inde Deville p. 33. Garrucci *vetri* ed. 2 p. 175 et tab. XXXIII, 4.

Priorem vocem Buonarruotius explicat sic '*tutte le cose* censeas nugas' citans Plaut. Stich. v. 294.

7060 paterae fundus, litteris aureis [Romae in mus. Victorio antea, iam in bibl. Vatic.].

VITA
TIBI

Vettori sanctorum septem dormientium hist. p. XXIII imaginem. Perret *catacombes* IV tab XXI,9, VI p.121 (inde Deville tab. XXIX D). Garrucci *vetri* ed. 2 p. 218 et tab. XXXVIII, 10.

Cf. supra n. 7030. 7037 et infra inter gemmas.

7061 in frustulo vitreo, litteris aureis [Kopenhagae in mus. Thorvaldsen].

]VSTVS
ornamenta florum

L. Mueller *musée Thorvaldsen, 3e partie, sect. I. II* p. 205 n. 26 ita suppletum [*iu*]VSTVS.

7062 *fond de coupe avec la légende en fils d'or* [Romae apud Alexandrum Castellani].

PELAI *sic*

Catal. de la coll. Alessandro Castellani (pars Parisiis hastae subiecta) n. 216. *Pela(g)i*?

7063 disculus formae ovatae ad vasculum quondam pertinens rep. in vinea Fornari ad viam Portuensem; constat ex duabus laminis inter se conglutinatis, quarum inferior flavi coloris est, superior vitri translucidi colorem habet, litterae inter laminas sitae aureae sunt [apud me].

POP
L·ANI·

Descripsi. Initio litterae effractae supersunt vestigia incerta (A? R?); lineola post L quid significet nescio.

7064 *frammento di vetro cemeteriale* rep. ad Appiam mill. IV in fundo Lugariorum.

R
PV
EBI·L

Lugari in *Not. d. scavi* 1889 p. 273.

PARS VII

AVRO ARGENTO AERI FERRO PLVMBO INSCRIPTA

CAPVT PRIMVM

SVPELLEX AVREA ET ARGENTEA

(praeter anulos)

Omisi mundum muliebrem ex auro a. 1544 repertum in sepulcro Mariae Stilichonis filiae, uxoris Honorii Augusti (de quo cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1863 p. 53 seqq.), cistam scutellasque argenteas in Esquiliis effossas prope ecclesiam s. Martini quae videntur fuisse Turciorum Secundi et Proiectae (cf. E. Q. Visconti *opere varie* ed. Mediol. I p. 210 seqq.), alia Christianae supellectilis exempla quae omnia edentur in sylloga inscriptionum Christianarum.

7065 animal quadrupes parvum (mustela nn.) ex auro, basi insidens et superne ansula instructum; Romae emptum (rep. in agro Iesino nn., nescio unde) [apud me].

in basi, litteris incisis

FOVE L·CORNELIAI L·F

sub basi: numerus

Descripsi. Bruzza in schedis (ubique L pro L).
Fove L(uciai) Corneliai L(uci) f(iliai).

Verbum *fovere* cum tertio casu coniunctum nunc primum ni fallor occurrit. Res ipsa cui inscriptum est cum existimanda sit fuisse munusculum boni ominis gratia monili Corneliae suspensum, *fovere* eodem sensu hic usurpatum esse quo *favere* veri est simillimum (verba eiusdem originis esse putant Corssen *Aussprache*, ed. 2 I p. 142 alii). Aetatis indicia sunt praeter mulieris praenomen et L litterae forma inter vetustam et recentiorem media et tertius casus in -ai desinens.

7066 in bulla aurea rep. in vinea quadam prope portam Latinam AGOST. (*contiene il valore di quindici zecchini* FIC.) [apud abb. Falconerium AGOST., apud cardinalem Chigium CAVS. FIC.].

CATVLVS

Lionardo Agostino in epistula 70 d. 13 Febr. a. 1666 in cod. XVII *lett. artistiche di Lionardo Agostino* Florentiae in *archivio di stato*. Causeus (de la Chausse) mus. Romanum, sect. VI tab. 6 imaginem (cf. II p. 74 editionis Romanae a. 1746), litteris retrogradis prominentibus e globulis minimis compositis. Ficoroni *bolla d'oro* p. 6 et *vestigia e rarità di Roma ant.* lib. II (*le singolarità di Roma moderna*) p. 63.

Similem bullam auream inscriptam HOST·HOS posui inter suspectas.

Pyxis aurea CATVLVS inscripta C. I. L. XII 5697, 1 num genuina sit dubito.

7067 *laminetta d'oro con caratteri di rilievo, in forma di mezza luna* CAT.; rep. in paludibus Pomptinis LANZI [Velitris in mus. Borgia].

IIVƧTA

Raponi cod. Propagandae f. 139 (ex apographo Raponii Marini cod. Vat. 9125 f. 79; est etiam in cod. Vat. 9071 p. 159 n. 4). Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 288 n. 79 (IIVITA). Lanzi *saggio di lingua Etr.* II p. 618 n. 14 (inde Fabretti inscr. Ital. n. 2733; Zvetaieff inscr. Italiae inferioris dialecticae, Mosquae 1886 n. 48) ita: IIVΣTA.

Lanzius legit *Iusta* citans tabulas Iguvinas in quibus IIOVINA = *Iovina* (immo *Iguvina*), perperam; est *Eusta*( ).

7068 *collier formé de neuf prismes d'émeraude serties d'or et alternant avec des feuilles d'or rectangulaires, dont chacune porte une lettre. Les huit lettres forment le mot*

VALERIAE

Catal. de la coll. Alessandro Castellani (para Romae bastae subiecta) n. 812.

7069 in tintinnabulo aureo octangulo [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].

Γ Α Υ Δ Є Ν Τ Ι

Descripsi. *Cat. des bijoux du mus. Napoléon III* n. 237. — *Gaudenti.*

7070 in tintinnabulo parvo ex auro quod in Esquiliis rep. esse traditur; *nelle quattro faccie di un campanellino d'oro che conserva il batocchio* nn. sched. [Romae apud Pennellium antiquarium antea, postea apud Alexandrum Castellani, nunc Parisiis apud Froehner].

TOI COM MAC IN
VΠO TЄT AΓM AI

Bruzza in schedis qui ed. in *Ann. d. Inst.* 1875 p. 50 seqq. (inde Kaibel inscr. Gr. Siciliae et Italiae n. 2409, 5). *Catal. de la coll. Alessandro Castellani* (para Parisiis hastae subiecta) n. 129.

Τοῖς ὄμμασιν ὑποτέταγμαι.

Tintinnabulum (quod Castellanius postea inseruit catellae cuilibet aureae, cf. *Catal.* l. c.) vidi Romae et genuinum esse iudicavi. Nihilominus *l'authenticité de l'objet, absolument incontestable, a été revoquée en doute par I. P. Rossignol dans un mémoire intitulé: Discussion sur l'authenticité d'une clochette d'or lettrée, Paris 1883* Catal. l. c.

Genuinum exemplar permultis exemplis imitando expresserunt auro argentove et ipse Castellanius et alii aurifices Romani.

7071 in fibula argentea Romae rep. vel empta [fuit Mediolani apud Hamilcarem Ancona].

FAVSTA

Catal. auctionis (Mediolani 1892) n. 1053. Cuius generis fuerit titulus non traditur.

7072 inscriptum in media concha cochlearis argentei [Velitris in mus. Borgia antea, iam Neapoli in mus.].

ALEBI (litt. bonis)

Descripsi. Raponi cod. Propagandae f. 138 (ex apographo Raponii Marini cod. Vat. 9125 f. 79). Marini cod. Vat. 9126 f. 320 qui vidit. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 301 n. 545. Cardinali in *Giorn. Arcad.* XI (1821) p. 232 n. XLIX = *iscr. ant. ined.* p. 68 n. 495. In inventario mscr. musei Neap., *argenti* n. 237 dicitur esse saeculi XV, perperam.
Omnes exhibent ALEBI, sed initio videtur aliquid evanuisse; fuitne VALEBI = *valebi(s)*?

7073 in cochleari argenteo Romae ut videtur reperto a. 1884 [apud me].

in disculo inter concham et manubrium

ab una parte BIK / TOP — ab altera ornamentum folii hederacei fere formam exhibens

Descripsi. — *Bictor* (= *Victor*) litteris Graecis scriptum.

CAPVT SECVNDVM

SVPELLEX AENEA ET FERREA

(praeter signacula, anulos, pondera, mensuras)

TITVLI SIGNACVLO IMPRESSI IN CACCABIS, STRIGILIBVS, FIBVLIS CET.

(litteris prominentibus omnes)

7074 in manubrio caccabi aenei (*casserolle*) in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

POLIBY

Descripsi a. 1894. — [*P. Cipi*] *Poliby* (pro *Polybi*). Cf. C. I. L. X 8071, 36; Mowat in *Bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 266 n. 7, IV 1884 p. 33, 34.

7075 bis impressum in manubrio vasis aenei; rep. esse dicitur in agro Romano [Romae apud Natalem Latini].

M EPIDI EVARISTI

Descripsit Henzen.

7076 in manubriis caccaborum aeneorum *a* rep. in paludibus Pomptinis, *b* in Tiberi ut videtur [*a* bibl. Vatic., n. 32; *b* repos. therm. Dioclet., sign. n. 38].

a QMASVE *b* MAS

Descripsi (*a* misit etiam Stevenson). *a* Marini cod. Vat. 9126 f. 312 qui vidit, sic: Q MASVR.
Q. Masur(i); cf. C. I. L. X 8071, 43 et Mowat in *Bulletin épigraphique de la Gaule* III 1883 p. 268 n. 13.

7077 in manubrio caccabi aenei (*casserolle*) [mus. Kirch. vet.].

NASLIBAN

Descripsi. — ..*Nas(enni) Liban(i)*; cf. C. I. L. X 8071, 61 et 59.

7078 in manubrio caccabi aenei (*casserolle*) [mus. Kirch. vet.].

C OPPI PRISC

Descripsimus Detlefsen (P pro C) et ego; in fine utrum M sit an NE incertum est.
Cf. C. I. L. X 8071, 49 *C. Oppi Prisci*.

7079 in manubriis caccaborum aeneorum (*b* rep. in paludibus Pomptinis) [*a* bibl. Vatic., n. 4; *b* ibidem, n. 10].

a M PLINI·DIOGENI *b* M PLINI·DIOG

Descripsi ex ectypis quae mecum communicavit Stevenson. Utrumque Marini cod. Vat. 9126 f. 316*a* (*a* ita: PINI DIOGENI; in *b* praenomen om.).
M. Plini Diogeni(s). Cf. Mowat in *Bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 269 n. 17. — C. I. L. X 8071, 52 *M. Plini Fausti*.

7080 in manubrio aeneo Romae empto [apud me].

CI·M·RVBR

Descripsi. Initio potest fuisse .... CI; interpunctionis signa rotunda. — ... *ci M. Rubr(i)*. Ad speciem aeruginis non est urbanum.

7081 in manubrio caccabi aenei (*casserolle*) [mus. Kirch. vet. DETL., ubi frustra quaesivi a. 1888].

RVTIL

Descripsit Detlefsen.

7082 bis impressum in manubrio caccabi aenei (*casserolle*) [Romae in mus. Campana antea, iam Parisiis in mus., sign. n. 7211].

N·TREBEL·CRES

Descripsimus Detlefsen (initio LREBEL·) et ego, recognovit Mowat a. 1897. Ed. Mowat in *Bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 269 n. 18 (initio M).
N. Trebel(li) Cres(centis). — In manubrio paterae in mus. Lugudunensi adservatae traditur esse CN·REBEL·CRES (Allmer et Dissard *inscr. ant.* IV p. 500, 5).

7083 in manubrio caccabi aenei (*casserolle*) bis impressum [bibl. Vatic., n. 33].

NTREBELLI·ROM

Descripsi. Misit etiam Stevenson initio legens NCEBELLI. — *N. Trebelli Rom(ani?)*.

De titulis in strigilibus aeneis signaculo impressis conferendi sunt Detlefsen in *Bull. d. Inst.* 1863 p. 21 seqq. et Garrucci *dissert. archeol.* I p. 133 seqq., qui Detlefsenum multis locis correxit; vide etiam *Bull. d. Inst.* 1863 p. 188. Hic non recepi nisi exempla in urbe reperta vel quae in museis Romanis adservantur originis incertae. E strigilibus Graece inscriptis admisi tantum exemplum ineditum n. 7095 et editorum varietatem.

7084 in manubrio strigilis aeneae in Tiberi rep. [*mus. Nationale alle terme*].

formae 64 (pag. 100) SEXAGTI

Descripsi; misit etiam Vaglieri. In fine dubiae lectionis (an TI? X?).
Cf. supra lucernam n. 6688 (?).

7085 in manubrio strigilis aeneae [bibl. Vatic., n. 49].

FELIX

infra sigillum parvum in quo est figura

Descripserunt de Rossi et Stevenson.

7086 in manubrio strigilis aeneae [Romae apud principem Altieri].

formae 49 (pag. 100) LYMPI

Garrucci *dissert. archeol.* I p. 141 et tab. XI, 19 qui alias strigiles eodem modo notatas Capenae effossas vidit.
Lymph(i).

7087 in manubrio strigilis aeneae [Romae apud Augustum Castellani].

▭ ꟼƆA·AИ

Descripsi. — Idem opinor titulus legitur in strigili Praeneste effossa (fuit Perusiae apud Guardabassium) quem Henzenus descripsit ita: ꓘƆA·AV. In strigilibus Praenestinis C. I. L. XIV 4116 est ƆA·AИ (in exemplo Praenestinae fortasse originis apud me est ƆA·AVI; *Navios Acilios* vel *Navios Acios* = *Accius* legendum esse putat Garrucci syll. n. 516); in strigili in museo Kircheriano adservata legi A·AVI (eandem, ut videtur, sic descripsit Garrucci: IƆƆA·AИ, cf. *Bull. d. Inst.* 1860 p. 10).

7088 in manubrio strigilis aeneae (Praenestinae?) [Romae apud Alexandrum Castellani antea, tum Parisiis apud Alb. Maignan].

▭ P·NICVRV

Catal. de la coll. Alessandro Castellani (pars Parisiis hastae subiecta) n. 372. Mowat in *Bull. épigraphique* IV 1884 p. 118 n. 15 *bis* qui descripsit.
P. Nicuro(i)?

7089 in manubrio strigilis aeneae [fuit in mus. Kircher., ubi frustra quaesivi a. 1888].

▭ Ⅎ·POVⅠⅠⅠO

Detlefsen in *Bull. d. Inst.* 1863 p. 24 n. 12 ita: Ⅎ·POVⅠⅠVCⅡ. C. I. L. I n. 1556 (p. 564) a Mommseno ita descriptam Ⅎ·POVⅠⅠⅠO. Garrucci *dissert. archeol.* I p. 140 et tab. XI, 16 imaginem (ita ut dedi); syll. n. 513.
L. Poulilio(s); Pulilius recte a Pulio derivatum esse ut Quinctilius a Quinctio observavit Garruccius.

7090 in manubrio strigilis aeneae in Tiberi rep. [apud me].

formae 53 (pag. 708) SALVI

infra sigillum stellae formam exhibens in quo est Victoria (?) dextrorsum

Descripsi. — Cf. Garrucci syll. n. 2277; C. I. L. XII 5698, 13.

7091 in manubrio strigilis aeneae in Tiberi rep. prope pontem Garibaldi [repos. therm. Dioclet.].

formae 53 similis (pag. 708) AHRCVET

Descripsimus Vaglieri (....VET) et ego. Litterae prima et tertia incertae, secunda aut A fuit aut H.

7092 in manubrio strigilis aeneae [mus. Kirch. vet.].

LTAD

Descripsi. Incertae lectionis est; cf. n. 7086.

7093 in manubrio strigilis aeneae in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

formae 53 (pag. 708) VIRI.VC

Descripsi. Dubiae lectionis, vix VIBIVS.

7094 in manubrio strigilis aeneae [Romae apud Augustum Castellani].

▭ ΩΡΩΟΛΛΟΠΑ

Descripsi. — Ἀπολλωδώρω. Cf. Kaibel inscr. Gr. n. 2408, 4 ubi vide alia exempla Praeneste, Telamone, prope Bononiam reperta et quae praeterea Romae fuerunt; in duobus exemplis musei Kircheriani est AΓΟΛΛΟΔΩΡΟ.

7095 in manubrio strigilis aeneae [bibl. Vatic., n. 48].

formae 49 (pag. 708) ΗΡΑΚΛΙΔΙ

infra sigillum parvum in quo est figura

Descripsit Stevenson.

7096 in fibulis aeneis:
a 1 rep. a. 1830 ad viam Nomentanam in fundo *la Cecchina*.
[2 Berolini in mus. (ex coll. Gerhard)].
b 3 in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].
[4 Romae apud baronem Meester de Ravestein].

a AVGISSA· *b* ▭ AVCISSA

1 Amati cod. Vat. 9767 f. 34 (AVGISSA··) et Kestner in *Bull. d. Inst.* 1831 p. 42. — 2 Descripsi. Friederichs *Berlins ant. Bildw.* II p. 100 n. 263 (AV·CISSA). — 3 Descripsi (nomen nitide expressum est). — 4 Descripsit Henzen (IVCISSA).
Alia exempla eiusdem fibulae: Garrucci syll. n. 2272 ('in Etruriae regione reperiri solita'); C. I. L. III suppl. 12031, 18, X 8072, 22; *Westdeutsche Ztschr.* III (1884) p. 186; Mowat in *Bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 278 n. 32.

7097 fibula aenea in Tiberi rep. [apud me].

in sigillo semicirculari CCARTIVIVS

Descripsi. — *C. Cartilius.* Cf. Mowat in *Bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 265 n. 5 C·CART (in manubrio caccabi).

7098 1 fibula aenea integra 'in agro Romano inventa' GARR. (syll.) [Romae apud Martinettium antiquarium antea, tum apud Lovattium].
2 in fibula aenea (fracta) [Romae apud Castellanium antea, iam Londinii, *British mus.*].

▭ HERM·LAVI litt. cavis

1 Garrucci *dissert. archeol.* I p. 142 tab. XI, 20 et syll. n. 2271, utroque loco in fine AI. — 2 Descripsi.
Hermolavi.

7099 in scapo staterae aeneae in Tiberi rep. [Romae apud Lancianium].

▭ BIT MES·FEⱯ

Descripsi a. 1890. In fine non videtur esse C, sed pars litterae vel notae incertae.
Bit(us) *Mes*(seni?) *fe*(cit?) . .

7100 in media parte disculi concavi ter perforati (cf. n. 7101) [mus. Kirch. vet., sign. n. 514].

▭ BAIVIVAꟻ

Descripsi. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 140 n. 514 ita: ꟻAVIVIA adnotans litteris retrogradis scriptum esse, errore.
In museo Berolinensi (inter nummos a B. Friedlaendero collectos) adservatur lamella rotunda simillima ter perforata, in qua signaculo impressum est BANNAI. In alio exemplo, quod Parisiis vidi apud Froehnerum, est ƎANNAB (ultima littera non satis certa); in duobus editis C. I. L. III 6017, 8 et X 8072, 11 est BANNAF, BANNA (aut BANNⱯ), duo praeterea exempla ed. Mowat in *Bull. épigr. de la Gaule* 1883 p. 273 n. 34. Cf. etiam Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 2323; Maxe-Werly in *Revue Belge de numism.* 1897 p. 104.
Banna f(*ecit*). Cf. C. I. L. VII 1291.
Disculos ita inscriptos lanculas esse putant Babelon et Maxe-Werly, dubito num recte.

7101 in media parte disculi concavi ter perforati (cf. n. 7100) [Romae apud Bignamium antea, iam apud me].

▭ ROVCA

Descripsi.

7102 in anulo aeneo in Tiberi rep. (non est anulus qui digito inserebatur, cum diameter sit 0,03) [repos. therm. Dioclet.].

▭ T·SAF·I

Descripsi. Post I litteram vestigia cernuntur litterarum T S inversarum; initium est eiusdem sigilli male expressi.

7103 in instrumento aeneo, cuspidis tenuissimae forma [in mus. Kirch. vidit DETL., ego a. 1880 frustra quaesivi].

▭ SECVNDI

Descripsit Detlefsen.

7104 *frammento di celata con marca* ROMA ... *con visiera traforata* (inter res argillaceas CAT., ex aere CARD.) [Velitris in mus. Borgia].

ROMA

Catal. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 308 n. 9. Cardinali in *Giorn. Arcad.* XI (1821) p. 232 n. XLVII = *iscr. ant. ined.* p. 68 n. 492, e descriptione musei Borgiani mscr. Akerbladi et F. A. Viscontii.

7105 signaculo impressum in clatris ferreis repertis in lacu Nemorensi (de quibus cf. C. I. L. XIV n. 2225) NIBBY; *alcuni mattoni intelarati di ferro coll' iscrizione* cet. FVSC. p. 18, *un frammento di graticola coll' epigrafe* cet. IDEM ibid.

Nibby:	Fusconi:
CAISAR	*Tib. Caes.*

Nibby *analisi* II p. 396 (inde memoratur a de Rossio in *Ann. d. Inst.* 1873 p. 217; C.I.L. XIV l. c.). Fusconi *memoria archeologico-idraulica sulla nave di Tiberio*, Romae (Olivieri) 1839 p. 18. Cf. Barnabei in *Not. d. scavi* 1895 p. 386 seqq.

Titulus aut corruptus aut interpolatus.

TESSERAE MONVMENTORVM ET TESSERVLAE NOMINIBVS VIRORVM LAVDABILIVM INSCRIPTAE

De usu lamellarum aenearum quae sequuntur n. 7106—7117 (bis similes accedunt n. 7118—7120), in quibus omnibus fere formulae occurrunt *salvis dominis nostris* (*salvo domino nostro*) *ille fecit* aut *ille reparavit*, diu in ambiguo fuerunt viri docti, alii tesseras hospitales, alii apophoreta vel donaria, alii pondera vel exagia eas esse conicientes. Egit de eis nuperrime Rossius (cf. *Bull. d. Inst.* 1886 p. 125 seq.), exagia esse recte negans (*nulla hanno di comune coi pesi monetali, nè in esse è stata mai notata alcuna delle cifre numeriche, che giammai mancano nelle vere* exagia); sed lamellas has non recte opinor componens cum tesserulis nomina tantum virorum laudabilium exhibentibus (n. 7122—7124) non sine dubitatione coniecturam protulit fuisse missilia *sparse nelle dedicazioni di opere pubbliche urbane o municipali*. Verum, ni fallor, harum tesserarum usum solus agnovit Caylusius cum scriberet (*recueil* VI p. 252) *on enfermoit ces petites plaques dans quelque pierre, ou on les encastroit pour les placer ensuite dans les fondations d'un bâtiment* eiusque sententiam secuti sunt Borghesius (*oeuvr.* VII p. 292 seq.) et Garruccius (*Bull. d. Inst.* 1866 p. 58). Et profecto si in monumentorum fundamentis vel sub statuarum basibus has tesseras positas fuisse ponimus, tum demum apta apparent verba *fecit* vel *reparavit* in iis fere constanter adhibita. Enuntiant igitur eae quae *fecit* tantum exhibent, monumentum *salvis* i. e. regnantibus *illis* aedificatum vel conlocatum esse a magistratu eo qui in tessera nominatur; quae vero *fecit* et *reparavit* exhibent, monumentum temporum hominumve iniuria vexatum in pristinum statum restitutum esse tradunt. Ita si interpretamur, hae tesserae plane respondent titulis inscriptis in cippis statuarum quas eadem aetate praefecti urbi ad ornanda loca publica aut 'collocaverunt' aut 'restituerunt' aut 'reparaverunt' (C. I. L. VI 1651—1672. 3864. 31879—31892).

Magistratus in his lamellis nominatur plerumque praefectus urbi, bis occurrit praefectus praetorio (n. 7107. 7108); officium non indicatum in titulis n. 7113—7117 urbanam fuisse praefecturam veri est simillimum, in n. 7118 incertum est. Sed difficultatem creat, quod lamellarum pars reperta est vel saltem reperta esse fertur in regionibus ab urbe longe distantibus (n. 7106 Praeneste, n. 7111 in territorio Ligurum Baebianorum, n. 7107 in agro Friulano, n. 7110c Belgradi; n. 7114b Neapoli, n. 7116c Iguvio allatae esse traduntur); ex reliquis pleraeque Romae quidem fuerunt, sed ubi repertae sint ignoratur, duas tantum (n. 7118 *a*. 7119) in urbe effossas esse constat. In lamella agri Friulani praefectum praetorio, Italiae scilicet, nominari consentaneum est; offendunt contra praefecti urbi in exemplis Praeneste, in agro Ligurum Baebianorum, Belgradi repertis. Difficultas, quam hic significasse sufficiat, utrum ita removenda sit ut statuamus, lamellarum partem iam antiquitus casu quodam ex urbe alio pervenisse, an ita ut cum Rossio missilia fuisse existimemus eaque memoriae causa asportata esse, in medio relinquo.

Tesserae omnes aeneae sunt formae quadriangulae, latiores quam altiores. Titulorum versus in omnibus fere curiose inscripti sunt singulis lamellis argenteis aeri insertis; litterarum cavitates repletae sunt argento subnigro quod in glossariis nigellum (Italice *niello*) vocatur.

7106 *piastrellina di bronzo con lettere stampate in rilievo sopra laminette d' argento . . . trovata in Palestrina dicesi in una vecchia fabbrica* GARR. (ubi reperta sit non adnotavit LOV.; *mi è capitata* CIC. in epistula) [Romae apud Lovattium HENZ.; a Cicerchia dono data Garruccio CIC. sched.; apud Garruccium GARR.].

ab una parte	in parte aversa
SALVO D N	PAVLINVS
VALENTINI	VC PRAEP
ANO PP AVG	VRB FECIT

Lovattius a se descriptam communicavit cum Henzeno. Cicerchia in schedis qui item misit Henzeno. Ed. Garrucci in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 58. C. I. L. XIV 4120, 4.

Salvo d(omino) n(ostro) Valentiniano p(er)p(etuo) Aug(usto) cet.

'Videtur esse *Anicius Paulinus* praef. urbi a. 380 (cf. Corsinius p. 268)' adnotavit Henzen, dominum nostrum Valentinianum iuniorem (a. 375—392) esse putans; rectius fortasse Garruccius Placidium Valentinianum esse putat qui imperavit annis 424—455.

7107 lamella aenea (a. 0,013, l. 0,017, pendens gr. 3,82 LAZ.) rep. prope San Daniele agri Friulani; litterae incisae sunt in lamellis argenteis [apud Lirutium antea, postea Utini apud Spiridionem Minotti CORTINOVIS; iam Venetiis in mus. Correr].

ab una parte	in parte aversa
DD NN LEONE	CAECINA DECI
ET IVL' MAIORI	VS BASILIVS
AN' P P AAGG	P P FECIT

Recognovit Mommsen. (Cortinovis) *Lettera di N. N. al sig. Spiridione Minotto sopra una tessera antica e due conii di monete romane trovate nel Friuli* cet. (Udine 1780) imaginem (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 5; de Rossi inscr. christ. I p. 491). Lazari *raccolta Correr* p. 184. 185 idemque communicavit cum Instituto. Ex praecedentibus C. I. L. V 8119, 2.

V. 2 IVLI Cortinovis, Lazari ms.; v. 3 init. ANI Cort., AN· Lazari ms.

(*Salvis duobus*) *d(ominis) n(ostris) Leone et Iul(io) Maiorian(o) p(er)p(etuis) A(u)g(ustis) Caecina Decius Basilius p(raefectus) p(raetorio) fecit.*

Nota virgulas post IVL et MAIORIAN positas. — 'Praefectus praetorio, Italiae scilicet, Basilius fuit imperantibus Leone et Maioriano a. 458, consul postea factus a. 463 (cf. Rossi inscr. chr. I p. 491)' adnotavit Mommsen.

7108 *a* lamella aenea ut videtur; ubi fuerit non indicatur.

b lamella aenea (a. 0,015, l. 0,020; pendit gr. 3,30); litterae incisae sunt in laminis argenteis et repletae argento subnigro (*niello*) [Vindobonae in mus.].

c lamella aenea (a. 0,012, l. 0,019); litterae sculptae sunt in laminis argenteis et repletae argento subnigro [Parisiis in mus. (ex coll. Campana)].

d in lamellis aeneis [α Romae in aedibus Barberinis; β Bononiae apud Iac. Biancanium].

	ab una parte	in parte aversa
a	SALVIS · D D NN	CAELIVS·ACONIVS
	LEONE · ET LIBIO	PROBIANVS·PRAEF
	SEVERO P P AVGG	PRAET · FECIT
b	SALVIS D D N N	CAELIVS ACONIVS
	LEONE ET LIBIO	PROBIANVS PRAEF
	SEVERO P P AVGG	PRAET · FECIT

ab una parte	in parte aversa
c salvis dd nn	CAELIVS ACONIV
LEONE ET LIBIO	PROBIANVS PRA
SEBERO P P AVGG	PRAET FECIT
d SALVIS D D N N	CELIVS ACONIV
LEONE ET LIBIO	PROBIANVS PRAE
SEVERO PP AVGG	PRAET · FECIT

a Sched. Barb. cod. XXX, 92 f. 97 manu ignota; inde Marini cod. Vat. 9118 p. 4. — *b* Descripsit Mommsen, contulit H. Gaebler. Sacken et Kenner *die Samml. des k. k. Münz- und Antikencabinetes* p. 288 n. 696 (v. 1 CAELIVS ACONIVS). — *c* Descripsimus; ectypon misit etiam Mowat (lamina argentea priorem versum continens excidit). Borghesi *oeuvr.* VII p. 291 cui misit Campana. *Cat. des bijoux du mus. Napoléon III* n. 738 (AGONIV). H. de Villefosse apud Borghesi *oeuvr.* X p. 626. — *d* α Maffei mus. Veron. p. CCLIV n. 6 (inde Donati p. 152, 5 et Orelli n. 1149; a Maffeio videtur etiam sumpsisse Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 176, 6 manu aliena). β Marini l. c. (inde Borghesi *oeuvr.* VII p. 291).

Esse potest ut *a* et *d* α idem sint exemplum.

'Leo et Libius Severus simul imperabant annis 461—465; annis autem 463—465 praefectus praetorio fuit Caecina Decius Basilius, unde probabile Probianum eo officio functum esse a. 462, cf. de Rossi inscr. christ. I p. 356' adnotavit Henzen.

7109 *a* lamella aenea (a. 0,0165, l. 0,021); litterae incisae sunt in laminis argenteis et repletae argento subnigro (*niello*); pendit gr. 4 [Panormi antea apud privatum quendam, deinde Neapoli apud Gabriellium antiquarium, iam Berolini in mus. (*Münzcabinet*)].

b Romae apud Angelum Colotium LIG. l. 39; *in una blattea di rame con lettere commesse di argento* IDEM l. 34.

c lamella aenea (a. 0,0145, l. 0,019; pendit gr. 3,92); litterae sculptae sunt in lamellis argenteis et repletae erant argento subnigro quod nunc fere ubique excidit. (*In pietra* [?] *quadrata con tre striscie d'argento in ciascuna parte* NOV.) [Florentiae in mus. marchionis Ricardi NOV., tum apud Caylusium ut videtur (s. l. CAYL.), iam Parisiis in *cabinet des médailles*].

ab una parte	in parte aversa
a SALVIS DD NN	PLOTINVS EVS
ET PATRICI	TATHIVS VC
O RICIMERE	VRB PR FECIT
b SALVIS DD NN	PLVTINVS
ET PATRICIO	EVSTATIVS VC
RICIMERE	VRB P FECIT
c SALVIS DD NN	PLOTINVS EV
ET PATRICI	STHASIVS VC
O RICIMERE	PF VB FECIT

a Descripsi. Ed. Friedlaender in *Zeitschr. f. Numism.* IX (1882) p. 1 imag. C. I. L. X 8072, 4. — *b* Ligorius Neap. l. 34 p. 130 titulos coniungens quasi unus esset et puncta apponens praeterquam extremis versibus; idem l. 39 titulos seiungens et puncta iisdem locis ponens (v. 5 init. EVSTATIV· l. 34, EVSTATIVS· l. 39). E Ligorio (l. 34) Panvinius Vat. 6035 f. 57'; inde Donius Neap. p. 554, 9 (quinque versibus), Barb. p. 247 et 509, ed. p. 108 n. 157 'ex schedis Manutii bibl. Vatic.'. E Ligorio et Donio Mur. p. 266, 3 (v. 5 scribens EVSTATIVS VC) a quo Orelli n. 1150. Titulum partis aversae a Ligorio l. 39 repetivit Mur. p. 734, 1 (VABS scribens pro VRB). — *c* Descripsi ex ectypis quas mecum communicaverunt Babelon et Mowat. *Novelle letterarie* (*di Firenze*) XIV (1753) p. 83 ita: ALVIS D D V ‖ PATRICI ‖ RICIMERE; LOTINVS EV ‖ STASIVS VC ‖ SVBFECTI (quamquam auctor se vidisse dicit, apographum videtur esse parum accuratum non ad archetypum, sed ad ectypum factum, in quo litterae eae, quae adhuc argento repletae sunt, non apparebant). Caylus *recueil d'antiquités* VI p. 252 et tab. LXXVI n. IV. V imaginem (inde Orelli n. 1151) (v. 1 N N, 2. 3 ET PATRICIO ‖ URICIMERE; lineolas supra litteras collocatas om.). Breviter memoravit Babelon apud Daremberg et Saglio *dict. des antiquités* s. v. exagium (II p. 877).

PLVTINVS num errori debeatur Ligorii incertum est. Nota EVSTHASIVS in exemplo *c* (EVSTATHIVS in *a*, EVSTATIVS in *b*) et VRB PR vel VRB P in *a. b*, in *c* PF VB = *p(rae)f(ectus) u(r)b(i)*.

Salvis (duobus) d(ominis) n(ostris) et patricio Ricimere Plotinus Eustathius v(ir) c(larissimus) urb(i) pr(aefectus) fecit.

Dominos nostros esse Leonem et Libium Severum (a. 461—465), Eustathium urbi praefuisse a. circiter 462 coniecit Cantarelli (*Bull. arch. comunale* 1888 p. 194 seq.).

7110 *a* 'vidi apud Angel. Bulotrano (?) Romae aeream tesserulam . . ., litterae ipsae argentatae erant' WINGH. Locum non indicant CITT. CIACC.; 'ibid.' (i. e. via Nomentana, quod adscriptum est titulo C. I. L. VI 1663 qui praecedit) MAN., sed vocabulum videtur postea additum esse, fortasse errore; inter pondera refert SPON loco non indicato.

b lamella aenea (a. 0,0125, l. 0,016) *mit drei eingelegten Silberstreifen, in welche die Buchstaben vertieft und mit Niello ausgefüllt sind; Gewicht 4,1 gr.* [Argentorati in bibl. FRIEDL.].

c tabella aenea quadrata litteris argenteis rep. a. 1789 Belgradi occupata Aquatica in ruinis domus cuiusdam a milite, deinde apud Nic. Radványi qui a. 1809 dedit museo nat. Hungarico; hodie ibi desideratur.

d 'inscriptio Romana urbani ponderis marmorei [immo aenei], parte utraque notati' SIRM.

e 'mea lamella inscripta pendet carat. 18 praecise' BLANCH. [apud Blanchinium a. 1711].

ab una parte	in parte aversa
a SALVO DN	AVDAX VC
IVLIO NEPOTE	PREFECTVS
P P AVG	VRBI FECIT
b SALVO D N	AVDAX VC
IVLIO NEPOTE	PREFECTVS
P P AVG	VRBI FECIT
c SALVO D N	AVDAX V C
IVLIO NEPOTE	PRAEFECTVS
P P AVG	VRBI FECIT
d SALVO D·N·	AVDAX V·C·
IVLIO NEPOTE	PRAEFECTVS
P P·AVG·N·	VRB·FECIT·
e SALVO D N	AVDAX VC
IVL NEPOTE	PREFECTVS
P P AVG	VRBI FECIT

a Winghe Brux. 2 f. 155' qui vidit. Inde Cittadini cod. Marc. p. 143 (D N; PP·AVG; V·C; PRAEFECTVS; puncta fere ubique); ex eo ut videtur Manutius Vat. 5253 f. 224' et Ciacconius Raffaelli f. 64 et 117. E Manutio Donius Neap. p. 563 parum bene, melius Barb. p. 608 (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 11), minus bene ed. p. 102 n. 156 (v. 3 PP·AVG Donius ed.); inde Mur. p. 266, 7 a quo Orelli n. 1153. 'Ex schedis Peirescii et aliorum' Spon miscell. p. 303 imaginem (D·N·; P·P·AVG·; V·C; PRAEFECTVS). — *b* Descripsit Iul. Friedlaender; contuli ad ectypon quod adservatur in nummophylacio Berolinensi. — *c* Cimeliotheca mus. nat. Hung. p. 162 versibus non distinctis et puncta ubique ponens; inde C. I. L. III 6335. — *d* Sirmond in adn. ad Sidon. Apoll. lib. VIII ep. 7 (PRAEFECTVS); inde Reinesius p. 330 n. 76 a quo Fabr. p. 528, 371. — *e* Bianchini cod. Veron. CCCXLVII f. 132'.

b et *c* idem exemplum esse possunt; *d* fortasse apographum est parum accuratum exempli *a*, N littera post AVG certe abundat.

Salvo d(omino) n(ostro) Iulio Nepote p(er)p(etuo) Aug(usto) (a. 474/475)

cet. — Audacem harum tesserarum de Rossi (*bull. arch. crist.* 1865 p. 8) diversum esse putat a *Castalio Innocentio Audace* (cf. C. I. L. VI 1663), quem praefecturam administrasse coniecit post a. 455, eundem esse existimat Tomassetti in *Museo ital.* III p. 539.

7111 tabella aenea eminentibus litteris argenteis (a. 0,027, l. 0,022) rep. in fundo Monteleone in territorio Ligurum Baebianorum [Pesci apud Oriandum].

SALVIS D D N N
PASSFFILVS VC
PRFF VRBI FEC

Ad apographum meum C. I. L. IX 6090, 8.

Salvis (duobus) d(ominis) n(ostris) Passefilus v(ir) c(larissimus) pre-f(ectus) urbi fec(it). — Mommsenus tesseram attribuit a. 355 ratione habita tituli Fabi Felicis Passifili Paulini C. I. L. VI 1656, in cuius latere dextro consules eius anni exarati sunt. Sed consulum nomina cum titulo Passifili minime coniungenda esse docuit Huelsen (vol. VI 31882), Fabium Passifilum saeculo V ineunte vel medio praefecturam administrasse putans.

7112 mea lamella inscripta pendet carat. 19 BLANCH. (a. 1711); Romae apud praesulem Blanchinium, litteris argenteis MAR.

SALVIS D D N
N VALENTIN
VS P V FECIT

Bianchini cod. Veron. CCCXLVII f. 132'. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 18 manu aliena.

Salvis (duobus) d(ominis) n(ostris) Valentinus p(raefectus) u(rbi) fecit.

Valentinum praefectum urbi fuisse *dopo il sacco (di Roma) del 472* coniecit Cantarelli in *Bull. arch. comunale* 1888 p. 196 seq.

Cf. titulos C. I. L. VI 31890 et 32005 in quibus occurrunt praefecti [*Pl*]*otius Fur*[*ius*] *Valentinus* ut videtur et .... *us Iunius* [*Va*]*lentin*[*us*].

7113 *metalo con lettere da argento* STEPH. Lamella aenea (a. 0,0185, l. 0,0175; pendit gr. 3,49), in cuius parte adversa titulus tribus lamellis argenteis insculptus est (litterae repletae erant argento subnigro quod iam fere ubique excidit); P littera partis aversae ex argento incrustata est [apud Stephanonium antea, iam Darmstadii in mus.].

ab una parte	in parte aversa
SALVIS D D NN·ALBI NVS FECIT	P

Descripsi. Stephanonius cod. Leid. f. 184. Brambach C. I. Rhen. n. 2079 (p. XXXIII). Buchhold *Antikensamml. in Darmstadt* p. 83 neglegenter.

P littera argentea reliquis maior quae solitaria extat in media parte partis aversae quid significet nescio; sed certe non significat *p*(*ondus*).

De Albino cf. ad n. 7115.

7114 *a* lamina aenea, litteris argenteis (unius pollicis mensura BRVN.; pendit gr. 3,25 GABR. ann.) [mus. Kirch. vet.].

b lamella aenea (a. 0,016, l. 0,020) cui insertae sunt tres lamellae argenteae inscriptae litteris argento subnigro repletis; Neapoli missa MAR. [Romae in mus. Borgiano antea, tum in mus. Propagandae].

c lamina di metallo con lettere d'argento [Romae apud Ridolfinum Venuti].

a SALVIS D D N N ALBIN VS FECIT	*b* SALVIS D D N N ALBINVS F E C[illegible]	*c* SALVIS·D·D· N·N·ALBIN VS·S·C·FECIT

a Secchi *campione d'antica bilibra* p. 31. Brunati mus. Kirch. p. 105 n. CCXLII. Garrucci apud Fiorelli *annali di numism.* I p. 204 n. 15 ita ut dedi. Uno versu et in fine ALBINVS SC FECIT Secchi; v. 3 VS SC FECIT Brunati. Ab una tantum parte inscriptam esse tesserulam diserte dicit Garruccius in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 58 ubi titulus minus accurate repetitur. — *b* Descripsit Iul. Friedlaender in mus. Propagandae (v. 2 ALPINVS) et ectypon fecit, in quo tamen pauca cernuntur. Marini cod. Vat. 9120 f. 368 qui vidit (DD·; FEC·, adnotans *dopo il* FEC *è uno scare nella lamina*), inde C. I. L. X 8072, 5; est etiam in Marini cod. Vat. 9071 p. 173 n. 6. Zoega cat. gemmarum musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla storia dei mus. d'Italia* III p. 483 n. 11. — *c* Ridolfinus Venuti misit Muratorio in litteris d. 19 Sept. a. 1735 datis (inde Mur. p. 467, 3); habent etiam Aon. ms. societ. Columb. III (1738) p. 514 (v. 3 puncta om.).

S· C· litterae post nomen Albini, quae in exemplo *c* esse traduntur et nescio quo casu etiam in duo apographa exempli *a* irrepserunt, quomodo explicandae sint non video; de *s*(*enatus*) *c*(*onsulto*) propter aetatem horum monumentorum vix erit cogitandum. Bormannus dubitanter proposuit (*iudex*) *s*(*acrarum*) *c*(*ognitionum*).

De Albino cf. ad n. 7115.

7115 *a* lamella aenea (a. 0,012, l. 0,019); litterae sculptae sunt in lamellis argenteis et repletae argento subnigro (litteris scriptis *avec de l'encre de pourpre* MOL., errore) [Parisiis in mus. s. Genovefae MOL., s. l. CAYLVS; idem ut videtur exemplum iam Parisiis in mus. *Louvre*].

b laminetta assai piccola di metallo quadra e bislunga ... con lettere d'argento incastrate [Romae apud Marcum Antonium Sabatini BVON.; Florentiae apud Philippum Buonarruoti GORI].

	ab una parte	in parte aversa
a	SALVIS D D N N ALBI NVS FECIT	*SALVIS DD NN* B A S I L I V S R E P A R A V I T
b	SALVIS DD NN A L B I NVS FECIT	SALVIS D D N N B A S I L I V S R E P A R A V I T

a Descripsi; ectypon misit etiam Mowat (lamella argentea priorem versum partis aversae continens excidit). Claude du Molinet *le cabinet de la bibl. de ste. Geneviève* p. 66 et tab. 18, XV—XVI (inde Montfaucon *l'antiquité expl.* ed. 2, III tab. XCV). Caylus *recueil d'antiquités* VI p. 309 et tab. XCIX n. IV. V. Ex praecedentibus ut videtur Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 10. H. de Villefosse apud Borghesi *oeuvr.* X p. 624. Imago apud Molinet in parte aversa exhibet SALVIS DDN ‖ BAS ‖ FE (D.D.N.N. et FEC Molinet p. 66). Caylusius titulos integros exhibet, in parte adversa punctum post NN ponens. — *b* (Filippo Buonarruoti) *osservazioni sopra alcuni framm. di vasi antichi di vetro* (*osserv. sopra tre dittici ant. d'avorio*) p. 255 versibus non distinctis et pro NN utroque loco NOSTRIS exhibens (inde *Giorn. de' letterati d'Italia* (Venetiis) XXVIII, 1717, p. 22; Lupi Severae epit. p. 149 adn. 1; Gori thesaur. vet. diptychorum II p. 136). Titulum partis adversae tantum Gori inscr. I p. 222 n. 28 quattuor versibus et lineolas supra DD NN, iterum II p. 157 uno versu.

Albinos praefectos urbi sub duobus pluribusve Augustis plures novimus, scilicet *Ceionium Rufum Albinum* praefectum a. 389—391 (C. I. L. VI 3791), *Caecinam Decium Albinum* (C. I. L. VI 1192) qui urbi praefuit a. 401—402, *Caecinam Decium Acinatium Albinum* qui praefecturam gessit a. 414 (C. I. L. VI 1659), *Albinum* denique praefectum a. 426. — Basilius qui monumentum ab Albino factum reparavit, utrum sit *Basilius* praefectus urbi a. 394—395, an *Flavius Caecina Decius Maximus Basilius* qui praefectus praetorio fuit imperantibus Leone et Maioriano a. 458 et imperantibus Leone et Libio Severo a. 463—465, an *Caecina Mavortius Basilius Decius* qui urbi praefuit ante a. 486, an *Decius Marius Venantius Basilius* qui praefecturam administravit ante a. 508, incertum est.

7116 *a laminetta di metallo . . . con lettere d'argento incastrate . . . trovata ieri nelle terme di Tito* FIC. (pendit gr. 3,85 GARR.) [Romae apud Ficoronium; idem ut videtur exemplum postea in mus. Kircher.].

b tabella aenea 'in qua literae nigro colore inscriptae sunt bracteolis argenteis, aeri insertis' [apud Canonicum Piombi Nucerinum LVPI (Romae addit MAR.)].

c lamella aenea litteris argenteis (*piccolo esaggio di bronzo con tre righi in argento con lettere niellate*); Iguvio allata esse traditur [Perusiae apud Guardabassium].

	ab una parte	in parte aversa
a	SALVIS D D	BASILI
	N N ALBIN	VS REPA
	VS FECIT	RAVET
b	SALVIS D	BASILI
	D NN ALBI	VS REPA
	NVS FECIT	RAVET
c	SALVIS DD·	BASILI·
	NN ALVIN	VS REPA
	VS FECIT·	RAVIT

a Ficoronius in litteris ad Muratorium datis d. 15 Martii a. 1740 (punctum in fine); inde Mur. p. 2012 n. 4. Exemplum musei Kircheriani exhibent Secchi *campione d'antica bilibra* p. 31 versibus non distinctis; Brunati mus. Kirch.' p. 105 n. CCXLIII; Garrucci apud Fiorelli *annali di numism.* I p. 203 n. 14 (iterum in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 58) errore opinor dicens esse exemplum apud Lupium Severae epit. p. 149 delineatum, cum ab eo litterarum dispositione versuum 1. 2 differat. — *b* Lupi Severae epitaphium p. 149 imaginem (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 3, apud quem legitur 'item in mus. Kircheriano apud Ficoronium', errore, cum exemplum musei Kircheriani olim Ficoronii (*a*) ab hoc differat). — *c* Descripsit Ioannes Schmidt a. 1879.

7117 lamella aenea cui insertae sunt lamellae argenteae inscriptae (*avec de l'encre de pourpre* MOL., sine dubio errore); s. l. CIACC. (praecedunt pondera Ligoriana cod. Vat. 3439), SPON (inter pondera) [Parisiis in mus. s. Genovefae MOL.; Parisiis frustra quaesivit MOWAT].

SALVIS DD · NN
ALBINVS FECIT
BASILIVS REP

Ciacconius Raffaelli f. 64. Spon miscell. p. 303 imaginem ('ex schedis Peiresci et aliorum'). Claude du Molinet *le cabinet de la bibl. de ste. Geneviève* p. 66 et tab. 18, XIV (inde Montfaucon *l'antiquité expl.*, ed. 2, III tab. XCV, e quo videtur sumpsisse Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 10).

V. 1 DD·NN· Spon, DD (omissis litteris NN) Molinet. V. 2 FECT· Ciacc. V. 3 RE|P Ciacc., vocabulum om. Spon lacunam indicans.

7118 lamella aenea (a. 0,015, l. 0,020; pendit gr. 2,97); litterae sculptae sunt in lamellis argenteis [in mus. Wiczay antea, iam Vindobonae in mus.].

ab una parte	in parte aversa
SALVIS D D	PVBLI
N N LEONE	RVFINI
ET ANTEMIO	VALERI

Contuli ad ectypon quod mecum communicavit H. Gaebler. Mich. a Wiczay mus. Hedervar. II in add. p. 3 n. 9 eam imagine p. 1 (in contexto D D · N N ·, ANTHEMIO); inde memoratur a Borghesio *oeuvres* VII p. 292, exhibuit Dessau inscr. Lat. sel. n. 812, versus partis aversae a parte dextra non integros esse putans. Sacken et Kenner *die Samml. des k. k. Münz- und Antikencabinetes* p. 288 n. 696*a*.

Leo et Anthemius simul imperarunt annis 467—472. Cantarelli (*Bull. arch. comunale* 1888 p. 196) *Publium Rufinum* (*Rufinium?*) *Valerium* praefectum urbi fuisse a. 470 dubitanter coniecit.

7119 in lamina aenea litteris argenteis; rep. in columbario in principio viarum Appiae et Latinae intra moenia Aureliana annis circiter 1731—1733 FIC. [fuit Romae apud Ficoronium].

ab una parte	in parte aversa
SALVO D N	PRAEFECTVS
SPECLOSVS	VRBIS
PATRICIVS	TERTIO

Ficoronius in scheda ad Gorium missa cod. Marucell. A, 6. A Ficoronio videtur habuisse etiam Mur. p. 266, 4 qui tamen titulum partis aversae omittit (v. 1 puncta ubique; v. 2 SPECIOSVS); inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 15.

In parte aversa v. 1 PRAEF tantum fuisse puto; in fine num re vera TERTIO fuerit incertum est, expectaveris FECIT.

Speciosus patricius aliunde ignotus est neque videtur componi posse cum iis qui saeculo V praefecturam urbanam tertium gesserunt. Ceterum non est quod dubitemus, quin tessera genuina sit.

7120 lamella aenea quadrisngula praecedentibus maior et fortasse non eiusdem generis (a. 0,032—0,033, l. 0,034—0,036, crassa 0,001; a parte sinistra perforata est) Romae empta, litteris ex argento incrustatis [Romae apud Lovattium antea, iam Perusiae apud Guardabassium].

IVSTINIAN
❦ V C PREFE
CTI VRVIS

Descripserunt Lovatti, Bormann, Ioannes Schmidt, ego contuli ad ectypon. Ed. Schmidt in *Bull. d. Inst.* 1879 p. 169. C. I. L. VI 32006.

Iustiniani v(iri) c(larissimi) prefecti urvis. — Iustinianus praefectus urbis Constantinopolitanae a. 474, quem novimus ex lege Cod. II tit. VII, 16, num idem sit incertum est.

7121 lamella aenea quadrata, litteris argenteis pendens gr. 3,15 GARR. [mus. Kirch. vet.].

ab una parte	in parte aversa
A C A	PRO
C + I	CON
	SVL

Brunati mus. Kirch. p. 102 n. CCXXXVIII ordine inverso. Garrucci apud Fiorelli *annali di numism.* I p. 204 n. 17 (in parte aversa PROCON | SVL) et iterum in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 58.

Similis est tabella aenea musei Britannici (ignotae originis; perforata est penditque 61 *grains* = gr. 3,95) inscripta

ab una parte	ab altera
BITA	PRO
L I S	CON
	SVA

quam Grueber a se descriptam mecum communicavit (nota in parte aversa Λ litteram Graecam).

Comparari potest etiam lamella aenea quadrata incertae originis in museo Britannico adservata inscripta (litteris ex argento incrustatis)

ab una parte	in parte aversa
T I B E	M E N A
R I A N I	T I S
PROC	P R E F

(descripsimus Grueber et ego; pendit 51, 7 *grains* = gr. 3,35), eadem fortasse quae prope Alghero in Sardinia reperta esse traditur et antea fuit in museo Taurinensi (cf. C. I. L. V 1084*, X 8072, 7).

7122 1 tesserula aenea quadrata litteris ex argento incrustatis [Romae apud privatum quendam].
2 tesserula eiusdem generis originis incertae; pendit gr. 3,76 [Berolini in mus. (*Münzcabinet*) ex coll. vet. regia].

ab una parte	in parte aversa
FRVN ENTI	V̄ L

Descripsi. — *Frunenti v(iri) l(audabilis).*

Tertium exemplum in oppido Kef repertum parum accurate editum est volumine VIII 10483, 1. — Nota in omnibus exemplis esse *Frunenti*, non *Frumenti*.

7123 tesserula aenea quadrata litteris argenteis; pendit *d(enari)* 3, *g(rani)* 3 (= gr. 3,67) SCHED. PROP. [Velitris in mus. Borgia].

ab una parte	in parte aversa
LAVR ENTI	V̄ L

Schedae singulares in bibl. Propagandae adservatae imaginem (ita et dedi); eodem modo Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 164, 5 manu aliena, addidit tamen Marini litteram *e* (= exscripsi). Raponi cod. Propagandae f. 67 ita: LAVR | ENTI et in parte aversu ⅂A (inde Marini l. c. p. 166, 46).

Laurenti v(iri) l(audabilis).

7124 1 tesserula aenea quadrata litteris argenteis, pendens *d(eneri)* 6 *g(rani)* 13 (= gr. 4,16) SCHED. PROP. [Velitris in mus. Borgia].
2 tesserula aenea quadrata litteris argenteis, pendens gr. 3,95 [mus. Kirch. vet.].

ab una parte	in parte aversa
SILB ANI	V̄ L

1 Schedae singulares in bibl. Propagandae adservatae imaginem. Raponi cod. Propagandae f. 37 (SILB | ANI; litterae V̄ L om.), inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 166 n. 43. — 2 Garrucci apud Fiorelli *annali di numism.* p. 204 n. 18, in parte aversa NA exhibens quod interpretatus est *n(umisma)* A.

Silbani v(iri) l(audabilis).

Tertium exemplum ex Algerio editum est in volumine VIII 10482, 2, nunc adservatur Londinii in mus. Britannico (ex coll. Blacas) ubi vidi (pendit 66 *grains* = gr. 4,28); quartum Clusii emptum ed. de Rossi in *Bull. d. Inst.* 1886 p. 125 (in hoc est SIL | BANI et V̄·L).

Eiusdem generis *tesserulae* quattuor (*a—c* editae sunt in volumine X 8072, 8—10; *d* Carthagine repertam ed. Muenter in *Archiv der Gesellsch. f. ältere deutsche Geschichtkunde* III p. 160 et IV p. 220 cum imagine ad p. 521, pendit *67 Gran* = gr. 4,08 ut videtur) inscriptae sunt.

a DIO CLES	V̄ L	*b* PVR PVRI	V̄ L
c RER PEC TI	V̄ L	*d* RAGI HARI	V̄ L

Similes sunt tres item quadratae et litteris ex argento incrustatis ita inscriptae

	ab una parte	ab altera
e	BASI LII	V C̄
f	[monogramma]	V C
g	[monogramma]	·V·C·

quarum *e* vidi Berolini apud antiquarium quendam (fuit antea Mediolani in coll. Caroli Morbio; pendit gr. 3,95) et plane respondet exemplo reperto Oristani C. I. L. X 8072, 6; *f* est in nummophylacio Berolinensi, reperta fortasse in agro Neapolitano cum antea fuerit in collectione Peytrignet (pendit gr. 4,08); monogramma legendum videtur *Leon(ti)*; *g* est in museo Britannico (pendit 58 *grains* = gr. 3,76), Grueber mecum communicavit.

Hic memoranda est etiam lamella aenea Salonitana (iam in museo Vindobonensi) litteris argenteis inscripta quam Mommsenus excepit sic BAC | AVD | AP̄V̄ *Bacauda* (vel *Bagauda*) *p(erfectissimus) v(ir)* (cf. Sacken et Kenner *die Samml. des k. k. Münz- und Antikencabinetes* p. 288 n. 695).

TABELLAE IMMVNITATIS
TITVLI IN LAMINIS SECVRICLATIS VEL IN DISCIS INSCRIPTI VARII ARGVMENTI

Composui hoc capite titulos in tabellis securiclatis vel in discis aeneis incisos, quorum nonnulli res quibus affixi vel appensi erant immunes esse significabant. Egit de his titulis de Rossi in *Bull. d. Inst.* 1877 p. 61 seqq., tabellarum partem appensam fuisse coniciens *ai finimenti dei cavalli di servigio personale dei principi e delle principesse della casa augusta, delle vergini Vestali massime, degli alti dignitari e delle amministrazioni pubbliche, che godevano di quella immunità* (*della* collatio equorum). Ad immunitates indicandas inservierunt tabellae n. 7125—7130, quarum prima, si recte titulum interpretatus sum, rei cui affixa erat *it(um)* *immunem* permittebat. Aliae nomina virginum Vestalium exhibentes immunitatem *in iugo* indicabant, appensae scilicet erant, ut putat Rossius, equorum ornatui, qui ita a collatione equorum immunes esse significabantur. In aliis in quibus occurrunt vocabula *massa, praedia, f(undus?), pecora, pecor(arius)* immunitatis quidem mentio non fit; sed cum rerum dominium accurate indicent, eas quoque ad vacationem quandam significandam pertinuisse veri est simillimum. Huc quodammodo pertinent, quamquam non omnes eiusdem generis sunt, etiam reliquae tabellae usque ad n. 7149 in quibus memorantur Augusti pondera vel sacra moneta urbis Romae vel statio Augusti cuiusdam, varia denique officia ad administrationem spectantia.

Posui in fine titulos nonnullos naturae minus certae Augustarum vel virorum clarissimorum nominibus insignes, quorum plerique rerum dominium videntur enuntiare, titulos ad rem militarem spectantes, unum denique ad gladiatoris armaturam pertinentem.

Cum titulis initio huius capitis compositis apte comparantur tabella aenea securiclata Africana cui inscriptum est *Fl(avi) Xysti ex p(rae)p(osito), le(ge) et recede* (C. I. L. VIII 2765, ubi intellegitur *ex primo pilo*) et discus aeneus ad Aquas Statiellas repertus C. I. L. V 7506 inscriptus *Ex comitatu imp(eratoris) Domitiani Aug(usti) Germanici* (quibus verbis ab altera manu postea additum est *ab aquis Statiellis*).

7125 tabella quadrata (a. 0,09, l. 0,088) novies perforata [mus. Kirch. vet., sign. n. 504].

IVKIAE AV
G DOMINAE
MATRICAS
ITIMVNIS

Descripsi. Brunati mus. Kirch. p. 19 n. XXV. Ad apographum Kiesslingi C. I. L. VI 2149. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* n. 504. Huebner exempla n. 919 imaginem.

V. 4 init. T Brunati, T T Kiessling; in lamina est IT certae lectionis.

Iuliae Aug(ustae) dominae matri vel matri(s) cas(trorum); it(us) imunis.

7126 tabella securiclata utrimque perforata (a. 0,105, l. 0,134) Romae rep. [in bibl. Vat. (*museo profano*)].

FLAVIAE·
PVBLICIAE
V̄ *circulus lineis transversis sectus* V̄
MAXIMAE
INMVNIS·
IN IVGO

Contuli ad ectypon quod mecum communicavit Stevenson. Ad apographum de Rossii C. I. L. VI 2147 ubi vide auctores.

Flaviae Publiciae v(irginis) V(estalis) maximae; immunis in iugo. — De aetate Flaviae Publiciae (saec. III medii) cf. Lanciani in *Not. d. scavi* 1883 p. 450 seqq.

7127 tabella securiclata (a. 0,065, l. 0,10; ansa sinistra perforata est) rep. a. 1735 in agro Tusculano in fundo cui nomen *Prata Porcia* [mus. Kirch. vet., sign. n. 502].

CALPVRNIAE
PRAETEXTAT
V̄ ⊛ V̄
MAXIM*ae*
IMMVN*is*

Descripsi. Minus accurate edita est in huius corporis voluminibus VI 2146 et XIV 4120, 1, ubi vide auctores. Adde: de Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* n. 502; Huebner exempla n. 920 imaginem. Cf. Lanciani in *Not. d. scavi* 1883 p. 455.

Calpurniae Praetextat(ae) v(irginis) V(estalis) maxim[ae], immun[is].

7128 tabella securiclata et utrimque perforata (a. 0,04); *la comprò il sig. abb. Sterpini dal sig. Figaroni ... alli 2 di Luglio 1713* GHEZZI; apud episcopum Petrensem MARINI [nunc imminuta in mus. Kirch. vet., sign. n. 503].

SOSSIA*E*
MAXIM*AE*
V̄ *V*

Descripsi (desunt litterae quas inclinatas dedi). C. I. L. VI 2148 ubi vide auctores (Brunatius addit in fine vocabulum IMMVNIS quod in tabella nunquam fuit); adde de Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* n. 503.

7129 discus ad instar nummi factus [Romae in mus. cardinalis de Carpinea (iam in mus. Vat. VISC.)].

circa protomen virginis Vestalis dextrorsum
BELLICIAE MODESTE
in area hinc et inde
V V

Fabretti de columna Traiani p. 167. Fil. Buonarruoti *osserv. sopra alcuni medaglioni* p. 406 sq. et tab. XXXVI, 1. E. Q. Visconti *mus. Pio-Clementino* (ed. Madiol. 1819) III p. 229 (cf. p. 97) et tab. (adiuncta) II n. 3.

Disculum hunc imaginem nomenque virginis Vestalis exhibentem, quem nummi quasi quoddam genus esse putaverant editores, eiusdem generis esse existimo atque tabellas quae praecedunt, inclusum scilicet vel affixum eum fuisse coniciens alicui rei ad significandam immunitatem.

Aetatis fere Traiani sibi videri adnotavit Buonarruotius.

7130 tabella securiclata superne perforata (a. 0,039; l. 0,049, cum ansis 0,092); Pompeiis repertam esse adnotatum est in inventario ms. musei, temere [Berolini in mus., n. 1936a (*aus dem Nachlass des Prof. Rösel 1844 erworben*)].

B · AED
IMMVNIS
CARBO

Descripsimus. Friederichs *Berlins ant. Bildw.* II p. 285 n. 1936*a*.

V. 2 haud scio an ab altera manu incisus sit. Collato titulo C. I. L. VI 4222 in quo est *... Aug. lib. Bathyllus aeditus templi divi Aug(usti) [e]t divae Augustae quod est in Palatium, immunis et honoratus* intellegendum propono *B(athylli) aed(itui), immunis carbo* vel *carbo(narius)* tabellam plaustro adfixam fuisse putans, quo carbones vectabantur.

7131 tabella quadriangula (sed lineis incisis ad modum securiclatarum conformata) a parte sinistra perforata (a. 0,036, l. 0,075); Romae eam emit Fortnum Anglus [Londinii *British mus.*].

MASSA PONTIS
VERI ANTIO
corona CHI ET PAR *ramus palmae*
TENI V·V·C·C
EX·P·P·S C

Descripsi (v. 5 inter EX et P signum parvum C vel G litterae simile num fortuitum sit incertum). Ed. Henzen in *Bull. d. Inst.* 1865 p. 115 imaginem addens. Cecil Smith in *Classical review* III (1889) p. 285. C. I. L. VI 31946.

Massa (= *de massa*) *pontis Veri Antiochi et Parteni* (*duorum*) *v(irorum) c(larissimorum) ex p(rae)p(ositis) s(acri) c(ubiculi).* Siglas in fine positas interpretatus est Henzen l. c.

De vocabulo *massa* cf. C. L. Visconti in *Ann. d. Inst.* 1859 p. 227 seq. et quae adnotavi ad titulum sequentem. — Pons Veri, a quo massa cognominata est, ubi fuerit ignoratur. — *Antiochus v. c.* num idem sit qui a. 431 consul fuit cum Anicio Auchenio Basso incertum est.

7132 tabella securiclata (a. 0,05, l. 0,075; ansa dextra perforata est) a. 1733 rep. in effossionibus a Ficoronio in Caeliolo factis [mus. Kirch. vet., sign. n. 510].

PROBI·ET PRO
BES· NOSTRIS
DE MASSA CE
LLA BINARA

Descripsimus Kiessling et ego. Ficoronius in litteris die 7 Nov. a. 1733 Gorio missis cod. Marucell. A, 69 f. 56; inde Gori cod. Marucell. A, 77. Lupi Severae epitaphium p. 49 imaginem (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 2). Scarfò *lettera nella quale vengono ... dilucidati vari ant. monum.* p. 121 (in fine BINARIA). Mur. p. 1555 n. 10 ad apographum Contuccii, iterum p. 2013 n. 6 e Vulpio et Scarfò (inde Orelli n. 9867). Ios. Bagnolo in (Calogerà) *Raccolta d'opuscoli* XXIX (1743) p. 57*b*. Brunati mus. Kirch. p. 102 n. CCXXXVII. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* n. 510. C. I. L. VI 32033.

V. 2 NOSTRI·S Lupi, Mur. p. 1555, Brunati (adscribens 'sic'), Kiessling; punctum non adesse confirmavit Vaglieri qui a me rogatus tabellam recognovit.

'Tesseram hospitalitatis, qua muniti homines hospitium recipiebant in massa Cella Binaria' esse putat Muratorius (p. 2013), alii aliter titulum interpretati sunt; mihi videtur enuntiare, rem cui haec tabella affixa erat (puta equum vel plaustrum) fuisse *Probi et Probes nostr(e)s* et quidem *de massa* cui nomen erat *cella binara* = *vinaria*. Massa est fundus cum casa, cf. C. I. L. XIV 2934 *dari bolo ex massa Praenestina kasam cui vocabulum est Fulgerita*.

Sex. Petronius Probus (cos. a. 371) et uxor eius *Anicia Faltonia Proba*, cf. C. I. L. VI 1751—1756.

7133 *tabelluccia ansata di metallo* (ansae perforatae erant) [Romae apud Vescovalium].

IN HIS PREDIES · FL · STI
LIC · COMAGISF · VFRI
VSQ · MILIFAE

Amati cod. Vat. 9753 f. 38 (inde de Rossi inscr. christ. I p. 231 et C. I. L. VI 1793).

Nota T litterae formam peculiarem (F).

In his predies (= *praediis*) *Fl(avi) Stilic(onis) co(mitis) magist(ri) utriusq(ue) milit(i)ae* (ante a. 408). In tabella aliquid deesse cum non adnotetur, colore opinor adscribebatur cum *in his praediis* aliquid permissum aut vetitum aut locandum vel conducendum erat. — Cf. C. I. L. XIV 4015.

7134 tabella securiclata (a. 0,039, l. 0,077) [Romae apud Campanam antea, iam Parisiis in mus. *Louvre*].

FL·STILICHONIS
V·C·ET INL·COM·
corona ET MAG·VTRIVS *ramus palmae*
QVE · MILITIAE
F̄·FIMBRIANVS

Descripsi. Minus accurate: Fea *framm. di fasti* p. XCIX; *Catal. del mus. Campana, cl. II ser. VIII* p. 19 n. 20; C. I. L. VI 1732 (ad apographum meum 31914); Huebner exempla n. 923 imaginem.

Fl(avi) Stilichonis v(iri) c(larissimi) et inl(ustris) com(itis) et mag(istri) utriusque militiae; f(undus?) Fimbrianus.

7135 tabella securiclata (a. 0,054, l. 0,066) [apud Bianchinium antea, iam Parisiis in *cab. des médailles*].

FL · STILI
CHONIS · VI
RI INL · CO
MITIS ❧

Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 2310 (inde C. I. L. VI 31989).

7136 tabella securiclata (a. 0,040, l. 0,077 FIOR.) in parte aversa manubrium habens; locus non indicatur (apud Maccium praecedit 'in ecclesia s. Pauli') [Velitris in mus. Borgiano antea, iam Neapoli in mus.].

FL · STILL
ICONIS
·V·C·COM

Descripsi. C. I. L. VI, 1734 ubi vide auctores. Adde: Raponi cod. Propagandae f. 25; Cat. musei Borgiani in *Documenti ined.* cet. I p. 298 n. 471 (*col nome di Stilicone, edita dal Fabretti*, errore); Huebner exempla n. 994 imaginem.

Fl(avi) Stiliconis v(iri) c(larissimi) com(itis).

7137 *laminetta di metallo per contrassegno di bestiame.*

PECORA · PROBINI · V · C

E catalogo rerum antiquarum Roma ut videtur allatarum (cod. bibl. Caes. Vindob. 9431) enotavit Mommsen.

Probinus v. c. aut consul est a. 341 Petronius Probinus, aut Anicius Probinus filius Sex. Petroni Probi et Aniciae Faltoniae Probae qui consul fuit a. 395.

7138 tabella securiclata utrimque perforata Romae rep. [Romae apud Franciscum Bianchini antea, tum Veronae in mus. Mosellio, iam in mus. publ.].

A ☧ ω
AD BASILICA APoS
TOLI PAVLI ET
D D D *NNN*
FILICISSIMI PECOR

Fr. Bianchini *camera ed inscr. sepulcrali de' liberti della casa di Augusto* p. 12; Mur. p. 1870, 8 cui misit Bianchinius, errore inter lapides sepulcrales (uterque v. 2 BASILICAM, v. 5 FELICISSIMI). Muselli antiquitatis reliquiae p. 59 et tab. CLXXXII imaginem (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172, 2). Ex praecedentibus de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 63 seqq.; ad ectypon gypseum a Milanio propositum delineata est ibid. 1878 tab. I, 5, cf. p. 67 seq. (= *Resoconto delle conferenze dei cultori di archeol. crist.* p. 58).

Ad basilica(m) apostoli Pauli et (trium) d(ominorum) n(ostrorum), Filicissimi pecor(arii).

Titulum a prioribus male intellectum de Rossi pertinuisse coniecit ad collare canis (*bull.* 1874 p. 65), cum tabellis equorum immunitatem significantibus composuit Milani apud de Rossi *bull. arch. crist.* 1878 p. 67 assentiente Rossio.

Tres dominos nostros esse Valentinianum II, Theodosium, Arcadium, qui a. 386 basilicam Pauli apostoli ampliore forma aedificare coeperunt, monuit de Rossi *bull.* 1874 p. 64.

7139 in duabus tabellis securiclatis (ansae perforatae sunt) fractis, una repertis in Tiberi (altae sunt 0,034) [apud me].

a	b	
AVG	VSTI	litt. bonis
PONI	IDERA	(saec. I)

fuit latine in utraque

AVGVSTI
PONDERA

Descripsi.

7140 tabella securiclata (ansa dextra perforata est) [Romae apud Capranesiom].

D D N N SACR
OF A MONETA V II
RBIS ROMAE ❧

Amati cod. Vat. 9797 f. 69; inde auctore non nominato nec satis accurate Garrucci in *Civiltà cattolica, vol. V ser. X* (1878) p. 349. Memoratur in *Bull. d. Inst.* 1877 p. 82.

(Duorum) d(ominorum) n(ostrorum), sacra moneta urbis Romae; of(ficina) (secunda).

7141 discus aeneus (diametri digitorum $2^3/_4$) circa marginem duodecim circulis exornatus et inferne manubrium habens bis perforatum; de origine non constare, sed veri simile esse ex urbe esse allatum dicit HVEBNER. Est sine dubio lamina in agro Perusino reperta (*lamina di metallo trovata alla Fratta terra di Perugia, esistente presso il sig. Giuseppe Bertanzi* CARD., de forma nihil tradens), eadem opinor quae postea Romam pervenit ad Basseggium antiquarium, apud quem vidit Amati (*bronzo negletto ed anzi sospetto !!! presso il sig. Basseggio; sull' assicurazione mia di autenticità e grande rarità fu acquistato dal dotto inglese sig. Bonale* AM.) [Edinburgi in mus.].

DE · STATIONE
C · CAESARIS
AVGVSTI

Descripsit Huebner Edinburgi (ita ut dedi). Cardinali *iscr. ant. inedite* p. 41 n. 201 cf. p. 48 cui dedit Vermiglioli (v. 1 DE-STATIONI). Amati cod. Vat. 9739 f. 79 (v. 2 C·CAESARIS). *Memoirs illustrative of the hist. and antiq. of the city and county of York, communicated to the annual meeting of the arch. Inst. held at York July 1846, London 1848* (liber inscribitur etiam *Proceedings of the archaeological Institute, York 1846*) p. 8 uno versu. Huebner in *Monatsber. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin* 1868 p. 91 (hic prima littera versus 2 reliquis maior).

Recepi titulum originis non urbanae propter sequentem. — Titulus enuntiabat, rem cui tabella affixa erat fuisse de statione (= mansione) quadam C. Caesaris Augusti, pertinuisse scilicet ad cursum publicum; vide quae adnotavi ad titulum sequentem.

7142 discus aeneus (diam. 0,090 FIOR.) quater perforatus et in parte inferiore manubrio vel aculeo instructus ad infigendum; *ritrovata a Frascati 1756* VENVTI (in anno certe errans; videtur esse reponendum 1736); Romae fuisse dicunt VETT. MVR. ODER. [Neapoli in mus.].

ab una parte

THOANTIS
TI · CAESARIS
AVG
DISPENSATORIS
AB · TOBIS

ab altera

DE
STATIONE
CAESARIS · AVG ·
TABELLARIS
DIPLOMARI
DISCEDE

Contulit nuper mea causa A. Sogliano. Est in huius corporis voluminibus VI 8655a, XIV 4120, 8, ubi vide auctores. Adde: Fr. Vettori in litt. d. 19 Iuli a. 1738 Gorio missis (ipse non viderat) cod. Marucell. A, 63; Aon. ms. societ. Columb. IV (1738) p. 198 et 139; Huebner exempla n. 919 imaginem.

In titulo Thoantis v. 5 AB · TOBIS scriptum esse, ut exhibent editores priores, confirmavit Sogliano adnotans *la pancia del B è erosa, ma chiara, e non lascia dubbio*; AB · TORIS excepit Mommsen; AB · TOPIS est in imagine apud Huebnerum qui adnotavit '*topis* non *toris* clare legitur in ectypo'. TOBIS errore scriptum esse pro TORIS certum videtur. — In titulo altero v. 3 ante CAESARIS vestigia extant incerta; priores auctores aliquid deesse non indicant, *t.* suppletum est in volumine VI, *ti.* in volumine XIV et ita suppleri posse affirmat Sogliano; malim *c.* ut est in tabella quae praecedit. V. 5 DIPLOMARE pro DIPLOMARI solus exhibet Huebner, non recte ut monuit Sogliano.

Titulos a diversis manibus exaratos esse diversis aetatibus manifestum est. Prior altero ut videtur vetustior et nequaquam cum eo coniungendus interpretatione non eget; posterioris interpretationes adhuc prolatae, quamquam omnes aliquid veri continent, non recte excogitatae sunt (cf. Morcelli de stilo inscr. I p. 491 seqq. editionis Patavinae a. 1819; Mommsen in *Hermes* I p. 344; Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* I p. 106; Desjardins in *Bibl. de l'ecole des hautes études* 1878 p. 72 seq.). Verum quidem est quod scripsit Mommsenus l. c. *der kaiserliche* tabellarius *ist selbstverständlich in erster Linie angewiesen auf den* cursus publicus; sed collata tabella quae praecedit, hoc titulo manifeste opinor comprobatur, tabellariis, quamquam diplomate munitis, interdum vetitum fuisse publicis vehiculis

uti. Duae enim tabellae eiusdem formae peculiaris et eidem sine dubio usui destinatae cum ita inter se differant, ut una inscripta sit solis verbis *de statione C. Caesaris Augusti*, in altera his ipsis verbis additum sit *tabellaris diplomari discede*, tabellariis ei quid video eis tantum vehiculis uti licebat, quibus tituli prioris generis affixi erant, vetitum erat vehiculo uti eo, cui affixa erat tabella de qua agimus. Verba quae tabellarium diplomarium, i. e. tabellarium diplomate munitum, recedere iubent vocandi casu enuntiata esse et pro usitatiore vocabuli forma *tabellarius* hic *tabellaris* usurpari recte vidit Marcellinus.

7143 discus (diam. 0,06) in parte aversa aculeo ad infigendum munitus [mus. Kirch. vet., sign. n. 509].

corona

·HECHI·
AVG·L·PRO·
A·LORICATA
EX·RATION
PECVLIA
RE

Descripsi. C. I. L. VI 8691 (in fine at) ubi vide auctores; adde: cod. Vat. (Galletti) 7935 f. 26; Vettori animadversiones in lamellam aeneam musei Victorii (Romae 1741) p. 7.

'Tabella distinguebat nescio quid portione ad rationem peculiorum' adnotavit Mommsen C. I. L. VI p. 1156.

7144 tabella ter perforata [fuit Romae apud Diamillam].

corona
lemniscata

G A M I
AVG·L·PROC
A LORICATA

Matranga communicavit cum Borghesio (*oeuvr.* VIII p. 125) ediditque in *Bull. d. Inst.* 1849 p. 34 u. 2, inde Orelli-Henzen n. 6342 et C. I. L. VI 8690.

7145 tabella securiclata (a. 0,077, l. 0,098 FIOR.) quater perforata [s. l. GHEZZI; apud Ficoronium MVR.; apud Vullursium VETTORI septem dorm., Romae in mus. Victorio VETT. animadv.; ex museo Veliterno Borgiano transiit in Neapolitanum ubi est adhuc].

corona
lemniscata

O R T H R I
AVG L PROC
A' LORICATA

flos

C. I. L. VI 8692 ubi vide auctores (exhibui ut est in delineatione Ghezziana); adde: Vettori animadversiones in lamellam aeneam musei Victorii (Romae 1741), in fronte operis; Raponi cod. Propagandae f. 49; Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla storia dei mus. d'Italia* I p. 296 n. 477.

De procuratore a *loricata* (in n. 7143 plenius dicitur *procurator a loricata ex ratione peculiare*), cum quo conferendus est *actor Caesaris ad Castor(es) et ad loricata ad auctoritatem* (C. I. L. VI 8686), vide quae adnotaverunt Borghesi in *Bull. d. Inst.* 1849 p. 38 seq. (= *oeuvres* VIII p. 125) et Mommsen C. I. L. VI p. 1156. Borghesius, quem secutus est de Rossi in *Bull. d. Inst.* 1677 p. 83, loricatam spatium esse coniecit 'loricae ambitu circumclausum ... continens feras' (cf. Ammian. XXIV, 5 § 2), melius Mommseno aedificium aliquod loricam habens, in quo rationes et instrumenta adservabantur.

7146 discus (diam. 0,066) in parte aversa aculeo ad infigendum munitus; litterae non uno sulco sed binis lineis incisae sunt. Ostiae MVR. contra auctorem [Berolini in mus. (e coll. vet. regia; a museo Bellorii LEVEZOW in inv. ms., nescio unde)].

corona
lemniscata

CLAVDI
O P T A T I
AVG·L·
PROC·PORTV·
OSTIESIS·

ramus palmae

Descripsimus (dedi ad apographum meum). C. I. L. XIV 163 ubi vide auctores. Adde: Huebner exempla n. 916 imaginem non satis accuratam. Cf. Philologus XXIX (1870) p. 76 adn. 116.

7147 discus (*borchia*) diametri 0,06 in parte aversa aculeum habens ad infigendum, in Tiberi rep. *alla marmorata*; litterae non uno sulco sed binis lineis incisae sunt [repos. therm. Dioclet., sign. o. 1 (7566)].

corona
lemniscata

CETHEGI
SCIPIONIS

Descripsi a. 1895. *Not. d. scavi* 1887 p. 115. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 176 n. 1907. C. I. L. VI 31964.

Cethegus Scipio certe non est Cethegus v. c. qui memoratur in titulo C. I. L. VI 1709 = 31907 (cf. etiam Amm. Marc. XXVIII, 1 § 16 Cethegus senator), cum pro litteratura discus saeculo II recentior non videatur.

Nota discum eiusdem fere formae et magnitudinis eodemque modo exornatum esse ac titulos procuratorum qui proxime praecedunt.

7148 lamina formae circularis (diam. 0,072 FIOR.) rep. *fra cementi gettati lungo il Tevere* [Velitris in mus. Borgia antea, iam Neapoli in mus.].

EVARISTI
ET·DROSI
MESSALLINAE
AVG·AB
ORNAI IS

C. I. L. VI 6953 ubi vide auctores. Adde: Raponi cod. Propagandae f. 51.

Euaristi et *Drosi Messallinae Aug(ustae)* (*servorum*) *ab ornam(ent)is*.

7149 *lamina di bronzo* (formae circularis) *con perno dietro in forma di chiodo per attaccare a muro o tavola* rep. ineunte a. 1815 in vinea quadam prope *la Colonna*.

ornamentum

NARCISI
TI·CLAVDI
BRITANNIC
I·SVPRA
INSVLAS

coronae inscriptum et videtur

Schedae Fea f. 184 imaginem. Est in huius Corporis volumine XIV 2769 ubi vide auctores reliquos.

7150 in tabella aenea [fuit Romae apud Fulvium Ursinum].

SVB·L·ARRVNTIO·STELLA
NAVIS·HARENARIA·QVAE
SERVIT·IN·AEMILIANIS
REDEMPTORE
L·MVCIO·FELICE

Fulvii Ursini in omnia opera Ciceronis notae (Antv. 1581) p. 91, idem in notis ad Varronem de r. r. lib. I c. II (p. 20 ed. Rom. 1587). In inventario rerum insigniorum Fulvii Ursini p. 164 (*Mélanges d'arch. et d'hist. de l'école française de Rome* IV 1884 p. 229) breviter memoratur ita: *Una tavoletta di bronzo* L·ARRVNTIO. Gruter p. 642, 2 qui accepit ab Ursino (ita ut dedi). Ex Ursino Tomasinus de donariis ed. 2 (Patavii 1654) p. 177, de tesseris hospitalitatis ed. 1 p. 12, ed. 2 p. 16.

Versibus aliter divisis et omissis 4. 5 Ursinus ad Cic. (Æ pro AE); versibus continuatis Urs. ad Varr.; MARCO pro MVCIO Tomas. de tess.

'Rein(esius) corrigit *oneraria* vel *annonaria*' adnotatum est in Gruteri editione altera, perperam; navis enim harenaria quae servit in Aemilianis intellegenda est de navi quae harenam ad varios aedificandi usus effossam vel ad vias muniendas destinatam vehere solebat ex harenariis ad Tiberim sitis in regione cui nomen erat *Aemiliana* (Aemiliana extra urbem quidem sita, urbi tamen coniuncta fuisse scimus a Varronis de r. r. lib. III, 2). *L. Arruntius Stella*, sub cuius cura L. Mucius Felix navem hare-

coriam redemerat, videtur esse consul suffectus a. 101.

Titulum plane singularem, quamquam solus Ursini fide stat, assentiente Mommseno inter sinceros recepi propterea potissimum, quod verba *noris harenaria quas servit in Aemilianis* vix aliunde petita esse possunt.

7151 lamina subtilis valde convexa (ita fere ut ovum dimidiatum), in parte aversa duobus aculeis instructa ad infigendum; rep. in fundo Amendoliano MELCH. [mus. Kirch. vet., sign. n. 507].

L D
INGENVIIS
QVI AD SVBFRA
C I A
. DESCENDVNT

Descripsimus Melchiorri (minus accurate), Kiessling (v. 1 om.; v. 3 QVIN pro QVI AD), ego. C. I. L. I 1492 (initio D D), Ritschl priscae Lat. mon. epigr. tab. II, L. Garrucci syll. n. 2273 (v. 1 L D; ubique A). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* n. 507 parum bene.

Initio v. 1 laminae fractura una videtur periisse littera quae potest fuisse L (superest tantum .).

'Fuit sine dubio collegii alicuius administrati a decurionibus, in quo ius suffragiorum soli ingenui habebant' adnotavit Mommsen. Cum Garruccio legendum esse puto *L(ocus) d(atus) ingenuis qui ad subfragia descendunt* (cf. Suet. div. Iulius 13 'cum mane ad comitia descenderet'); designabat scilicet titulus locum ingenuis collegii alicuius reservatum, in quo suffragia ferebantur.

7152 tabella securiclata (a. 0,043—0,045, l. 0,064; ansa dextra perforata est) [Romae REIN. 'ib(idem) in simili tabella lra neaPoen' (= litterata Neapolitana?) MAR. (praecedit tabella aenea Constantini Maximi apud de Aubry e Donio Barb. p. 609); fuit postea in mus. Borgiano, iam Neapoli in mus.].

D̄ N · EMILI
E MATER
NE TERM
ANTIE · N̄ · R

Descripsi ex ectypo quod mecum communicavit Sogliano (R in fine certissima est). Sirmond ms. Paris. suppl. 1417, 137. Gudius ms. 639, 3 qui vidit. Reinesius p. 327 n. LXIV ex ineditis Holstenii. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172 n. 9 manu aliena, sed accuratissime descriptam. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 298 n. 476. Mommsen inscr. regni Neap. n. 6789 qui descripsit. Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 88.

'Pertinet ad Thermantiam coniugem Honorii Aug. Stiliconis et Serenae filiae, sororem Mariae, quae prior Honorio nupta fuerat' Reinesius.

Litteris N̄ · R in fine positis quid subsit non video, nisi e errore scripta est pro P; in simili tabella Gallae Placidiae quae sequitur eodem loco est NP.

7153 tabella securiclata (a. 0,04, l. 0,07; ansa sinistra perforata est) [Romae apud Petrum Herc. Visconti ROSSI, iam in mus. *nazionale delle terme*].

D N GALLA
E · PLACIDI
AE · N P

Descripsit de Rossi (sine punctis). Ed. Vaglieri in *Not. d. scavi* 1894 p. 282.

D(ominae) n(ostrae) Gallae Placidiae n(obilissimae) p(uellae).

Galla Placidia est filia Theodosi I.

7154 tabella securiclata (a. 0,048, l. 0,080 FIOR.; ansam dextram desiderari significavit MAR.) [Velitris in] mus. Borgia antea, iam Neapoli in mus.].

A N I C H I
E V G E N I
BASSI VC

Raponi cod. Propagandae f. 25. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172 n. 13 qui descripsit. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 298 n. 465. Fiorelli *cat. del mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 435. Ex praecedentibus C. I. L. VI 31943.

V. 2 EVGENI Marini. — 3 BASSI · V · C Raponi, BASSI·VC Cat. Borg.

Anicios Auchenios Bassos novimus praefectum urbi a. 382 (cf. Tomassetti in *Museo ital.* III p. 508) et consules a. 408 (hic Eugenius pro Auchenio dicitur etiam in titulo C. I. L. IX 1364) et 431.

7155 in lamina aenea [Velitris in mus. Borgia].

A N I C I
BASSI VC

Cardinali in *Giorn. Arcad.* XI (1821) p. 231 n. XXXV = *iscr. ant. ined.* p. 54 n. 313, qui descripsit; inde C. I. L. VI ad n. 31943.

Vide ne sit tabella quae praecedit neglegenter excepta.

7156 tabella securiclata (a. 0,046, l. 0,10 FIOR.; ansa sinistra perforata est) [Velitris in mus. Borgia antea, iam Neapoli in mus.].

ANICI
PAVLINI · V̄ · C̄ ·

Descripsit Mommsen. Raponi cod. Propagandae f. 25 ita et dedi. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172 n. 14 qui descripsit. Cat. mus. Borgiani in *Documenti ined.* cet. I p. 298 n. 474. Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 26 n. 111, cf. p. 35. Mommsen inscr. regni Neap. n. 6790. Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 91. Huebner exempla n. 921 imaginem. C. I. L. VI 31944.

Anicius Paulinus v. c. aut Sex. Anicius Paulinus consul a. 325 est aut Anicius Paulinus (iunior) consul a. 334.

7157 tabella securiclata, quae rep. esse dicitur Tusculi (videtur fuisse ansata) [fuit Romae apud Alexandrum Castellani].

AINCIO *sic*
PROBO · V · C (monogram)
ET ANICIHE *sic*
PROBE C · F · *sic*

Ad apographum Henzeni, sed omisso monogrammatate, edita est C. I. L. XIV 4120, 2. Memoratur apud de Rossi *bull. arch. crist.* 1877 p. 60 (= *Resoconto delle conferenze dei cultori di arch. crist.* p. 16).

Aincio (errore scriptum pro *Anicio*) *Probo v(iro) c(larissimo) et Aniciae Probe c(larissimae) f(eminae).* Cf. supra n. 7132 et titulum sequentem.

De monogrammate ☧ cf. n. 5767.

7158 tabella securiclata (ansae alteri ansula adhaeret perforata), quam Iacobus Philippus Tomasinus a. 1642 dono accepit ab equite Cassiano a Puteo, quum ad infulas episcopatus Aemoniensis recipiendas se Romam contulisset VRS. (inter Tergestinas COD. VTIN., inter Istrianas CARLI, uterque errore) [Patavii apud Tomasinum].

ab una parte	ab altera
PETRONI	ANICIIS
PROBI VC	OLYBI ET
ET ANICIE	PROBINI
PROBE C F	V V C C

Sert. Ursatus monum. Patavina p. 236, III imaginem et p. 240 (inde Mur. p. 729, 9 parum accurate; Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172, 11 auctore non laudato; Furlanetto *ant. lapidi Patav.* p. 120 n. 113). Partem adversam tantum exhibent cod. Utinensis n. 4 omisso nomine PROBE (uno versu, puncta ubique et ANICIAE) et Carli *antichità italiche* III p. XLI n. XXV (fortasse ex collectaneis Polensibus Lavesarii) duobus versibus, puncta ubique et PROBAE (inde Vergottin *Pola* p. 46 et Kandler *iscr.* n. 266). C. I. L. VI 32032; cf. V 1063*.

Petroni Probi v(iri) c(larissimi) et Anicie Probe c(larissimae) f(eminae). — *Aniciis* (errore scriptum pro *Aniciorum*) *Olybi* (erratum pro *Olybri*) *et Probini* (duorum) *v(irorum) c(larissimorum).*

Nominantur in parte adversa *Sex. Anicius Petronius Probus* (cos. a. 371) et uxor eius *Anicia Faltonia Proba*, in aversa filii eorum *Anicius Hermogenianus Olybrius* et *Anicius Probinus*, qui a. 395 consules fuerant.

7159 'Albani lamella ex aere (securiclata et utrimque perforata) rep. 1793'.

PETRONI 'PROBI · V · C ·
ET ANICIE PROBE C·F

Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172, 12 cui dedit canonicus Lucidi.

7160 tabella quadriangula quater perforata e coemeterio Callisti; litterae non uno sulco sed binis lineis incisae sunt [Romae in mus. Carpineo FABR. BVON., Florentiae apud Phil. Buonarruotium GORI; iam in bibl. Vat. (*museo profano*)].

L O L L
I A N I
V·C·PRET
TRIVM
FALIS

Contuli ad ectypon quod mecum communicavit Stevenson (puncta post V C non cernuntur). Fabr. p. 706 n. 267. Sched. Buonarruoti cod. Maruc. A 43 f. 92 (inde Gori inscr. III p. 276 n. 411). Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 4 manu ipsius (inde a Borghesio communicatam Gervasio *iscr. di Mavorzio Lolliano* p. 23). Ex praecedentibus C. I. L. VI 32010.

Quattuor versibus distinctum Fabr., tribus versibus Gori; PR·ET Fabr., cod. Maruc., PRAET Gori.

Praetor triumphalis institutus a Constantino Maximo (cf. C. I. L. VI ad n. 1675); titulus igitur postea exaratus. Lollianus v. c. videtur esse *Q. Flavius Maesius Cornelius Egnatius Severus Lollianus Mavortius* (cf. C. I. L. X 1697) filius Lolliani Mavorti consulis a. 355 (C. I. L. X 1695. 1696).

7161 tabella securiclata paullum convexa (a. 0,058, l. 0,075); ansis ab utraque parte adhaeret ansula perforata (ansula dextra iam desideratur); (in lucerna aerea FABR., errore). Tabella antea catellis appensa erat lucernae aeneae ad quam tamen minime pertinet (manubrium quoque Christi monogramma inter litteras A et ω exhibens ab ipsa lucerna alienum est) [Romae apud Belloriam antea, iam Berolini in mus.].

NONI ATTICI
VC ET INLVS
T R I S

Descripsimus. Gudius ms. 383, 2 qui vidit. P. Santi Bartoli et Bellori *ant. lucerne*, parte III tab. 24, cf. p. 6 (inde Mur. p. 1918, 1 non bene; Garrucci *arte crist.* tab. 471, 4). Fabr. p. 676 n. 26. Friederichs *Berlins ant. Bildw.* II p. 187 n. 754. Huebner exempla n. 922 imaginem. C. I. L. VI 32023.

Videtur esse consul a. 397. Christianum eum fuisse statuit de Rossi inscr. christ. I p. 198 ex lucerna; sed neque titulum neque Christi monogramma ad lucernam pertinere supra monui.

7162 lamina quadrata (a. 0,040, l. 0,038) superne ansulam habens perforatam, Roma missa [Parisiis apud Caylusium antea, iam ibidem in *cab. des médailles*].

ab una parte
POLE
M I

ab altera
V C

Descripsi. Caylus *recueil d'antiquités* III p. 231 tab. LX n. 5. 6. Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 2321. C. I. L. VI 32034.

7163 lamella securiclata (loco non indicato CITT., Romae . . . . MAR. Vat. 9071).

POSTVMIANI·V·C
EX·PREP·PRET·
ET·FESTI·V·C·
TRIB·ET·NOTARI·
DE PRET·SOTERI
N·N

Cittadini cod. Marc. p. 71. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 3 et Vat. 9118 p. 30 n. 10 e schedis Barberinis nunc deperditis. Ex utroque de Rossi inscr. christ. I p. 376. C. I. L. VI 32035.

V. 1 POSTVMIANIVS pro POSTVMIANI·V·C Mar. — 2 PRAEF·PRAET· (corr. ut videtur in PRET·) Citt. — 5 DE PRAET·SOTERI Citt., DE PRET SASOTERI Mar. — Puncta non exhibet nisi post ET (v. 4) et NN Mar.

Indicatur rem cui tabella affixa erat fuisse *Postumiani v(iri) c(larissimi) ex pref(ecto) pret(orio) et Festi v(iri) c(larissimi) trib(uni) et notari de pret(orio); Soteri n(ostrorum)*, i. e. Postumiani et Festi servi, quod additur quomodo intellegendum sit non perspicio. Tribunus praetorianus commemoratur in titulo Stilichonis C. I. L. VI 1730, tribunus et notarius praetorianus in titulo Rufii Praetextati Postumiani ibidem n. 1761. Mommsenus melius fortasse intellegendum esse monuit *Postumiani v. c. ex pref. pret. et Festi v. c. trib. et notari; de pret(orio)* (i. e. *de villa* vel *massa*) *Soteri* vel *Soteri(ano) n(ostrorum)*.

Postumianus praefectus praetorio fuit a. 383. De Rufiis Festo et Postumiano genere iunctis et patrimonio communi utentibus cf. de Rossi l. c.

7164 discus aeneus inargentatus (diam. 0,117) et in media parte perforatus (*lamina di metallo giallo che ha servito per patera* BVON.) [Romae in mus. cardinalis de Carpinea antea, iam Parisiis in *cab. des médailles*].

aquila adversa fulmini insistens

milites quinque dextrorsum stantes, quorum prior est signifer; huius vexillum aper, infra id

LEG XX
V V

infra milites scriptum est
VTERE FELIX·

A V R E L I V S
C E R V I A N V S

milites quinque sinistrorsum stantes, quorum prior est signifer, huius vexillum capricornus, infra id

LEG SE
CVN DA
AV GVS

in disci parte inferiore:
canis leporem persequens, canis cervum persequens, leo, pavones duo, flos

Fil. Buonarroti *osserv. sopra alcuni medaglioni* p. XVII seq. et imaginem tabula paenultima. Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 1363 imaginem.

De monumento dixit Cagnat in *Revue archéol.*, 3e *sér.* XXVI (1895) p. 213 seqq.

Leg(io) (vicesima) V(aleria) v(ictrix) et *leg(io) secunda Augus(ta)* quae inde a Claudii expeditione in Britannia superiore permanserunt (cf. C. I. L. VII p. 5). Cervo in disci parte inferiore repraesentato cognomen *Cervianus* significari puto; *Aurelius Cervianus* idem videtur esse qui in lamina collaris n. 7188 dicitur *Aurelius* addito cervi capite et cuius domus Romae fuit in regione prima.

Exemplum simile, sed novicium ut videtur, Parisiis extat in eodem museo (cf. Babelon l. c. n. 1364 et Cagnat l. c. p. 220); verba adscripta sunt AVREIVS (sic) CERVIANVS, LEG·XX V, LE·SECVNDA, VTERE FELIX.

7165 'lamina orbicularis aerea [in parte superiore perforata] quae videtur ex bulla, ornamenti gratia apponi solita balteo vel armis affigi' [apud Menestrierum].

COH III PR
PRISCI
P·PONTI·PE
VANI

Donius Marucell. A, 188 f. 442 (ita ut dedi), minus accurate ed. p. 267 n. 151, qui vidit. E Donio (ed.) Mur. p. 845, 1.

7166 lamina longiuscula in disculum bis perforatum desinens [Romae apud Alexandrum Castellani antea, iam Londinii *British mus.*].

ab una parte	in parte aversa
]I · CLAVDI · PRISC[	M]IL COH · IIII PR · 7 PATERN[

Contuli ad ectypon quod misit A. S. Murray. C. I. L. VI 2541*a* ubi partis aversae tantum titulus exhibetur. Huebner exempla n. 215 imaginem.

[*T*]*i. Claudi Prisc*[*i*] *mil*(*itis*) *coh*(*ortis*) *IIII pr*(*aetoriae*) (*centuriae*) *Patern*[*i*].

7167 lamina aenea (a. 0,062, l. plus quam 0,11); a parte sin. perforata, a parte d. fracta est, sed nihil videtur deesse; litterae binis lineis incisae sunt [mus. Kirch. vet., sign. n. 506].

T · IVL IVSTI
TR · COH ·
VIIII PR

Descripsi. Parum accurate edita est in vol. VI 2709 ubi vide auctores. Adde: de Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* n. 506.

T. Iul(*i*) *Iusti tr*(*ibuni*) *coh*(*ortis*) *VIIII pr*(*aetoriae*).

7168 'ad oram ferreae cassidis; discimus urbanas cohortes ferratas fuisse' MAFF.; *in un bell' elmo di bronzo con buone lettere* MAR.; in margine inferiore cassidis aenei litteris graphio exaratis manu parum perita HENZ. [in mus. Barberino antea, iam in mus. Vatic. Gregoriano].

AVRELIVS VICTORINVS MIL COH XII VRB

C. I. L. VI 2904 ubi vide auctores.

7169 tabella securiclata et perforata (a. 0,031, l. 0,044) [mus. Vatic. Gregoriano.].

7
APICI
SEVERI

(litt. punctim scriptae)

Descripsi a. 1895. — (*Centuria*) *Apici Severi*.

7170 tabella securiclata (a. 0,038, l. 0,07) superne et inferne perforata (foramini superiori inserta est catella, inferiori anulus) Romae fortasse rep. [Romae apud Giacominium antiquarium antea, iam Parisiis apud Froehnerum].

ROMA
(arbor palmae) NIO (corona)
TREX

(litteris punctim scriptis)

Descripsi Romae. — *Romanio Trex* (= *Thraex*). Tabella eiusdem generis inscripta *ret*(*iarius*) *Secundi*(*n*) est in C. I. L. X 8071, 53 (*mus. Borbonico* IV tab. XXIX, 3 imaginem). Cf. etiam Huebner exempla n. 926 et p. 313.

COLLARIA SERVORVM ET CANVM FVGITIVORVM

De collaribus servorum fugitivorum et de laminis formae circularis vel quadrangulae iisdem affixis, de formulis in eorum titulis obviis, de locis et dominis in iis significatis, de aetate horum monumentorum (a Constantino fere usque ad Honorium) omnino conferenda sunt quae exposuit de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 41—67 (adde p. 159); exempla postea reperta idem commentatus est in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 286 seqq., 1892 p. 11 seqq., 1893 p. 186 seqq., vide praeterea Huelsen in *Bull. d. Inst.* 1891 p. 341 seqq.

Rossius titulos omnes (duobus exceptis n. 7199 *a. b*) servorum fugitivorum esse affirmavit contra Leonem Maxe-Werly, qui laminas formae circularis vel quadrangulae collaribus adfixas vel appensas maximam partem canum fuisse censuit (L. Maxe-Werly *collection des monuments épigr. du Barrois*, Parisiis 1883, p. 92). Certum est horum monumentorum exempla, quae neque servorum nomina enuntiant neque formulam exhibent *servus sum*, tam servos designare potuisse quam canes fugitivos, saepius fortasse canes quam servos. Accedit quod titulos si ita intellegimus difficultas tollitur quam Rossius his verbis significavit (*bull. arch. crist.* 1874 p. 42): *sembra molto strana contradizione, che mentre l'antica epigrafia cristiana studiosamente evita la menzione dei servi e della schiavitù . . ., sia stato quasi direi profanato il monogramma . . di Cristo, improntandolo sui collari destinati a contrassegnare i servi fuggitivi* (cf. etiam p. 58 seqq.). Nam Christi monogramma in titulis ad servos certo spectantibus adhuc non comparuit, sed occurrit tantum in exemplis servorum nominibus vel formula *servus sum* carentibus, quae canum plerumque fuisse veri est simillimum.

Titulos eo ordine digestos exhibeo ut praecedant qui aut fugitivorum nomina continent addito plerumque vocabulo *servus*, aut incipiant verbis *servus sum*, sequantur titulus in quo est *fugitibus so* et reliqui omnes formulam exhibentes *tene me* (*tene me quia fugi*, *tene me quia fugio*, *tene me ne fugiam*, *fugi tene me*) secundum nomina dominorum dispositi.

Loca ad quae fugitivi revocandi erant vel unde servi canesve affugerant in his titulis enuntiantur sic:

ad (aedem) Flora(e) ad To(n)sores
in regione quinta in area Macari
ad domu(m) Theodotenis
in clivo Triario
de domo pulverata
in Abentino . . . ad Decianas
ad mappa(m) aurea(m) in Abentino
regione pr(i)ma
in via Lata (vel in bia Lata)
de r(egione) XII a(d) baliu(eum) Scriboniolum Rome
in basilica Paulli
in foro Martis
in Celimontio ad domu(m) Elpidii v. c.
in foro Traiani in purpuretica
a(d) dominicu(m) Clementis
in ar(e)a Callisti
in septis
ad domum (coronatam?)
de ortum Olibri v. c.

7171 lamina aenea folii hederacei fere formam exhibens et superne ansa munita; ubi reperta sit non traditur [locum non indicavit GORI, Eperies in mus. Fejérváry BULL. ANN.; idem aut alterum exemplum Liverpool in coll. Iosephi Mayer (fortasse ex coll. Fawcett)].

IVSSIONE
DDDNNNNE
QVIS SERVVM
ALIENVM
SVSCI
PEAT

Gori cod. Marucell. A, 3 a schedis autographis Stoschii. Imaginem exempli Fejervariani proposuit Braun in consessu Instituti (*Bull. d. Inst.* 1851 p. 129), ed. Henzen in *Ann. d. Inst.* 1853 p. 123 seq., *Mon.* 1853 tab. LI n. 8 (inde Orelli-Henzen n. 3264). Ex praecedentibus de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 49 et in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 289. Exemplum in Anglia adservatum descripsit Huebner (v. 2 punctum ante NE).

Iussione (*trium*) *d*(*ominorum*) *n*(*ostrorum*) *ne quis servum alienum suscipeat.* Formulam componunt Henzen cum decretis Valentiniani, Valentis, Gratiani a. 371 aut Valentiniani, Theodosii, Arcadii a. 389 (cod. Iust. VI, 1, 7. 8) de Rossi cum decreto priore, de servo fiscali cogitans.

7172 lamina aenea formae circularis (quater perforata); rep. esse traditur prope Velitras [Parisiis apud comitem Tyszkiewicz].

ASELLVS · SE
RVVS PRAEIECTI·
OPPICIALIS·PRAEFEC
TI ANNONIS·FORAS MV
RV · EXIVI · TENE · ME
QVIA FVCI·REDVC
ME · AD · PLORA
AD · TOSOR
E S

Dedi ad apographum quod a. 1891 dominus mecum communicavit. Ab Helbigio descriptam *Comptes-rendus de l'acad. des inscriptions, IV ser.* XIX (1891) p. 2 (inde *Revue archéol.* XVIII, 1891, p. 406). Ad ectypon Huelsen in *Bull. d. Inst.* 1891 p. 341 (puncta non nisi post ANNONIS, MVRV, EXIVI). De Rossi in *Bull. arch. comunale* 1893 p. 187 seqq.

V. 4 non ANNONIS in archetypo esse sed fortasse ANNONES probabiliter coniecit Huelsen (*Bull. d. Inst.* 1892 p. 312).

Asellus, servus Praeiecti officialis praefecti annon[e]s, foras muru(m) exivi; tene me quia fugi, reduc me ad (aedem) Flora(e) ad tosores.

De tonsorum statione ad aedem Florae prope circum maximum sita vide quae adnotavit Huelsen in vol. VI ad n. 31900.

7173 in collari aeneo, litteris punctim scriptis, originis fortasse urbanae; 'circuitu suo ac longitudine Romanum pedem unum ac dimidium aequat, altitudine vero unciam unam supra dimidiam' GORI [Prati in mus. Casottii cui donaverat Gorius acceptum a Leone Strozzi praesule, postea Florentiae apud Gorium].

ꓭVIIV TENE ME NE FACIA;

Gori inscr. II p. 145, 13 (= III p. 253, 418) ligno incisam, qui vidit (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 11); memoratur etiam in *Annale III* societatis Columbariae d. 11 Aug. a. 1737 ut refert C. Guasti in *Periodico di numism. e sfragistica* V, 1873, p. 93.

Lectionem a Gorio propositam *bulla tene me ne fugia*(m) adprobavit de Rossi (*bull. arch. crist.* 1874 p. 46) adnotans '*questa apostrofe non può riferirsi ad altro, che alla piastra* (i. e. ad laminam aeneam quam collari olim adfixam fuisse putat) *la quale indicava a chi il fuggitivo apparteneva e doveva essere restituito. Le piastre adunque, delle quali ragiono, furono chiamate* bullae, *benchè fossero propriamente il contrario delle* bullae, *insegne d'ingenuità sul petto dei fanciulli*'. Lamellas has circulares vel quadriangulas fugitivorum collaribus adfixas bullas dictas esse a veteribus mihi persuadere non possum; intellegendum est sine dubio *Bulla* (sc. *sum* vel *dicor*, cf. n. 7176); *tene me ne fugia*(m).

7174 lamina aenea formae circularis; Romae apud Farnesios OVD., ex musaeo Farnesiano SCHED. BARB.

IANVARIVS DIC
OR SERVVS · SVM · DEX
TRI EXCEPTORIS · SENA
TVS · QVI MANET IN RE
GIONE QVINTA IN A
REA MACARI ❦

Cod. Barb. XXX, 92 f. 166 (schedae anonymi quas Rossius credit apographum schedarum Ughellii, manu fortasse Holstenii) ita ut dedi (nisi quod v. 3 EXCERTORIS); inde Fabr. p. 521, 364 (v. 3 EXCEPTORIS; puncta post DICOR ubique), a quo Orelli n. 2831. Gudius ms. 1131, 3 (quinque versibus distributum et omisse palmula) ex Reinesio apud quem titulus non extat. Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 50 adn. 2.

Ianuarius dicor, servus sum Dextri exceptoris senatus, qui manet in regione quinta (*Esquilina*) *in area Macari.*

Exceptorem senatus esse notarium qui acta senatus excipiebat monuit de Rossi l. c.; *area Macari* in hoc tantum titulo memoratur.

7175 in collari aeneo [Florentiae in mus. (*Uffizi, sala dei bronzi*)].

MINERVINVS · PVG · ITALICI · MIL · TESS · COH · XII · VRB·

Descripserunt Bormann (ita ut dedi) et Kiessling. Gori inscr. I p. 67, 185 tribus versibus distinctam (inde Mur. p. 479, 1). Lanzi in litteris ad Marinium datis 24 Febr. a. 1806 in cod. Vat. 9052. Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 45 et Huelsen in *Bull. d. Inst.* 1891 p. 342.

Omnes, praeter Bormannum, in fine exhibent VRB; signum parvum A litterae inversae simile interpunctionis signum videtur esse.

Minervinus fug(*itivus*) *Italici mil*(*itis*) *tess*(*erarii*) *coh*(*ortis*) *XII urb*(*anae*).

7176 in collari aeneo (diametri circiter 0,12; lamina alta est 0,016) [Romae apud Bellorium antea, iam Berolini in mus., sign. n. 539].

PTRONIA TENE ME QVIA EVG(sic)|BI ET REVOCA ME AD DOMVA(sic)THEODOTENIS AD DOMNVM MEVM VITALIONE ❦

Descripsimus. Spon miscell. p. 300 qui exscripsit; inde ut videtur Fabr. p. 522, 366 tribus versibus distributum, a quo parum accurate Orelli n. 2830 (ad apographum Friedlaenderi correctum Orelli-Henzen p. 245).

PTRONIA, FVGI BIS pro EVGIBI (quod errore scriptum est pro *fugibi* = *fugivi*), DOMV ATHEODOTENIS, DOMINVM Spon (Fabr.), palmula in fine omissa. — In DOMVA ultimum elementum aut *m* est incohata, aut ortum est errore scalptoris qui incisis vocabulis *ad domu*(m) scribere coepit quae mox subsequuntur *ad domnum meum*.

P(*e*)*tronia* vel *P*(*e*)*tronia*(*nus*) (sc. *dicor*), *tene me quia* (*f*)*ugibi et revoca me ad domu*(m) *Theodotenis ad domnum meum Vitalione*(m).

7177 in collari aeneo [in mus. sacro bibl. Vat.].

SERVVS DEI FVGITIVVS (*illius*)

Descripserunt de Rossi et Stevenson. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 12 qui vidit. Ed. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 44, adnotans *poichè* Servus dei *fu nome proprio, credo che quello appunto sia stato il nome del fuggitivo.*

7178 in lamina aenea formae circularis superne perforata (aeneus circulus penes Achillem Maffeium STAT.; in collari aeneo penes Achillem Maffeium DON. ed.; Romae apud Farnesios GVD.; ex musaeo Farnesiano SCHED. BARB.).

Ach. Statius	Sched. Barb.	Gudius
SERV • SVM LEONTI SCRINS TENE ME NE FVGIĀ ET REVOCA IN CLIV O TRIARIO	SERVVS · S V M LEONTIS · SCRIN S TENE ME · NE FVGIA ET REVOCA IN CLIV O TRIARIO	SERVVS · SVM LEONTIS · SCRIN · TENE · ME · NE · FV GIAM ET · REVOCA ME · IN CLIVO · TRIARIO

Achilles Statius cod. Vallic. B 104 f. 187', inde Donius Neap. p. 558 (Barb. p. 603, a quo Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 14), ed. p. 104 n. 174 (hic v. 2 SCRINS, 3 FVGIA), a quo Mur. p. 479, 8. Cod. Barb. XXX, 92 f. 166 (schedae anonymi quas Rossius credit apographum schedarum Ughellii manu fortasse Holstenii), inde Fabr. p. 522, 363 (v. 2 SCRINI et puncta fere ubique). Gudius ms. 1181, 4 qui vidit. Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 50.

Serv(us) sum Leonti scrin(iarii) s(enatus?), tene me ne fugia(m) et revoca in clivo Triario.

Scriniarios senatus fortasse dictos esse eos qui acta senatus custodiebant coniecit Rossius (l. c. p. 50 in adn. 9). *Clivus Triarius* fuit in regione XII (piscina publica).

7179 in collari aeneo rep. a. 1692 in platea Cairoli sub ecclesia s. Mariae in caccabariis eodem anno dirutae (altum 0,019, longum 0,40).

SERVVs sVM DOMNI MEI scHOLASTICI V sP TENE ME NE FVÇIAM DE DOMO PVLVERATA

Not. d. scavi 1892 p. 23 neglecta fere litterarum forma. De Rossi in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 11 seqq. et tab. I imaginem.

Servus sum domni mei Scholastici v(iri) sp(ectabilis) cet. Nota M litterae formam. De Rossi l. c. p. 14 confert Scholasticum virum spectabilem comitem et castrensem sacri palatii, ad quem Theodosius II a. 422 legem dedit; sed num idem sit qui in collari nominatur ipse dubitat. De *domo pulverata* aliunde ignota idem disseruit p. 17 seq. coniciens, eam denominatam esse a vico quem item *pulveratum* dictum existimat (antiqui nominis memoriam Rossius mansisse putat in regione, quae medio aetate *Arenula* nominabatur, et in *vicolo del polverone* ad aedes Spada sito) neque longe afuisse a loco ubi collare effossum est; cf. tamen Huelsen in *Bull. d. Ist.* 1893 p. 260.

7180 in collari aeneo in duas partes fracto [Velitris in mus. Borgia antea, iam Neapoli in mus.].

SERVVS · SVM · V · D TENE || QVIA · FVGTO (sic)

Descripsi. Cancellieri *notizie del carcere Tulliano* p. 62 (V·P·TENES; FVGIO). Raponi cod. Propagandae f. 31 (V·D·; FVGIO). Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 13 qui vidit; inde de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 44. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* 1 p. 301 n. 558 ita ut exhibet Cancellieri.

Litteris V·D (signum quod praecedit et sequitur ornamenti causa videtur esse positum) nomen significatur eius, cuius erat servus fugitivus.

Servus sum V( ) D( ); tene (me) quia fugio.

7181 in lamina aenea formae circularis (*bulla di bronzo, diam. 0,058*) superne ansata a. 1884 prope Tolentinum rep. in fundo le *Grazie* ad viam Flaminiam; litteris aetatis labentis [Tolentini apud comitem Silveri-Gentiloni].

FVGITI
BVS SO REVO
CA ME IN ABEN
TINO IN DOMV
POTITI · V C
AD DECIA
NAS

A comite Silveri-Gentiloni descriptum *Not. d. scavi* 1884 p. 220; inde *Bull. arch. comunale* 1887 p. 266 et 293, ubi vide commentarium de Rossii.

Fugitibus so (= sum), revoca me in Abentino in domu Potiti v(iri) c(larissimi) ad Decianas (*sc. thermas*).

Nota formas *so* = *sum* et *in domu*. De loco egit de Rossi l. c.; idem confert Potitum v. c. vicarium urbis Romae a. 379. 381.

7182 collare aeneum rep. a. 1886 prope Frascati in sepulcro quodam; collum sceleti adhuc cinxisse traditur [apud comitem Tyszkiewicz antea, iam apud Augustum Dutuit].

TENE ME · ET · REBOCA ME APRONIANO PALATINO · AD MAPPA AVREA · IN ABENTINO QVIA FVGI ·

Ad apographum Henzeni ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 265 n. 2000 (ita ut dedi). Le Blant in *Comptes rendus de l'acad. des inscr.* 1887 p. 220. (W. Froehner) *collection H. Hoffmann* (Parisiis 1886) p. 162 n. 654 et *collection Auguste Dutuit* (Parisiis 1897) p. 45 n. 78, tab LXXV. Egit de hoc collari de Rossi in *Bull.* l. c. p. 289 seqq.

Tene me et reboca me Aproniano palatino ad mappa(m) aurea(m) in Abentino, quia fugi.

Palatinus aetate labente minister erat comitis sacrarum largitionum vel comitis rerum privatarum. *Mappam auream* Rossius l. c. p. 290 seqq. vicum esse putat situm in ea Aventini parte, quae proxima erat carceribus circi maximi.

7183 lamina formae circularis (ansa quae in parte superiore fuit desideratur); originis ignotae [Parisiis in *cabinet des médailles*].

TENE · ME ·
NE FVGIA · REVO
CAS · ME · REGIONE
PRMA · AVRELIO ·
caput cervi

Contuli ad ectypon quod misit Babelon. Babelon et Blanchet *cat. des bronzes antiques de la bibl. nat.* n. 2319 (v. 4 PR·MA).

Tene me ne fugia(m), revocas (pro *revoca* vel *revoces*) *me* (*in*) *regione pr(i)ma Aurelio*; cervi capite in fine tituli inciso cognomen opinor significatur *Cervianus*. Aurelius Cervianus idem esse potest qui nominatur in disco aeneo n. 7164.

7184 in collari (*di metallo* PASQ.) quod 'Romae ab hinc triennium' apud Laelium Paschalium vidit PIGN.

TENE ME QVIA FVGI ET REVOCA ME DOMINO MEO BONIFATIO LINARIO A ☧ Ω X

Delineationem exhibent litterae Laelii Pasqualini ad Peirescium datae die 6 Apr. a. 1602 (cod. bibl. Paris. *fonds français* 9530 p. 235), in fine A ☧ ·X· Item de visu Pignorius de servis (ed. August. Vindel. 1613) p. 21, ita ut dedi (inde Spon miscell. p. 300 omissis notis A☧ΩX; Mur. p. 479, 2 quinque versibus distinctum et omissa nota X). E schedis Barberinis Fabr. p. 522, 362 tribus versibus distinctum et omissis notis in fine positis. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 2 manu aliena (ita ut exhibet Muratorius, sed in fine A·☧ΩX).

Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 44.

7185 in collari aeneo rep. a. 1869 in via *Nazionale* ad angulum viae *Torino* in cuniculo quodam; litterae punctim scriptae sunt [Romae apud Lovattium antea, iam Perusiae in mus. Guardabassi].

TENE ME | FVGI CONCESSI SVM | CVIVSESTGEMELLIADPOLICLIV

Descripserunt Lovatti (ita ut dedi) et Bormann (verba post *Concessi* sic: SV | VINSESIGEMELLIAD·DLICLIP). Ed. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 45 (GEMELLIA exhibens).

Lectionis a Rossio l. c. propositae *Fugi, concessi, sum cuius est Gemellia concubina (?) Policli viri* . . . partem priorem correxit Huelsen in *Bull. d. Inst.* 1891 p. 342 (cf. de Rossi in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 13 adn. 1) legens *tene me, fugi; Concessi sum.* Reliqua fortasse intellegenda esse *cuius est Gemelli(ana)* (sc. domus) *ad Poli cliv(um)* coniecit Mommsen.

7186 lamina aenea formae quadriangulae (a. 0,03, l. 0,036) superne ansa perforata munita; ipsa lamina bis perforata est (in quodam plumbo quod e servi collo pendebat, Neapoli in museo Andreino MAB.; Florentiae apud Andream Andreinium in aeneo collari GORI vol. I; ex aere lamella quae collo fugitivi servi adfixa fuit vel ex eius collari pependit GORI vol. III) [Neapoli (tum Florentiae) apud Andreinium, deinde in mus Mediceum translata et ibidem adhuc].

TENE · ME QVIA ·
FVGIO ET · RE
VOCA · ME · IN
VIA · LATA · AD (litt. maior)
FLAVIVM
D M

Descripserunt Henzen et Bormann; contuli ad ectypon. Mabillon mus Italicum (ed. Parisiens. a. 1687) I p. 119 litteris cursivis et versibus non distinctis; inde Fabr. p. 522, 359 tribus versibus. Gori inscr. I p. 263, 49 (inde Mur. p. 479, 3) duobus versibus et adnotans non e plumbo sed ex aere esse, III p. 7 qui vidit.

In fine videtur esse intellegendum *d(ominum) m(eum)*.

Eiusdem laminae duo exempla ut videtur novicia ex aere extant, unum Parisiis in *cabinet des médailles* quod vidi (in mensuris et litterarum forma, magnitudine, dispositione plane congruit cum exemplo Florentino, sed desunt foramina duo ante et post FLAVIVM collocata; editum est inter genuina apud Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 2317 ubi adnotatur emptum esse a. 1810), alterum Sassari apud privatum quondam descriptum a Nissardio et Nisseno et editum in *Bull. arch. Sardo* 1863 p. 79 a G. Spano (*ci è sembrato molto sospetto*).

7187 lamina aenea formae circularis superne et inferne perforata [Romae apud cardinalem Barberinium antea, iam Parisiis in *cabinet des médailles* (empta a. 1810)].

TENE ME QVI
A FVGI ET REBOC
A ME IN BIA LATA
AD GEMELLIN
VMEDICV/

Donius Neap. p. 566, ed. p. 104 n. 172 (inde Mur. p. 472, 7) qui vidit. Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 2318 imaginem.

Tene me quia fugi et reboca me in bia Lata ad Gemellinu(m) medicu(m).

7188 lamina formae circularis quater perforata rep. prope Grottaferrata [Grottaferrata in mus. coenobii].

HILARIONIS
SO TENE ME ET REVO
CA ME QVIA FVGI DE R·
XII A BALN SCRIB
ONIOLVM ROME
A (corona lemniscata) ω

Imaginem ed. de Rossi *bull. arch. crist.* 1879 tab. XI, 1 (cf. p. 165) idemque de titulo egit in *Bull. d. Inst.* 1880 p. 10 seq. et in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 286 seqq.

Hilarionis so (= sum), tene me et revoca me, quia fugi de r(egione) XII, a(d) baln(eum) Scriboniolum Rome.

Balneum Scriboniolum aliunde ignotum esse, quia balneum fuit privatum, monuit de Rossi l. c. p. 288, coniecitque id pertinuisse ad Scribonios Libones, qui in agro Tusculano villam habuerunt.

7189 'lamina aenea (formae circularis), Romae olim apud Maffaeios' PIGN.

TENE ME Q
VIA FVGI ET RE
BOCA ME IN BASI
LICA PAVLLI
AD LEONE

Pignorius de servis (ed. Aug. Vind. 1613) p. 22 (ligno incisam) ex autographo Benedicti Aegii. Inde Donius Neap. p. 564 (Barb. p. 609); Licetus de lucernis (ed. Patavina a. 1662) p. 862; Spon miscell. p. 301; Fabr. p. 522, 360 (PAVLI pro PAVLLI; titulum tribus versibus distinctum exhibet, errore adnotans 'ipsum collarium ita in orbem inscriptum refert Pignorius de Serv.'); Mur. p. 479, 3; Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 6 manu aliena (v. 4 PAVLI).

Tene me quia fugi et reboca me in basilica Paulli ad Leone(m).

Basilicam Paulli non esse apostoli Pauli ad viam Ostiensem, sed Paulli Aemilii in foro, iam Pignorius p. 23 opinatus est, pluribus exposuit de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 66.

7190 lamina aenea formae circularis superne ansulam habens perforatam, rep. ut videtur in effossionibus a. 1872/73 in Caelio factis inter amphitheatrum Flavium et ecclesiam ss. quattuor coronatorum [Romae apud Innocentium antiquarium antea, tum apud Alexandrum Castellani].

ab una parte

✱ TENE ME ✱
ET REVOCA ME IN
FORO MARTIS AD
MAXIMIANVM
ANTIQVARI
VM

ab altera

TENE ME QVI
A FVGI ET REVO
CA ME IN CELIMON
TIO AD DOMV EL
PIDII V·C·
BONOSO ☧

Descripsit Helbig apud Innocentium. Ed. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 41 seqq. et tab. II imag. unde repetivi (inde *Bull. d. Inst.* 1874 p. 85). *Cat. de la coll. Alessandro Castellani* (pars Parisiis hastae subiecta) n. 316.

Titulum secundum recentiorem esse, scilicet saeculi IV exeuntis vel V ineuntis, antiquiorem alterum Christi monogrammata formae q. d. Constantinianae exhibentem, docuit de Rossi l. c. p. 52.

De antiquariis, i. e. librariis, egit de Rossi l. c. p. 52 seq. citans subscriptionem quae est in codice Apulei Florentino adservato *ego Salustius legi et emendavi Romae felix Olibrio et Probino u. c. cons.* (a. 395) *in foro Martis* cet., idemque p. 54 sq. exposuit, forum Martis saeculo IV nominatum fuisse forum quod antea appellabatur Augusti. — De regione quae dicitur *Caelimontium* et de *Elpidio v(iro) c(larissimo)* Rossius disseruit l. c. p. 56 sq., Elpidium eum esse posse coniciens, ad quem exeunte saeculo IV Symmachus epistulas scripsit.

7191 nummus Constantini magni aereus qui in altera facie abrasa ipsius imagine hanc inscriptionem habet, in altera Romulum et Remum cum Faustulo pastore et ficu ruminali DON. Neap. (cui dedit MENETREIVS); apud Claudiam Menestrier DON., COD. BARB., SPON; Romae apud equitem Potenum nummus magnus aereus . . ., inscriptio tribus circulis disposita principio arbitrario GVD.

TENE ME NE FVGIAM ET REVOCA ME IN FORO TRAIANI IN PVRPVRETICA AD PASCASIVM DOMINVM MEVM

titulus non recte scriptus est in . . ., ut incipiat in summa parte nummi et dextrorsum procedat linea tortuosa (*Spirallinie*)

Donius Neap. p. 564 (Barb. p. 609, inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 f. 171, 1), ed. p. 104 n. 173 (hic sex versibus distributum) cui dedit Cl Menetreius. Cod. Barb. XXIX, 148 manu Holstenii (?), litteris cursivis. Gudius ms. 1131, 2 qui vidit, tribus versibus distinctum. Spon miscell. p. 300 qui exscripsit. E schedis Barberinis Fabr. p. 522, 361 (inde Orelli n. 2832) quattuor versibus distributum.

FVGIĀ cod. Barb., Gud.; IN FORO TRAIANI PVRPVRETICA AD PASCHASIVM cet. Spon.

Purpureticam in foro Traiani hic memoratam porticum porphyreticam esse, cuius est mentio apud Vopiscum (Probus 2), docuit Huebner (de senatus populique Romani actis in *Jahrbücher f. class. Philologie, dritter Supplementband* 1857—1860 p. 569). Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 50 adn. 9.

7192 aerea lamella utrimque inscripta Romae apud Lael. Paschalinum PIGN.

ab una parte
litteris non ineleganter incisis PIGN.

TEN● E ME Q
VIA FVG ✱ ET REB
OCA ME VICTOR
I ✱ ACOLIT
O A DOMIN
ICV CLEM
ENTIS
☧

ab altera
litteris in summa velut nota
cultelli arcuatim neglegentius exaratis PIGN.

FVGI ● EVP
LOGIO EXO
PRF VRB
E ✱ /
coronae
inscriptum

Delineationes in litteris Laelii Pasqualini ad Peirescium datis die 8 Apr. a. 1602 (cod. bibl. Paris. *fonds français* 9539 p. 235). Pignorius de servis (ed. Aug. Vindel. 1613) p. 22 ligno incisas, ita ut dedi (inde Donius Neap. p. 564, Barb. p. 609; Licetus de lucernis p. 862 ed. Patavinae a. 1662; Mur. p. 479, 4 et 6). E schedis Suaresii Spon miscell. p. 301; e schedis Barberinis Fabr. p. 522, 365. — De titulis egit de Rossi *bull. arch. crist.* 1863 p. 25 seq., 1874 p. 159.

In titulo priore Spon et Fabr. exhibent v. 2 FVG· (ita est etiam in delineatione apud Pasqualinium), v. 4 omittunt interpunctionis signum; alterum ita: FVGI EVPLOGIO EX I PRF·VRB omissis signis in fine positis.

Titulus prior aetatis fere Constantinianae: *Tene me quia fug(i) et reboca me Victori acolito a(d) dominicu(m) Clementis.* — Titulus alter recentior (saeculi IV medii vel exeuntis): *Fugi Euplogio ex o(fficio) pr(ae)f(ecti) urb(i)* vel *pr(ae)f(ecturae) urb(anae).* — In titulo priore Rossius legit *reboca me Victori acolito a dominicu* (= *dominico*) *Clementis*; de vocabulo *dominicum*, i. e. basilica vel ecclesia, cf. eundem l. c. p. 26.

7193 lamina aenea formae circularis (diam. 0,059) quae superne ansata erat; Romae loco accuratius non indicato SPON, qui (errore ut videtur) collare esse dicit unica linea inscriptum [Londinii *British mus.* (fortasse ex coll. Sloane MVRR.)].

TENE ME NE
FVGIA·ET·REVO
CA ME AD DOMNVM
EVVIVENTIVM·IN
ARA CALLISTI

Descripsimus Mommsen et ego; apographum cum Helbigio communicavit etiam A. S. Murray. Spon miscell. p. 300 qui exscripsit, inde Fabr. p. 522, 367. Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1866 p. 94 et 1874 p. 50 adn. 1.

FVGIAM, DOMINVM Spon, puncta omittens.

Tene me ne fugia(m) et revoca me ad domnu(m) meu(m) Viventium in ar(e)a Callisti legendum esse censuit Rossius l. c. p. 50, aream Callisti aliunde ignotam eam fuisse existimans ove *il pontefice (Callisto) fu gettato dalla fenestra ed ucciso . . . a canto alla basilica di s. Maria in Trastevere* (*bull. crist.* 1866 p. 94).

7194 collare ferreum a quo pendet lamina aenea formae ovatae titulo inscripta [apud marchionem Alexandrum Capponi antea, iam in mus. Kircher. vet., sign. n. 508].

FVGI TENE ME
CVM REVOCV *sic*
VERIS ME · D̄M̄ ·
ZONINO ACCIPIS
SOLIDVM ·

Descripsimus Kiessling et ego. Maffei mus. Veronense p. CCLXII, 4 (inde Orelli n. 4319), v. 2 CVM REVOCA. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 5 manu aliena. Brunati mus. Kirch. p. 48 n. XCIX (puncta ubique). De Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 49. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 137 n. 508. Bruns fontes iuris (ed. 6) p. 320, 2.

De Ruggiero l. c. adnotavit *per la piccolezza del cerchio* (*diam. circa cent. 12*) *opiniamo .. che sia servita per un animale*; recte opinor, concordatque promissio exigua unius solidi.

Fugi, tene me; cum revoc(a)veris me d(omino) m(eo) Zonino, accipis solidum.

7195 in lamina aenea formae circularis superne perforata; Romae apud Franciscum Gothofredum cos., GVD., tum apud Fabrettium (Urbini in aedibus ducalibus non vidit MOMM.).

TENE
ME · QVIA F
VGIO · ET · RE
VOCA · ME ·
IN · SEPTIS

Gudius ms. 1131, 1 qui vidit. Fabr. p. 522, XXV (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 4).

7196 lamella aenea formae fere circularis superne ansulam habens perforatam [Romae in mus. sacro bibl. Vat.].

TENE ME NE FV
GIAM ET REVOC
A ME AD DOMVM
corona

Descripsit Stevenson adnotans *l'orlo a destra e sotto è consumato, ma non deve mancare molto.* Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 8 qui exscripsit (v. 3 DOMIN; coronam omisit et in parte inferiore mutilam esse significavit).

Tene me ne fugiam et revoca me ad domum.

Domus, ad quam fugitivus (canis opinor) revocandus erat, haud scio an accuratius significetur corona in fine tituli incisa, ita ut intellegendum sit *ad domum coronatam*; cf. collare n. 7179 in quo est *de domo pulverata* et laminam n. 7183 in qua cervi capite domini cognomen *Cervianus* significatum esse puto.

7197 in lamina ex osse (eburnea MAR. ROSSI, errore) vasis figuram referente; bis perforata est (in parte superiore mutilam esse dicit ROSSI, errore) [in mus. sacro bibl. Vat.].

TENI ME *sic*
NE FVGIA

Descripserant de Rossi et Stevenson. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 171, 2 qui exscripsit. De Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 47.

7198 lamina aerea MOMM. (est pars collaris) [Mediolani apud pictorem Rossium antea, nunc in Brera].

AD DOMINVM MEVM

Descripsit Mommsen.

7199 *a* tabella aenea quadriangula (a. 0,085, l. 0,043) superne ansata et perforata; litterae leviter incisae sunt, non uno sulco, sed binis lineis (tituli utriusque partis ab eadem manu exarati sunt) [Romae apud M. Antonium Sabbatinum antea (BVON. FABR. VIGN.), tum in mus. cardinalis Albani (MAFF.), iam Monachi in antiquario (huc pervenit *mit der Graf Thun'schen Sammlung aus Rom* HEFN.)].

b tabella aenea quadriangula (a. 0,071, l. 0,036) superne ansata et perforata Caylusio Roma missa; litteris rudibus (tabellam suspectam esse non adnotavi) [apud Caylusium antea, iam Parisiis in *cab. des médailles*].

a ab una parte	*a* ab altera	*b* ab una parte	*b* ab altera
CLODI	DE ORTVM	CLODI HE *sic*	DE HORT
HERMO	OLIBRI V C	MOGENIA	V OLYBRI
GENIAN	SVM PRE	NI · VC · EXP	V · C · PREFE
IVC EX PR	FECTI PR	REFECTO	CTI PRET
EFECTO	ETORIS N	VRBI · DE H	ORI SVM
VRBI DEO	OLI ME T	ORTVM IP	NOLI ME T
RTVM IP	ENERE	SIVS SVM	ENERE NO
SIVS	NON T	(monogramma)	N TIBI EX
SVM (monogramma)	IBI EX		PERET *sic*
	PEDET		

a Descripsimus Kellermann, Mommsen, ego; contuli praeterea ad ectypon quod misit W. von Christ (M N R litterae formas habent H N R). Fabr. p. 523, 369. Schedae Buonarruotii in cod. Marucell. A 43 f. 612. Vignoli de columna Antonini p. 325. 326 (inde Mur. p. 691, 2) qui exscripsit. Maffei mus. Veron. p. CCCXI, 1. 2 et in addend. p. CCCCLXXXVI ex schedis Blanchini (inde adversam tantum Donati p. 251, 6). Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 172, 3 manu aliena. Hefner *das röm. Bayern* ed. 3 p. 270 n. CCCXCIV et tab. V, 12 *a. b.* H. de Villefosse apud Borghesi *oeuvr.* X p. 247. Cf. de Rossi *bull. arch. crist.* 1874 p. 62.

b Descripsi. Caylus *recueil* VI p. 314 et tab. CI, 1. 2 imaginem (inde Orelli n. 4321). Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. nat.* n. 2316 imaginem. H. de Villefosse l. c.

In exemplo priore v. 1 CLLODI 'sic' Vign.; v. 9 SVM et infra O pro monogrammate Vign.; monogramma non satis accurate reddiderunt Fabr. (= Mar.), Hefn., omisit Maff. In aversa v. 10 PEDIET Hefn. (in tabula PEDET). — Puncta fere ubique posuerunt Maff. Mar.

a: *Clodi Hermogeniani v(iri) c(larissimi) ex prefecto urbi, de ortum ipsius sum* (monogramma nomen *Olybri* exprimens quod sequitur signum est Clodi Hermogeniani). — *De ortum Olibri v(iri) c(larissimi) sum prefecti pretoris* (pro praetorio); *noli me tenere, non tibi expedet* (pro expediet).

b: *Clodi He(r)mogeniani v(iri) c(larissimi) ex prefecto urbi, de hortum ipsius sum* (monogramma nomen *Olybri* exprimens). — *De hortu Olybri v(iri) c(larissimi) prefecti pretori sum; noli me tenere, non tibi experet* (pro expediet).

Nota in priore tabella *de ortum*, in altera *de hortum* et *de hortu* = *de horto*.

Tabellae collaribus appensae vel infixae erant canum hortos custodientium Q. Clodi Hermogeniani Olybri (cf. C. I. L. VI 1714) qui praefectus urbi fuit annis 369—370, praefectus praetorio Orientis a. 378—379. Nota signum Clodi Hermogeniani, quod in parte adversa monogrammate expressum et a nomine separatum est, in titulo partis aversae (paullo post primum exarato cum Olybrius praefectus praetorio factus est) loco nominis positum esse.

TITVLI RELIQVI SVPELLECTILIS AENEAE ET FERREAE

7200 disculus aeneus veluti nummus (diam. 0,012–0,014) Romae emptus, litteris extantibus [apud me].

ab una parte — in parte aversa

RAT — PAT

Descripsi. — *Rat(ionis) pat(rimonii)*.

7201 'in lamella aerea olim litteris argenteis inscripta'.

ab una parte — in parte aversa

ANT · AVG — FRV
LIB — N
II — LXI

A Lesleo descriptam Marini cod. Vat. 9131 f. 46 et *Arv.* p. 695 (hic neglectis litteris contignatis et v. 3 LI pro II). Inde Orelli n. 3360; Garrucci *piombi* p. 17 et *dissert. archeol.* II p. 86 (titulum partis adversae sic: ANT·AVG ‖ LIB·II).

Garrucci falsam esse putat *piombi*, pro genuina habet *dissert.*

Ant(onini) Aug(usti) lib(eralitas) II, fru(mentum) n(umero) sexagesimo primo interpretatum est Lesleus; *fru(mentatio) n(umero) sexagesima prima* intellegit O. Hirschfeld Philologi vol. XXIX (1870) p. 17. — Antoninus utrum Pius sit an Marcus, an Caracalla, an Elagabalus incertum est.

7202 Romae, in tabella aenea ut videtur (praecedit tessera n. 7119).

SALVO · AVG
FELIX
MATERNVS
CVM FILIIS

Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 173 n. 16 manu aliena.

Similes tituli occurrunt in gemmis et anulis. Cf. etiam C. I. L. XIV 2163.

7203 incisum in parte aversa nummi aenei maximi moduli Commodi imperatoris (in parte adversa M COMMODVS · ANTONINVS PIVS · FELIX·AVG BRIT circa protomen laureatam Commodi dextr.) ad modum pyxidis excavata [mus. Kirch. vet.].

ROMA

IVN MAI APR MAR FEB IAN
IVL AVG SEP OCT NOV DEC

Descripsi; exhibeo imaginem quam mea causa delineandam curavit Vaglieri. A parte dextra superest virgula (quondam mobilis) mensium index. Litterae sunt saeculi tertii.

Cf. C. I. L. X 8071, 23.

7204 *in una lamina* (sic esse videtur) *di bronzo sotto un priapo da portarsi attaccato al collo, 1750*; ubi fuerit non indicatur.

QVI · LEGET
LINGAT S ET CR

Scheda inter Guarnieriana, excerpta ut videtur ex Venutianis.

Quid sibi velit littera S in fine posita non video; fuitne LINGAT *e*? *Qui leget lingat* (subaudiendum me aut obscoenum quid) *et cr(epet?)*. — Mommsenus confert Catull. 98, 3. 4 intellegitque *lingat s(edem)*.

7205 'fibula ex flavo aere inargentata' [in mus. Victorio].

VIRTVS ❦ INAMOVIVET ❦

Gori mon. Liviae p. XXVII imaginem.

Virtus in animo vivet intellegit Gori; videtur esse potius *Virtus in amo(re) vivet*.

7206 in scalpro vel caelo aeneo in Tiberi rep. [Romae apud antiquarium quendam].

AEMILI · FAVSTI

Descripsit Helbig ediditque in *Comptes-rendus de l'acad. des inscr., ser. IV tome XIX* (1891) p. 228. 230 (inde *Revue arch.* 1891, XVIII, p. 407).

7207 discus aeneus (diam. 0,12) in parte aversa margine instructus alicui rei aptandus [Romae apud Alexandrum Castellani antea, iam Londinii *British mus.*].

·ꟻƎV · ꟻ · ⅃ · I⅃⅃A · ⅃ circulo ext. litt. magnis extantibus

in medio
⚓

Descripsi. Interpunctionis signa rotunda sunt. Signum in medio fortasse ancora est.

L. Alli L. f(ili) Vel(ina tribu?).

Ad speciem aeruginis discus non est urbanae originis. — Cf. Garrucci syll. n. 1999.

7208 *in molte bandelle di metallo fatte a cerniera in tre ordini . . . le quali servivano a porte piegatore, forse delle chiamate* quadriforea *da Vitruvio e* complicabiles *da s. Isidoro*; Ostiae rep. in effossionibus a. 1783 ab Ioanne Volpato institutis.

AN

Fea *relaz. di un viaggio ad Ostia* p. 43; inde Nibby *analisi* II p. 449.

7209 *bandella* ex aere Romae rep. [apud me].

BAB litteris magnis incisis

Descripsi.

7210 in fibula aenea (videtur esse potius id quod dicimus *Beschlagstück, applique*) in coemeterio quodam suburbano rep.

equus dextr. gradiens tabellae ansatae insistens cui inscriptum est

BARB
ARVS

Boldetti *cimiteri* p. 518 tab. IX n. 2 imaginem. — *Barbarus* nomen est equi.

7211 nummus aeneus RAP., *piccolo rotondo in rame con Bacco, baccanti e pantera* CAT. CARD. [Velitris in mus. Borgia OMNES praeter MAR., apud quem legitur 'ibidem in simili orbiculo' (praecedit 'Romae in mus. Vatic.')].

ab una parte

'duo figurae quarum una Fauni ludentis altera viri s. bestiae innixa, d. vas admovens tigri tigris'

ab altera

EVSEB
I · VIVAS CV
M · OMNIS · T
VOS ABE
ASAMO

litt. malis CARD.

Raponi cod. Propagandae f. 139 ita ut dedi. Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 174, 11 manu aliena, titulum solum exhibet. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 317 n. 26 EVSEBI·VIVAS tantum exhibet, neque aliter Cardinali in *Effem. lett. di Roma* III (1821) p. 383 n. 40 = *iscr. ant. ined.* p. 67 n. 483 e descriptione musei Borgiani mscr. Akerbladi et F. A. Viscontii.

Eusebi vivas cum omnis tuos (= *omnibus tuis*); quae sequuntur ABEASAMO quomodo intellegenda sint incertum est (*habeas amorem? aveas amor?*).

7212 in labro tubuli aenei in Porto Traiani rep. inter parietinas xenodochii Pammachi (*lungo m. 0,107, largo nel diametro interno m. 0,035 ed è velato da una sottile crosta di tartaro* LANC.) [iam in bibl. Vatic. (*museo sacro*) ex dono principis Torloniae].

FL·GREGORI·V·D ❦

Ed. Lanciani *acque e aquedotti* p. 268 n. 417 (in fine D·❦), cf. p. 363 seq. C. I. L. XIV 2010.
Fl(avi) Gregori v(iri) d(evoti).

7213 in labro tubuli aenei originis incertae [mus. Kircher. vet.].

FL·RVSTICI·V·H·❦ litt. brevis rubricae

Descripsimus. Lanciani *acque e aquedotti* p. 279 n. 499, cf. p. 363 seq.
Fl(avi) Rustici v(iri) h(onesti).

7214 in labro tubuli aenei (*tubo di bronzo, che non so di qual uso fosse, in cui nel labro, che esce molto in fuori, è il nome* cet. MAR.; *boccaglia di antico condotto palmato col nome nel largo orlo* CAT.) [fuit Velitris in museo Borgiano].

VETVRIAE·VERAE ❦ litt. optimae

Raponi cod. Propagandae f. 32 omissa palmula (inde Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 26 n. 123, a quo Lanciani *acque e aquedotti* p. 281 n. 519 inter fistulas plumbeas). Marini cod. Vat. 9125 f. 82 et *iscr. dol.* p. 518 ad n. 183. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 303 n. 608.

Tubulos hosce aeneos, in marginibus perquam latis inscriptos, calices fuisse a Frontino memoratos (§ 36: 'est autem calix modulus aeneus, qui rivo vel castello induitur; huic fistulae adplicantur. Longitudo eius habere debet digitos non minus duodecim, lumen [id est] capacitatem quanta impetrata fuerit'), ut voluit Lanciani (cf. *acque* p. 363), vix credo. Sufficit opinor exemplum musei Kircheriani — reliqua non vidi — duobus ferreis clavis decussatim perforatum, ut ad alium usum tubulos adhibitos fuisse statuamus.

7215 inscriptum coxae dextrae elephanti aenei (videtur fuisse vas), litteris ex argento incrustatis [antea Mantuae fuisse traditur, tum Mediolani fuit apud Cantonium, iam Berolini in mus. n. 8377].

GEREVENT
I·VINCAS

Descripsi. — *Gerevent vincas.* Videtur esse saeculi IV p. Chr.

7216 orbiculus aeneus (*borchia*) in parte aversa aculeum habens ad infigendum (*un sigillo* CAT., perperam) [Velitris in mus. Borgia antea, iam Neapoli in mus. n. 5485].

VA

equus ramum palmae in capite habens dextrorsum currens

CLAVCE

Descripsi (equus caelo incisus est, litterae punctim scriptae sunt). Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 304 n. 629 (CLAVGVA). C. I. L. X 8072, 20.
Va( ) Clauce (Glauce). — Cf. quae adnotavi ad n. 6258.

7217 'fibula ex aurichalco litteris levi manu insculptis' [in bibl. Vat.].

ab una parte GLYCERI ← ab altera VIVAS ← F

Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 174 n. 2 qui exscripsit.
Glyceri vivas f(eliciter).

7218 *balance ... avec poids et plateau; sur le balancier une légende au pointillé* [Romae apud Alexandrum Castellani antea].

HERMETIS
et les lettres PL *et* NT *en ligature*

Catal. de la coll. Alessandro Castellani (pars Parisiis hastae subiecta) n. 339.

7219 in lamina aenea quadriangula longiuscula, a parte sin. ansata (ut sunt tesserae gladiatoriae) in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

LVCRETI ANICETI

Descripsi. Litterae videntur fuisse incrustatae ex argento.

7220 in perpendiculo aeneo (in pondere FAB., errore) [Berolini in mus., n. 1194 (ex coll. Bartholdy)].

in parte superiore litteris punctim scr.
M·MVRCIVS·FELIX

circa ventrem litteris punctim scr.
MVRCI·FELICIS·CC[illegible]ISMA·

Descripsi (septem fere litterae post FELICIS in parte valde contusa positae lectionis sunt prorsus incertae). Panofka *mus. Bartoldiano* p. 55 n. 28 et Friederichs *Berlins ant. Bildw.* II p. 250 n. 1194, uterque priorem tantum titulum.

7221 'Romae apud Iosephum Lovatti, parva tessera aenea, in qua opere anaglypho sculptum est caput Medusae in media triquetra, cuius inter crura personae scaenicae visuntur adscriptis litteris his':

OCTA VA ACTI

Descripsit Henzen. — *Octava Acti?*

7222 in tabellis parvis aeneis formae quadriangulae (exemplum Vindobonense a. 0,016, l. 0,015, Berolinense a. 0,013, l. 0,018) [unum exemplum fuit Velitris in mus. Borgiano, alterum (idem quod antea Velitris fuit?) Vindobonae in mus. (*Saal* XIII, *Vitrine* 9, n. 303), tertium Berolini in mus. (ex coll. Bellorii opinor; *stammt aus Neapel* FRIED. nescio unde; locum non indicant COD. OTTOB. et GHEZZI)].

M P V litt. ext.

aerio in quo sunt duo rumigna

Descripsimus Huebner et R. Schneider exemplum Vindobonense, ego Berolinense. Exemplum Borgianum exhibent Raponi cod. Propagandae f. 37 inter pondera aenea (inde Marini inscr. christ. cod. Vat. 9071 p. 166, 43) et Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 298 n. 467 post M et P puncta addens. Exemplum Vindobonense est apud Sacken et Kenner *die Samml. des k. k. Münz- und Antiken-Cabinetes* p. 313 n. 1453 et in C. I. L. III 6017, 5. Exempli Berolinensis imago est in cod. Ottob. 3105 (*disegni di Pietro Santo Bartoli ed altri*) f. 77 quam repetiit Ghezzi in schedis Angelicanis (KK 15, 14) f. 29. Friederichs *Berlins ant. Bildw.* II p. 369 n. 1779 *l*, male.

7223 *a* *teca di bronzo per sigillo* in parte aversa ter perforata (de his thecis cf. *Bull. d. Inst.* 1862 p. 7) Romae empta [Perusiae apud Guardabassium].
b lamina argentea quadriangula (thecae operculum) Romae ut traditur rep. [Parisiis apud Blanchet].

	a		b	
litt. ext.	SAETTAES (litteris transversis)	caput viri barbati sinistrorsum	P caput Mercurii petasati dextr., pone caduceus	SAETTAES (litteris transversis)

a Descripsit Ioannes Schmidt, ego contuli ad ectypon. Ed. Schmidt in *Bull. d. Inst.* 1879 p. 169.
b I. A. Blanchet in *Revue numism.* 1898 p. 122 qui coniecit esse un *projet de monnaie*, perperam. Cf. C. I. L. II suppl. n. 6249, 5.

7224 *couverture de diptyque; plaque oblongue en bronze* (alta 0,17, lata 0,084) *incrustée d'argent*, Romae rep. [Parisiis in mus. *Louvre* (ex coll. Hoffmann)].

N V S

agitator stans adversus d. ramum palmae, s. flagellum tenens; a parte d. columella cum tribus ramis palmae, a parte s. agitator parvus flagello corripiens

F E C I

(W. Froehner) *collection H. Hoffmann* p. 135 n. 493 addita imagine; inde *Bull. des antiquaires de France* 1888 p. 211.
Tabella integra est.

7225 in lamella aenea (fractam esse puto) [fuit Romae apud Bartholdy (frustra quaesivi in museo Berolinensi)].

ND A C

Panofka *mus. Bartoldiano* p. 58 n. 70.

7226 in simulacro aeneo pugilis rep. ad viam *Nazionale* sub Quirinali [mus. *Nazionale alle terme*].

sub digito medio pedis sinistri — A litteris extantibus; in pede dextro — A· litteris incisis

Descripsi. *Not. d. scavi* 1885 p. 223. Helbig in *Ant. Denkmäler* I (1891) p. 2.

7227 insculptum coxae sinistrae equi aenei rep. in regione Transtiberina in *vicolo delle palme* [mus. Capit.].

L·I·XXIIX

Descripsi. Bruzza in schedis. Ed. Canina in *Bull. d. Inst.* 1850 p. 109 (ΩXXX·II, quas notas p. 110 legendas esse dicit N·XXIIX). Garrucci syll. n. 2263 (ita: L·IXXII). Helbig *Führer* I n. 609.

Notae L·I·XXVI quae leguntur in basi Herculi dicata C. I. L. I p. 556 (cf. de iis Henzen in *Bull. d. Inst.* 1862 p. 61 seqq.), quamquam his simillimae (cf. *Bull. d. Inst.* 1864 p. 10), naturae prorsus diversae sunt.

Helbig l. c. p. 473 sic interpretatus est: *Die Inschrift giebt den Raum* (loco primo) *an, in dem die Statue aufgestellt war, und die Nummer, welche sie in dem auf den Inhalt dieses Raumes bezüglichen Inventare führte.* Cf. tamen titulum sequentem.

7228 in statua aenea (Philippi V regis Macedoniae?) rep. sub Quirinali cum fundamenta fiebant theatro q. d. *dramatico* ad viam *Nazionale* [in mus. *Nazionale alle terme*].

in pectore litteris incisis:

L·VI·P·L·XXIIX

in femore dextro, litt. punctim scriptis:

AR

Descripsi. Notas in pectore sculptas *Not. d. scavi* 1885 p. 42 (initio L·VIS·). Le Blant in *Comptes-rendus de l'acad. des inscriptions*, ser. IV vol. 13 (1885) p. 40, male. Helbig in *Antike Denkm.* I p. 2 imaginem utriusque notae; *Führer* II n. 958.

Duas priores notas Helbigius (*Führer* l. c.) intellegit *loco sexto*, reliquarum interpretationem non temptavit.

Cf. titulum praecedentem.

7229 in disculo aeneo (diam. 0,018) Romae rep.; potest fuisse tessera [apud me].

ab una parte — CCCIↃↃↃ; in parte aversa — VII

Descripsi. Notae incisae sunt. In parte aversa numerus est 100,000.

7230 in scalpris vel caelis aeneis in Tiberi rep. [*a* apud Americanum quendam; *b* Romae apud antiquarium quendam].

a X↓ *b* X↓V

Descripsit Helbig edidítque in *Comptes-rendus de l'acad. des inscr., ser. IV tome XIX* (1891) p. 225—231 (inde *Revue arch.* 1891, XVIII, p. 407).

Numeri sunt XL et XLV.

7231 clavis ferrea (clavus ferreus KAIBEL, errore) rep. sub *monte della Giustizia*. '*Il suo ingegno in forma di cassettone chiuso da tre parti esibisce nel quarto lato in rilievo il nome*

ΑΠΟΛΛΟ
ΔΩΡΟΥ

scritto in lettere isolate e destinate a penetrare ciascuna di esse nel corrispondente foro della serratura'.

Not. d. scavi 1878 p. 56 (inde Kaibel inscr. Gr. Siciliae et Italiae n. 2419, 5).

7232 in tintinnabulo parvo aeneo Romae fortasse rep. [fuit apud Henzenum].

/ ЄΙϹΑΠЄѠΝ
ΝЄΟΦΥΤ ΝЄΙΚΑ

Bruzza in *Bull. d. Inst.* 1877 p. 84 (hic ΝΕΟΦΙΤ) et in Commentat. philol. in honorem Th. Mommseni p. 556. Inde Kaibel inscr. Gr. Siciliae et Italiae n. 2409, 1.

Bruzza intellegit Εἰσαπέων (agitatoris vel potius desultoris nomen) Νεόφυτ(ον) (equi nomen) νεῖκα (= νίκα); est sine dubio Εἰσαπέων, Νεόφυτ(ε) νεῖκα ut in sequenti Εἰσαπέων, Πρωτογένη νίκα et in anulo infra edendo *Isapore, Auguri nika*. Nomen quod est Εἰσαπέων (i. e. Ἰσαπίων, ut Σεραπίων cet., cf. Bruzza in Comment. l. c.) num recte referatur ad aurigam incertum est; agitatorum certe sunt nomina Νεόφυτ(ε), Πρωτογένη, *Auguri* vocandi casu enuntiata.

7233 rep. in agro Tusculano *un campanile metallo* [*di forma conica*] RICCY; parvum tintinnabulum BRUN. GARR. [in mus. Kirch. BRUN. GARR., ubi frustra quaesivi].

ǀ ЄΙϹΑΠЄѠΝ
ǀ ΠΡѠΤΟΓЄΝΗ ΝΙΚΑ

Riccy *mem. stor. di Albano* p. 110. Brunati mus. Kirch. p. 48 n. C (oblique Ϲ et omissis palmulis). Garrucci *graffiti de Pompéi* (Parisiis 1856) p. 41 ita ut dedi, idem in *Civiltà cattolica* 1877 p. 214 uno versu. Ex praecedentibus Kaibel inscr. Gr. n. 2409, 2.

Εἰσαπέων Πρωτογένη(ν) νίκα intellegit Bruzza (in Comment. philol. in honorem Th. Mommseni p. 556 seq.); est Εἰσαπέων, Πρωτογένη νίκα, cf. titulum praecedentem et quae ibi adnotantur.

7234 prope Albanum rep. *un metallo di figura conica da me donato al museo Borgia in Velletri, . . porta intagliata all' interno* cet. RICCY.

aquila adversa collo conversa tenens — ЄΥΤΡΟΠΙѠΝ

Riccy *mem. stor. di Albano* p. 109 (inde Garrucci in *Civiltà cattolica* 1877 p. 214), a quo Kaibel inscr. Gr. n. 2409, 3. Raponi cod. Propagandae f. 152.

Conferendi sunt praeterea tituli ΝΙΚΑ ΟΡΕΠΙ COI et ΕΥΠΛΟΙ ΕΥΤΥΧΙ qui leguntur in tintinnabulis argillaceis repertis in sepulcro quodam ad viam Praenestinam (Bruzza in *Ann. d. Inst.* 1881 p. 291. 298 seqq., Kaibel n. 2409, 7. 8).

CAPVT TERTIVM

SVPELLEX PLVMBEA

FISTVLAE VRBANAE ET AGRI SVBVRBANI

Titulos in fistulis plumbeis urbanis et suburbanis eo ordine digestos exhibeo, ut praecedant fistulae nonnullae notabiliores, veluti quae aedificiorum quibus destinatae erant nomina enuntient aut quae ad sodalicia vel collegia pertinuerunt. Ex fistulis quae sequuntur primum locum obtinent quae imperatorum nominibus signatae sunt vel quae ad domum Augustam spectant (his addidi consulibus notatas); secundo loco posui quae privatorum hominum nomina continent, fistulas scilicet eorum quibus aqua beneficio Caesaris concessa erat; tertio loco exempla in quibus supersunt tantum nomina plumbariorum, eorum scilicet qui fistulas fecerunt; quarto loco exempla dubiae interpretationis vel male excepta. In fine posui fistulas oppidorum urbi Romae finitimorum quas cum urbanis arte cohaerere certum est (quamquam his insunt nonnullae municipales), Ostienses scilicet et reliquas litoris suburbani, Gabinas, Tusculanas, Albanas, Lanuvinas, Veliternas, Praenestinas, Tiburtinas. Exclusi fistulas obvias in territoriis inde ab agro Veientano septentrionem et orientem versus (editae sunt in Corporis voluminibus XI et IX), quia cum urbanis suburbanisve cognationem vix habent; omisi etiam fistulas inde a territorio Tarracinensi meridiem versus repertas quippe quae omnes municipales sint (vide C. I. L. X; adde REIPVBL·TARRACINES CVR·VAL GENIALIS *Not. d. scavi* 1891 p. 234), item Puteolanas (una excepta n. 7835, 2 quae redit inter Veliternas) et reliquas agri Neapolitani (cf. C. I. L. X; adde *Not. d. scavi* 1893 p. 211).

De aquarum administratione aetate imperatoria in universum conferenda sunt quae exposuerunt O. Hirschfeld *Untersuchungen auf dem Gebiete der roem. Verwaltungsgeschichte* (Berolini 1876) I p. 161 seqq. et Lancianı *topografia di Roma antica, i commentarii di Frontino intorno le acque e gli aquedotti, silloge epigrafica aquaria* (Romae 1880) p. 308 seqq.[1]) (citavi Lanciani *acque*) fistularum titulos secundum ordinem topographicum dispositos exhibens p. 211—290 capite peculiari sui inscripsit *silloge epigrafica aquaria* (citavi Lanciani *syll.*). Ordo topographicus, quem secutus est Lancianius, cum a nobis varias ob causas retineri non potuerit, loca ubi fistulae repertae sunt in appendice topographica in fine voluminis edenda denuo componentur una cum locis ubi lateres tegulaeve effossa sunt aut adhuc extant in operibus.

De titulis primo capite compositis argumenti quidem varii, sed satis perspicuis omnibus, hic nihil dicendum est, cum suis locis quae habui adnotaverim.

De fistulis imperatorum nominibus signatis in universum haec monenda sunt. Nomen ubi perscriptum est, in fistulis urbanis et suburbanis passim secundo casu enuntiatur, in quattuor tantum sexto (aut tertio?) casu positum est (n. 7289. 7337. 7744. 7745); exempla in quibus primo casu occurrit (n. 7291. 7335. 7816, 2. 7824) omnia existimanda sunt parum bene excepta esse. Marinius secundi casus rationem ita explicandam esse censuit, ut in omnibus fistulis imperatorum nomina exhibentibus formulae subaudiendae essent *ex liberalitate* vel *ex indulgentia* aut *ex beneficio*, *ex auctoritate* (*iscr. dol.* p. 484, cf. p. 12) eiusque sententiam secutus est Lancianius (*acque* p. 382). Duae priores formulae re vera occurrunt in tribus fistulis non urbanis omnibus, quarum una Castronovano (n. 7772) inscripta est *ex liberal(itate) imp(eratoris) Antonini*, una Praenestina (n. 7879) exhibet *ex indulgentia d(ominorum) n(ostrorum) Severi Antonini et Getae Aug(ustorum)* LF (siglae incertae interpretationis sunt), una denique in Umbria reperta inscripta esse traditur *ex indulg(entia) d(omini?) Hadriani Aug(usti) L. Pindius Hospital(is) Sump(orus) s(ervus)*[2]) (Marini l. c. p. 485 n. 20); formulam *ex beneficio illius* in fistulis non obviam Marinius posuit ratione habita verborum Frontini (§ 105) 'qui aquam in usus privatos deducere volet, impetrare eam debebit et a principe epistulam ad curatorem adferre; curator deinde beneficio Caesaris praestare maturitatem'. Sed erravit Marinius cum formulas harum fistularum subaudiendas esse censuit ubicumque in fistulis nomina imperatorum occurrunt. Tres enim fistulas inscriptas *ex liberalitate* vel *ex indulgentia illius* non iis adnumerandas esse quas imperatorias dicimus, sed aut publicas fuisse aut privatas easque propter aquam ob peculiarem aliquam causam a Caesare concessam insolitis illis formulis signatas, extra dubium ponunt et verba Frontiniana modo relata et quae praeterea apud Frontinum saepius leguntur, ubi de aquarum distributione agitur 'erogabantur nomine Caesaris quinariae tot, privatis quinariae tot, usibus publicis quinariae tot' (§ 78 seqq., cf. etiam § 3 et 23). Omnem igitur aquam eam Caesaris fuisse constet, tituli fistularum 'Caesaris nomine' signatarum nihil aliud enuntiant quam rei dominium.

Harum fistularum longe plurimae referendae sunt ad aquarum partem eam, quae privatis usibus domus Augustae destinata erat; in his constanter fere post nomen imperatoris enuntiantur nomina magistratus eius (procuratoris plerumque), sub cuius cura aqua deducta est, et plumbarii qui fistulam fecit. Imperatoris mentio fit praeterea in fistulis nonnullis, omnibus fortasse ad publicam administrationem pertinentibus, scilicet in duabus quae aquam suppeditabant *Castris praetoris* (n. 7237. 7238) et in quibusdam inscriptis *stationis patrimoni* (n. 7294. 7315. 7341—7344) aut *stationis urbanae* (n. 7793. 7826), cum in aliis fistulis eiusdem generis Caesaris nomen non enuntietur (cf. n. 7239 seqq. ad Castra praetoria spectantes).

In fistulis imperatoriis optimae aetatis aut Caesaris nomen nude ponitur, aut nominantur Caesar et plumbarius; ut Tiberius solus occurrit in fistulis n. 7266 *a. b*, Tiberius et plumbarius in n. 7267. 7268. Etiam Claudius, qui 'primus videtur procuratorem admovisse' (Frontin. § 105), in exemplis huc usque repertis solus nominatur; procurator primum occurrit in fistula Neronis n. 7271. Domitiani et Traiani plurimae fistulae ad nos pervenerunt, haud paucae Hadriani, non multae reliquorum imperatorum usque ad Otaciliam Severam. Posterioris aetatis non tantum tradita est imperatoris nomine notata, eaque non omni suspicione carens (n. 7259).

Tituli fistularum Caesaris nomine signatarum, earum praecipue quae inde a Domitiano usque ad Severum Alexandrum in usu fuerunt, quamquam conformari solent ad formulam hanc *imperatoris illius, sub cura illius procuratoris, fecit ille*, in singulis tamen saepius variantur. Quae ut uno in conspectu ponerentur, laterculos subicere visum est, alterum procuratorum, alterum plumbariorum nomina cum formulis exhibentem.

[1]) Liber seorsum expressus est ex *Atti della R. Accademia dei Lincei, serie 3, memorie della classe di scienze morali, storiche e filologiche, vol. IV*, 1880.

[2]) Lanciani *acque* p. 205 *sump(tu) s(uo)* intellegit et fistulam suspectam esse putat.

Procuratores, magistratus reliqui, administrationes in fistulis imperatoriis et publicis enuntiantur sic:

in fistula	
Neronis	*sub Gnesio Aug. liberto proc.* (nisi corrigendum est *sub c(ura) Nesto(ris) Aug. lib. proc.*) (n. 7271)
Domitiani	*sub cura Alypi l. proc.* vel *Alypi proc.* (Tusculi n. 7818, Albani n. 7819; cf. etiam n. 7289)
„	*sub cura M. Arricini Clementis* (n. 7278)
„	*sub cura Bucolae l. proc.* vel *Bucolas proc.* (est Ti. Claudius Aug. lib. Bucolas, cf. C. I. L. XI 3612) (n. 7279. 7280)
„	*sub cur. Caec[inae] Pasti et Articulei Pasti et Nini Hastae* (n. 7281)
„	*sub cur. Daphni l. proc.* (Antii n. 7791)
„	*sub cura Entelli et Heronis proc. Aug. lib.* (Entellus Domitiano fuit a libellis) (n. 7282)
„	*sub cura Epagathi Aug. l. proc.* (n. 7283. 7284)
„	*sub cura Eutychi l. proc.* (n. 7285)
„	*sub cura Polydencis l. proc.* (n. 7286; in n. 7287 traditur *cura Polludeucis l. proc.*)
„	*sub cur. C....eti Aug. lib. procuratoris* (n. 7288)
„	*sub cura ..... proc.* (n. 7289; Albani n. 7820)
Nervae	*stat(ionis) patrimoni Aug(usti) n(ostri)* (n. 7294; titulus cum fistula Nervae videtur conglutinatus esse resarcinatione quadam)
Traiani	[*sub c*]*ur. Alypi l. proc.* (n. 7295; idem Alypus in fistulis Domitiani, cf. supra)
„	*sub cura Hebri Aug. lib. pr(oc.)* vel *Hebri lib. proc.* (Centumcellis n. 7770. 7771; in agro Sublacensi n. 7893. 7894)
„	*sub cur. Hesychi proc.* (n. 7296. 7297)
„	*sub cur. Nilatis procur.* (n. 7298)
„	*sub cura C. Pomponi Hylli proc.* (vel *proc. Aug.*) (n. 7299—7301)
„	*sub cur. Sili Deciani et Memmi Rufi* (n. 7302)
„	*sub cura procurator(is) patrimoni* (n. 7303)
Hadriani	*sub cur.* [*Fl*]*avi Rufi proc. Aug.* (n. 7308)
„	*sub cur. Hylae Aug. lib. proc.* (Ostiae n. 7738)
„	*sub cura Petroni Surae proc.* (vel *proc. Aug.*) (n. 7309)
„	*sub cura Restituti Aug. lib. proc.* (Tibure n. 7896; Romae n. 7310 in fistula imperatoris nomine carente)
„	*sub cur. Trebelli Martai proc.* (n. 7311)
„	*sub cur. proc(uratoris) patrimoni* (Romae n. 7312, Ostiae n. 7739)
Pii	*sub cura Aemili Frontini* (n. 7314)
„	*sub cur. Cl(audi) Secundini ra[t(ionalis) et] Anni Phlegontis Aug. lib.* (in Portu Augusti n. 7740)
„	*stationis patrimoni, sub cura Dioscori* (n. 7315)
„	*sub cur. Porci Potiti proc.* (n. 7316)
„	*sub* [*cura ....p*]*roc. Aug.* (n. 7317)
„	*sub cur. proc(uratoris) stat(ionis) patr(imoni)* (n. 7318)
Marci et Veri (a. 161)	*sub cura Caecili Dextrian(i) pro(curatoris)* (n. 7319)
Marci et Veri	*sub cura ratio[n]al(is) et Saenia(ni)* (dubiae lectionis) *Aug. lib. procur.* (Ostiae n. 7741)
Marci et Commodi	*succ(ura) Fl(avi) Secundi* (n. 7320)
Marci	*sub cura rational(is) et Privati Aug. lib. procur.* (Ostiae n. 7742)

in fistula	
a. 177	*sub c. Colpurni Maximi* (n. 7360)
Marci(?)	*sub cu*[*r. Ca*]*pitolin(i) proc.* (n. 7321)
„	*sub cura Enpori Aug. liberti proc.* (Albani n. 7823)
„	*sub cur. Fle(gontis) Aug. lib. proc.* (Ostiae n. 7743)
„	*proc. Philippo Aug. liberto* (n. 7322)
Commodi	*sub cura ration(alis) (et) Epimelis Aug. l. (proc.)* (Ostiae?, n. 7744)
„	*sub cur. rational(is) et Pepomenis(?) Aug. lib. proc.* (Ostiae?, n. 7745)
Sev., Carac., Getae	*succur(a) Thrasia(e) Prisc(i) co(n)s(ulis) c. v. et Vari Marcelli(i) proc. Augg.* (n. 7326)
„	*sub cur. rat(ionalis) (et) procu(ratoris) Venus(ti) Augg. lib.* (Ostiae n. 7746)
a. 202	*curagen(tibus) Furio Festo trib(uno) pr.. chor(tis) VII pr(aetoriae) oper(um) min(orum) cur(atore), (centurione) Maesio Attico chor(tis) VII pr(aetoriae)* (n. 7241)
a. 203	*Furius Festus trib. coh. VII pr(aetoriae), suc cura Muci Genitoris (centurionis) coh. VIIII pr(aetoriae)* (n. 7242)
Sev. et Carac.	[*succ(ura) ....*]*i* (n. 7327)
Carac. et Getae	*sub cura rat(ionalis) et Victoris proc. Augg. lib.* (Ostiae n. 7747)
Carac. (?)	*succura Sulpici Prisci c. v. cur(atoris) aquarum* (n. 7330)
Sev. Alexandri	(*sub cura ....*] *Aug. lib.* (n. 7332)
„	*stationis propiae (sic) privatae* (n. 7333)
Gordianorum	(*sub cura?*) *M. Mari Festi Caecilian*i *pro(curatoris) Aug. n. stationis aquarum* (n. 7338)
Augg. nn.	*Aufidi Orfaei* (incertum num procurator) (Lorii n. 7776)
„	*stationis patrim(oni) Aug(usti) n(ostri)* (n. 7341)
	stat(ionis) patrimoni Aug. n. (n. 7342)
	stationis patrimoni Augg. nn. (n. 7343)
	stationis pat .... (n. 7344)
	stationis urbanae Augg. nn. (Albani n. 7826)
	statio urbana Aug. n. (Antii n. 7798)
	rationis privatae (n. 7236)
	operum publicorum (n. 7235)
[domus Aug]ustanae	*succura Euhodae Aug. lib. proc.* (n. 7346)
	cura Philadelphi lib. s[.. (n. 7349)
	[*sub cur.*] *...enici proc.* (n. 7350)
	(*sub cura?*) *L. Gratti Eoenpari tr(ibuni) coh(ortis) VI pr(aetoriae)* (n. 7243)
	(*sub cura?*) *Sex. Lucani Naevi Labionis (centurionis) coh(ortis) VIIII pr(aetoriae)* (n. 7244)
	(*sub cura?*) *Ti. Cl(audi) Iucundini (centurionis) chor(tis) p(rimae?) vig(ilum)* (n. 7245)
	[*r*]*eparav(i)t Fl(avio) Iohanne v. c. trib(uno)* (n. 7260). Cf. n. 7261 *St(e)fanus p(rae)p(ositus) reparavit.*
	T. Sabidia Victore et D. Rupilio Menandro scrib(is); r(ei) p(ublicae) (Tibure n. 7892)
	... c]*ur. aed(ium) s*[*acr(arum)* ....]*ius Ca....iu...* (in lamina plumbea montis Albani n. 7808)
in fistula privata	*Philonte Aug. l. proc.* (n. 7512)
„	*....uri proc.* (incertum num procuratoris sit) (n. 7586).

Vide praeterea n. 7694 (...AEM PR·PROCVET I ... MARC·ERAS·FEC) interpretationis prorsus incertae.

Nomina plumbariorum in fistulis nomine Caesaris signatis vel ad administrationem pertinentibus:

in fistula	
Imp. Caesaris	*C. Iulius Po* . . . . (n. 7262)
. . . Caesarum	*L. Pescennius Eros* (incertum num plumbarius) (n. 7265)
Tiberi	*Lollius fec.* (n. 7267)
»	*Secundus f.* (n. 7268)
Domitiani	*fec. Abascantus ser. Atime(tianus)* (Tusculi n. 7818)
	Alexander cf. Martialis
»	*Claudius Eu(ty)chus fec.* (n. 7283)
»	*Ti. Claudius Philetaerus fec.* (n. 7279)
»	*T. Claudius* . . . . . *us fec.* (n. 7281)
»	*f. Eglectus ser. Atimetianus* (n. 7289)
»	*fec. Eeychus et Hermeros ser.* (Albani n. 7819)
»	*fec. Faustus ser.* (Antii n. 7791)
»	*Flavius Cervius fec.* (n. 7277)
»	*Fortunatus lib. fecit* (n. 7280)
»	*Graptus C(aesaris) n(ostri) ser. f.* (n. 7286)
»	Hermeros cf. Eeychus
»	*fec. Hymnus Caesar(is) n. ser.* (n. 7285)
»	*fec. Martialis et Alexander ser.* (n. 7284)
»	*Phil(t)atus lib. fecit* (n. 7287)
»	*Primigenius ser. fecit* (n. 7282 et Albani n. 7820)
Traiani	*Aunea Iucunda fec.* (n. 7303)
»	*fec. Claudius Onesimus* (n. 7296. 7299)
»	*Flavius Trophimus fec.* in alia fistulae parte (n. 7298)
»	*Fortunatus lib. fec.* (n. 7297)
»	*Heracla ser. fec.* (n. 7295)
»	*C. Lucilius Pylades fec.* (Centumcellis n. 7770)
»	*of. (T)eles[ph(ori)] ser.* (n. 7300)
»	*Tuendus ser. fec* (Centumcellis n. 7771)
»	...*ius Polybius fec.* in alia fistulae parte (n. 7302)
»	. . . *Modes* . . . (n. 7304)
Matidiae Aug. f.	*Q. Publ(icius?) Secundus fec.* in alia fistulae parte (Ostiae n. 7737)
»	. . . *Salon(ius) Epictetus f.* in alia fistulae parte (Tusculi n. 7822)
Hadriani	*Cl(audius) Felix fec.* (in alia fistula eiusdem ductus postea agglutinata: *Terentius Cassander fec.*) (n. 7309α)
»	*T. Crispius Nicias fec.* in alia parte fistulae imperatoris nomine carentis (n. 7310)
»	*Felix fecit lib.* (n. 7308)
»	*A. Larcius Eutyches fec.* in alia fistulae parte (Ostiae n. 7738)
»	*Martialis ser. fe* vel *fecit* (n. 7309β. 7311)
»	*ex of. A. Metili Threptionis* in alia parte eiusdem(?) fistulae (Ostiae n. 7739)
Pii	*Ann(aeus) Sympo(rus) f.* (n. 7316)
»	*Annaeus Symp(orus) f.* (in alia parte eiusdem fistulae . . . *tychus fec.*) (n. 7317)
»	*Aster Aug. lib. fecit* (n. 7314)
»	*ex of. Demetri liber(t)i* (in Portu n. 7740)
Marci et Veri	*ex offic. Hermetis serv[i]* (Ostiae n. 7741)
»	*Ismal(us) f.* (n. 7319)
Marci et Commodi	*Ael(io) Fel(ice) off.* (n. 7320)
Marci	*ex offic. Hermetis servi*; in alia parte eiusdem fistulae postea fortasse adglutinata: *ex of. Aur(eli) Valeri* (Ostiae n. 7742)
Marci(?)	*offic. Felix Aug. lib. fec[it]* (n. 7321)
»	OF OS HER CN (fortasse emendandum *of. Demetri lib.*) (Ostiae n. 7743)
Commodi	*Asclepius fec.* (Albani n. 7824)
»	*ex offic. Demetri lib.* vel *ex off. Dem. lib.* (Ostiae? n. 7744. 7745)
»	*M. Plautius Eros fec.* (n. 7325)
Sev., Carac., Getae	*ex off. T. Flavi Teridatis lib.* (Ostiae n. 7746)
»	*off. Terentius Cassander* (cf. sub Hadriano) (n. 7326)
Sev. et Carac.	*off. M. Au( ) Fel( ) Augg. lib.* (n. 7327)
Carac. et Getae	*ex off. Epicteti lib.* (Ostiae n. 7747)
Carac.(?)	*Aurelius Dionysius lib. f[e]c.* (*M. Aureli Dionysi*) (n. 7330)
Macrini et Diad.	*Terentius Cassander fec.* in alia fistulae parte (n. 7238); cf. sub Severo n. 7326.
Sev. Alexandri	*Sex. Egnatius Reditus fec.* in alia fistulae parte (n. 7333)
»	*Nonvus Manes fecit* (n. 7249)
»	*Onagri of(f.)* (n. 7332)
»	*Valerius Primitivus fecit* in alia fistulae parte (n. 7334)
Mamaeae	*[Po]lychronius Aug. lib. fec.* (n. 7336)
Maximini	*M. Aurelius Secundinus o[ff(icinator) fec(it)]* (n. 7337)
Gordianorum	*Aur(eli) Maximini et Ar( ) Maximini off(icinatorum)* (n. 7338)
?	*Abascantus* (n. 7350)
operum publicorum	*Calpurnius Licinianus fecit* in alia fistulae parte (n. 7235)
stationis urbanae Augg. nn.	*Calpurnius Licinianus fecit* in alia fistulae parte (Albani n. 7826)
stationis patrimoni Augg. nn.	*Aur. Hilarus et Aur. Gaianus preb(itores)* in alia fistulae parte (n. 7348)
stationis pat[rimoni...]	*Aelius Carpo[phorus fec.]* (n. 7344)
rationis privatae	. . . . *F]lorentinus fec.* in alia fistulae parte (n. 7236)

Praeterea in fistulis, incertum num imperatoriis omnibus, plumbarii e familia Caesaris vel Augustorum liberti occurrunt hi:

Anthus Caesaris f. (n. 7351)
Athenaeus Aug. lib. fec. (in fistula privata Antistiana n. 7799, cf. etiam ad n. 7792)
ex of. Au . . . . *i Iustini Aug. lib.* (n. 7352)
[B]landus Caes. n. ser. fec. (n. 7353)
Pamphilus Aug. n. ser. fec. (Nemi n. 7827)
off(icinator) Phoebion Aug. lib. f. (n. 7354)
Priscianus Aug. n. fecit (n. 7355)
Q[u]art[i]nus Augg. lib. fec. (n. 7356a)
Quartinus Aug. lib. fe. (n. 7356b)
Rufinus Augg. li[b. fec.] (n. 7357)
Zosimus Faustinae ser. fec. (n. 7358)

Pro *sub cura* (ita et *sub cur.* scribitur promiscue, reperitur etiam *sub c.*) inde ab aetate Marci imperatoris occurrere etiam *succura* (*succur.*, *succ.*) iam observavit Mommsenus (cf. *Bull. arch. comunale* 1888 p. 116 seq.; vide tamen quae adnotavi ad n. 7246). *Cura*, omissa praepositione, traditur esse in n. 7267 (cf. etiam n. 7281β) et extat in n. 7349; *curagen(tibus) illis* occurrit in sola fistula n. 7241 non imperatoria, sed ad Castra praetoria spectante. *Sub illo* traditur esse in fistula Neronis n. 7271, in qua tamen pro SVB GNESIO haud scio an scribendum sit SVB C(*ura*) NESTO(*ris*); item in fistula n. 7322 *proc(uratore) Philippo Aug. liberto* num bene traditum sit incertum est.

Nomen post formulam *sub cura* enuntiatum plerumque procuratoris esse — num aquarum procurator ubique intellegendus sit, ut opinatus est Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* I p. 168, certum non est, cf. p. 909 col. 1 —, in titulis significatur vocabulis additis *Aug(usti) l(iberti) proc(uratoris)* vel *proc(uratoris) Aug(usti) lib(erti)* aut *l(iberti) proc(uratoris)* aut

proc(uratoris) Aug(usti) aut *proc(uratoris)* tantum; in sola fistula n. 7338 formula *sub cura* carente reperitur *pro(curatoris) Aug. n. stationis aquarum.* Procuratores cum in plerisque fistulis libertos esse constet — enuntiantur ubique fere solo cognomine[1]) —, in nonnullis occurrunt etiam aut ingenui certi (equestris opinor ordinis) aut qui videntur esse ingenui, omnes gentilicio et cognomine enuntiati, veluti *Flavius Rufus, Petronius Sura, Trebellius Marinus* in fistulis Hadriani n. 7308. 7309. 7311, *Porcius Potitus* in fistula Pii n. 7316, *Caecilius Dextrianus* in fistula Marci et Veri n. 7319, *Varius Marcellus* in fistula Severi et filiorum n. 7326.

Supersunt tamen fistulae haud ita paucae, in quibus nomina post formulam *sub cura* enuntiata procuratorum non sunt. *Sucura Sulpici Prisci c. n. cur(atoris) aquarum* signata est fistula Caracalli ut videtur n. 7330, praeter quam nullas habemus curatorum nominibus notatas[2]). In aliis mentio fit aut unius hominis aut duorum triumve, quorum officio in aquarum administratione aut incerta sunt aut plane ignorantur. *Entellus*, qui una cum Herone procuratore signavit fistulam n. 7282, sine dubio is est qui Domitiano fuit a libellis; sed in ea cur nominetur incertum est neque explicari potest verbis Frontinianis 'qui aquam in usus privatos deducere volet, impetrare eam debebit et a principe epistolam ad curatorem adferre', cum ea fistula non sit privata, sed ipsius imperatoris aquam duxerit. In fistula Severi et filiorum n. 7326 ante Varium Marcellum procuratorem Augg. nominatur *Thrasea Priscus cos. c. n.* (*consul* opinor intellegendum est, non *consularis* ac aquarum); in fistula Domitiani n. 7281 occurrunt *Casc[ius] Paetus, Articuleius Paetus, Ninnius Hasta*, quorum primus is videtur esse qui n. 74 curator fuit riparum et alvei Tiberis, reliqui duo iidem fortasse sunt qui sub Traiano consules fuerunt. Ex reliquis qui sine officii indicatione occurrunt unus potest fuisse procurator (*Dioscorus* in fistula Pii n. 7315), alii cum Lanciania existimari possunt fuisse adiutores curatoris aquarum (de quibus cf. Frontin. § 2 et 99), scilicet *M. Arrecinus Clemens* in fistula Domitiani n. 7278, *Silius Decianus et Mesanus Rufus* in fistula Traiani n. 7302, *Aemilius Frontinus* in fistula Pii n. 7314, *Calpurnius Maximus* in fistula anni 177 n. 7360, *Flavius Secundus* in fistula Marci et Commodi n. 7320.

Restant fistulae nonnullae imperatoriae maxime memorabiles, quarum quattuor signatae sunt *sub cura procuratoris patrimoni* (n. 7303 Traiani, n. 7312. 7739 Hadriani) vel *sub cur(a) proc(uratoris) stat(ionis) patr(imoni)* (n. 7318 Pii). Procuratoris nomen in his titulis cum consulto omissum sit et quamnam ob causam incertum est. Sed in aquarum administratione cum loco procuratoris aquarum interdum etiam procuratorem patrimonii fistulas signasse iam constet, recte opinor dubitari potest, num in fistulis, de quibus supra egimus, procurator semper sit aquarum procurator; possunt enim inter eos, qui libertorum nota carent, nonnulli fuisse procuratores patrimonii. Cum fistulis inscriptis *sub cura procuratoris patrimoni* componendae sunt fistulae (Ostienses vel Portuenses omnes ut videtur) signatae *sub cura rationalis et procuratoris*. Formula primum occurrit in fistula Pii n. 7740 ita, ut et rationalis et procuratoris nomine enuntientur; in reliquis omnibus (n. 7741 Marci et Veri, n. 7742 Marci, n. 7744. 7745 Commodi, n. 7746 Severi et filiorum, n. 7747 Caracalli et Getae) nomen rationalis omissum est non secus atque in fistulis a procuratore patrimonii signatis id factum esse vidimus. Certum est, rationalem[3]) harum fistularum saeculi II exeuntis vel III ineuntis eundem esse, qui antea appellabatur procurator a rationibus eiusque sub cura patrimonium fuisse constat (cf. Hirschfeld l. c. I p. 35 seq.). Cum fistulis modo memoratis arte cohaerent fistulae eiusdem fere aetatis, in quibus formulae occurrunt *stationis patrimoni, stationis patrimoni Aug. n.* vel *Augg. nn., stationis urbanae Augg. nn., statio urbana Aug. n.*, una praeterea inscripta *stationis propiae* (sic) *privatae domini n. Alexandri Aug.* In his enim titulis vocabulum *statio* non intellegendum esse de aedificio vel loco cui aqua destinata erat (cf. fistulas inscriptas *Ortorum Sallustianorum, Domus Augustanae, Castris praetoris* cet.), sed de administratione quae aquam erogaverat, atque in omnibus *statio* eodem sensu usurpatum esse quo *ratio*, ut primus coniecit Marinius (*iscr. dol.* p. 345 seq.), arguunt ipsi tituli accurate comparati cum reliquis ad administrationem certo spectantibus. Inter stationem quidem et rationem aliquid interesse recte omnino monuit Henzen (in *Ann. d. Inst.* 1843 p. 341), adnotans tamen *siccome dai Francesi* bureau, *che è propriamente il luogo, si adopra pel magistrato medesimo, così anche* statio *può dirsi per* ratio. Fistulae igitur de quibus agimus sine dubio recte referuntur ad administrationem sive patrimonii sive rei privatae principis, et respondent quidem una cui inscriptum est *imp(eratoris) Antonini Aug(usti) Pii, stationis patrimoni, sub cura Dioscori* (n. 7315) eis quae inscribuntur *imperatoris illius, sub cura rationalis et illius procuratoris*, fistulae verbis *stationis patrimoni Augg. nn.* vel *Aug. n.* notatae (n. 7341—7344) illis quae signatae fuerunt *sub cura procuratoris patrimoni*, fistula *stationis propiae privatae domini n(ostri) Alexandri Aug(usti)* (n. 7333) ei cui inscriptum est tantum *Rationis privatae* (n. 7236); fistulae vero, altera Antiatina altera Albana, inscriptae *statio urbana Aug. n.* (n. 7795) et *stationis urbanae Augg. nn.* (n. 7826) referri possunt tam ad rationem patrimonii quae erat in urbe quam ad rationem operum publicorum, quarum administrationes arte cohaerebant (cf. Hirschfeld l. c. I p. 158 seq.), rectius fortasse ad rationem operum publicorum, cum in fistula n. 7235a inscripta *opere publicorum* (errore pro *operum publicorum*), quae et ipsa intellegenda est (*rationis*) *operum publicorum*, idem plumbarius occurrat qui fecit fistulam *stationis urbanae Augg. nn.*

Ad rationem operum publicorum denique videntur etiam referendae esse fistulae tam Caesaris nomine signatae quam imperatorum nominibus carentes quae aquam adducebant Castris praetoriis (n. 7237 seqq.).

De plumbariis fistularum Caesaris nomine signatarum infra dicetur, ubi de plumbariis generatim agendum est.

Fistulae privatorum, eae scilicet quibus aqua a Caesare in usus privatos concessa deducebatur, dominorum nomina secundo casu enuntiare solent. Supersunt tamen non ita paucae, in quibus nomen primo casu positum est (n. 7380. 7398a. 7415. 7418. 7424a *α*. *γ*. 7444. 7453*γ*. 7487. 7492. 7493. 7503. 7553. 7559—7561. 7832); in his sine dubio subaudiendum est verbum *fecit*, quod adhibitum offendimus in tribus fistulis inscriptis *Aur(elii) Telesphori et Aelia Lucilla utrique* (= *sibi utrique*) *fecer(unt)* (n. 7411), *Aurelia Dionusias h(onesta) p(uella) Claudius Marcellus fecc.* (n. 7413), *Sep(timia) Procilla et Sep(timius) Datibus fecc.* (n. 7532). In titulis nonnumquam una cum nominibus etiam officia enuntiari eius qui aqua utebatur vix monerem, nisi Hirschfeldius in his fistulis diiudicandis erravisset sic scribens (l. c. I p. 170 adn. 4) *auf einigen in der Nähe von Rom gefundenen Röhren tritt für den Procurator resp. den Rationalis der praefectus praetorio ein*, citans praeter fistulam agri Praenestini n. 7882 *Ti. Claudi Liviani pr. pr.* urbanas *Sex. Cornel(i) Repentini pr. pr. c. v.* (n. 7433) et *M. Opelli Macrini pr. pr. c. v.* (n. 7505). Potest fistulas ita inscriptas adnumerandas non esse eis quae ad administrationem referuntur, sed privatas esse[4]), ut sine dubio privatae sunt etiam fistulae [*L. F*]*abi Chilonis praef. urb.* (n. 7447) et *Cosmi Aug. lib. a rat . . .* (n. 7443)[5]), quae Hirschfeldio difficultatem creant (l. c. p. 171. 172 adn. 7). Neque aliter intellegendas puto fistulas item officia enuntiantes *Narcissi Aug. l. ab epistulis* (n. 7500), *Ionti Aug. l. ab epistulis* (n. 7837), *Aurelius Alexander prox(imus) ab epistul(is) La(tinis)* (n. 7832), *M. Aureli Iuliani a memoria* (n. 7403)[6]), de quibus Hirschfeldius opinatus est sic (l. c. p. 171): *die seltenen Röhren, auf denen der Name des kaiserlichen Secretärs erscheint, wird man auf die durch kaiserliches Privileg verliehene Wasserberechtigung zu beziehen haben,*

---

[1]) Semel tantum tribus nominibus (n. 7299—7301), item semel gentilicio et cognomine (n. 7740).

[2]) Curatorum aquarum laterculum a M. Agrippa usque ad Sex. Iulium Frontinum, quem exhibet Frontinus § 102, auxit Lanciani *acque* p. 315 seqq.

[3]) Inconsulte Lancianius scripsit (*acque* p. 321) '*La ratio che apparisce quattro volte nei tubi Ostiensi . . . insieme col procuratore liberto è certamente la* ratio aquarum', quamquam in fistula n. 7745 — syll. n. 478 *rational(is)* intellegendum esse recte agnoverat.

[4]) Cf. de Rossi in *Bull. arch. municipale* 1873 p. 133: *Nei tubi acquarii di piombo molte volte sono ricordati* viri clarissimi, clarissimae feminae *ed altri nobili personaggi di gradi diversi; ma sempre come proprietarii dell' acqua.*

[5]) His iam accedit n. 7528 *Senoni Iuliani pra. urb. c. v.*

[6]) His accedit *Diadumenus Aug. l. a libellis* (n. 7444).

cum in his quoque plane desint administrationis indicia[1]). Cum his fistulis num ese quoque componendae sint quae post nomen secundo casu positum militaria enuntiant officia (cf. n. 7243—7245), incertum est, quia eiusmodi tituli propter loca ubi reperti esse videntur melius fortasse ad Castrorum administrationem referentur (vide quae adnotavi ad n. 7243).

Nomina in fistulis privatis obvia modo virorum sunt, modo mulierum; bona aetate (saec. I) mulieris nomini fere semper additur cuius fuerit filia aut uxor, veluti in n. 7421 *Carpiae Proculae M. Regul(i)*, in n. 7549 *Sulpiciae Q. f. Praetextatae Crassi* (vide praeterea n. 7440. 7441. 7494. 7580). Saepe in eadem fistula plures homines nominantur aut parentela aut bonorum societate inter se coniuncti, et enuntiantur quidem raro gentilicio communi (n. 7481 *Iuniorum*), saepius ita ut aut fratres fuisse intellegamus (cf. n. 7516 *II Quintiliorum Condiani et Maximi*, n. 7536*b* *Sextiorum Torquati et Laterani*), aut coniuges (cf. n. 7563 *Vet. Praetextati et Paulinae*), aut coniuges cum filiis (cf. n. 7517 *M. Postumi Festi et Paullae eius et filiorum et Pompei Heliodori*). Filii aut generatim indicantur verbis *et filiorum*, ut modo vidimus, aut nominatim appellantur veluti in n. 7525 *[R]ufiorum Festi patris et Mar . . . ni et Proculi filiorum* ccc. vvv. Homines nulla fortasse parentela coniuncti praeter alios sunt *Aelius Dionysius (duorum) Aug(ustorum) lib(ertus)* et *T. Vibius Postumius Terentianus* fistulae n. 7373, *Cn. Serg(ius) Craterus et Iulius Hierax* fistulae n. 7533. In una post nomina duarum clarissimarum feminarum additur *et soc(iorum)* (n. 7414); eiusmodi igitur fistulae eorum fuerunt qui communiter aquam impetraverunt cum bona communia essent.[2])

Plura nomina ubi enuntiantur, ea aut in una eademque fistulae parte scripta sunt uno versu aut duobus, aut ita disposita sunt, ut alterum legatur ab una parte alterum in parte aversa, aut distribuuntur in singulas fistulas ferruminatione inter se coniunctas.

In titulis fistularum publicarum et privatarum is etiam nominari solet qui fistulam fecit. Plumbarios hos opifices a veteribus appellatos esse docent et Frontinus de aquarum modulis disserens (§ 25) et fistula n. 7647 cui inscriptum est *ex officina Martini plumbari*. Nomina cum tam servorum quam libertorum et saepissime etiam mulierum sint, in fistularum titulis modo operas modo officinatores modo conductores officinarum plumbariarum enuntiari certum est. Formulae quibus plumbarii utuntur hae sunt: *ille fecit*[3]) vel *illi fecerunt* passim (*fecit ille* in fistulis imperatoriis tantum occurrit), et notandum quidem, hoc verbo etiam mulieres uti; saepe *ex officina illius* (in fistulis imperatoriis haec formula reperitur inde ab aetate Hadriani) perscripta aut variis modis breviata; rarius *officina illius* omissa praepositione (in n. 7604 scribitur *ofcina*, in n. 7611 *hofcina*); *ille of(ficinator) fec(it)* occurrit in n. 7631, in n. 7321. 7334 *offic(inator) ille fecit*, reperitur etiam *off(icinator) ille* (n. 7326), *ille o(fficinator)* (n. 7663), *illius off(icinatoris)* (n. 7332. 7338). In duabus fistulis eiusdem hominis legitur *ille prebitor fec.* (n. 7606. 7777) et omisso verbo fecit *illi preb(itores)* in n. 7343 (cf. etiam n. 7605); veri simile est, hos praebitores fuisse plumbarios maiores qui praeter plumbum et fistulas etiam reliquas res ad instruendos aquaeductus pertinentes subministrabant.

Plumbarii passim enuntiantur aut tribus nominibus aut gentilicio et cognomine aut solo cognomine, raro solo gentilicio (cf. n. 7267. 7427. 7599. 7615. 7832. 7642; n. 7633 inscripta *officina Fortuni* num huc pertineat incertum est); praenomen et gentilicium occurrit n. 7635, praenomen et cognomen fortasse in n. 7722 *C. Lepidus fec.*, nisi hic corrigendum est *Lepid(i)us*. Nomina in fistulis imperatoriis cum ipso titulo ita coniunguntur ut in fine totius tituli posita esse soleant[4]), cum in privatis dominorum et plumbariorum nomina fere semper seorsum exhibeantur modo in diversas fistulae vel aquae ductus partes distributa, modo in eadem fistula ab una et ab altera parte collocata[5]). Haud ita raro plures in eodem titulo plumbarii nominantur consociati[6]), inter quos occurrunt etiam mulieres (cf. n. 7343. 7472. 7637). Duo vero pluresve diversorum plumbariorum tituli ubi occurrunt in fistulis unius ductus (cf. n. 7300*a*. 7317. 7742), aut reparationibus debentur aut orti sunt ex operis redemptura; in fistula centenaria n. 7309 redempturae et resarcinationis indicia simul extant.

E fistulis Caesaris nomine signatis plurimas factas esse a plumbariis ad familiam Caesaris pertinentibus consentaneum est: in his praeter *servos* vel *Caesaris nostri servos* occurrunt etiam *Augusti liberti* vel *liberti* saepius solo cognomine nuntiati (vide indicem supra propositum). Non ita paucae tamen ex privatis officinis prodierint necesse est, cum in eis plumbarii occurrant propter nominum naturam a familia Caesaris plane alieni (veluti *Annea Iucunda* et *C. Lucilius Pylades* in fistulis Traiani n. 7303. 7770), quorum nonnulli tam in imperatorum quam in privatorum fistulis comparent (*M. Plautius Eros* in fistulis Commodi n. 7325 et L. Rosci Aeliani n. 7523; *Sex. Egnatius Reditus* in fistula Severi Alexandri n. 7333 et in privatis M. Aureli Solani n. 7409, Philonis Aug. l. procuratoris n. 7512, vide etiam inter Antiatinas). Partem igitur fistularum domus Augustae a privatis plumbariis factam esse statuendum est, redemptura scilicet, quam Frontinus de curatura aquarum agens his verbis tetigit (§ 119): 'et proprio eas curator instructas esse debet . . ., ut aestimet . . . quae per redemptores effici debeant, quae per domesticos artifices'. E contrario plumbarios domus Augustae privatis saltem opus fecisse, certis exemplis comprobari nequit. Nam *Athenaeus Aug. lib.*, qui fecit fistulam Quintiliorum n. 7799[7]), fuisse potest plumbarius privatus, et *Ti. Claudius Felix*, quem offendimus in duabus fistulis privatis saeculi I medii vel exeuntis (n. 7362. 7444), num idem sit qui in fistulis Hadriani n. 7308. 7309*a* dicitur *Cl(audius) Felix* vel *Felix lib(ertus)* incertum est; reliqui vero tituli, in quibus nomina servorum Caesaris vel libertorum Augusti iam solitaria occurrunt (v. in extremo laterculo plumbariorum), utrum omnes cum imperatoriis fistulis olim coniuncti fuerint, an aliqua ex parte ad privatos ductus pertinuerint, nescimus.

Domestici plumbarii in fistulis privatis raro occurrunt. Certa exempla sunt fistulae n. 7445 *Sex. Eruci Clari, Sec(undus?) s(ervus) f(ecit)* et, si recte a me suppleta est, n. 7431 *Cl(audiae) Corbonae, Obseque[ns ser(vus) f(ecit)]* (in quibus notandum est, domini et plumbarii nomina coniuncta exhiberi uno versu ut in fistulis imperatoriis optimae aetatis n. 7267. 7268. 7277), n. 7492 inscripta in una parte *P. Martius Philippus*, in altera *[M]artius Pansatus fec(it)*, praeterea n. 7534*b* si recte coniunxi fistulas simul effossas inscriptas *Q. Servili Pudentis et Pardus Servili Pudent[is s(ervus) fec(it)]*. His adnumerandas esse puto etiam n. 7595 *Amandus T. Fl. Iulas her(edum) ser(vus) [fec(it)]*, n. 7589 *Nicephor Fl. Sulpiciani ser(vus) fec(it)*, n. 7693 . . . *plus Lucesi Nomina[ti ser. fec.]*, quia veri est simillimum, his fistulis olim adglutinatas fuisse partes iam deperditas dominorum tantum nominibus signatas[8]).

Restat ut dicam de numeris, qui in fistulis urbanis et suburbanis haud raro inscripti sunt notis permagnis prominentibus, expressis scilicet ex ipsis formis in quibus fistularum tituli incisi erant. Occurrunt modo solitarii in aliqua fistulae parte (nonnumquam in aversa partis titulum exhibentis), modo cum titulis ita coniuncti, ut raro supra vel infra titulum, plerumque initio aut in fine titulorum collocati sint, saepius ordine inverso. Numeri a fidis auctoribus traditi aut a me visi continentur inter I et CXXX (minus certi videntur esse qui praeterea traduntur CC et CCCV), quorum alii semel tantum adhuc comparuerunt, alii saepius occurrunt (praesertim V, VIII, X, XII, XV, XX); fractorum numerorum certa exempla non extant, nam septem punctis notae V additis in fistula n. 7500*a* et lineis perquam rudibus notae X adhaerentibus in fistula n. 7338 num fracti numeri significentur plane incertum est.

[1]) Eiusdem generis sunt fistulae *Lepidi Luperci eq(uitis) R(omani)* (n. 7485) et . . . (nomen corruptum) *Aug. l. praegusta(toris)* (n. 7585).

[2]) Cf. Frontin. § 109: de aqua in praedia sociorum data nihil constitutum invenio; perinde tamen observatur ac iure cautum, ut dum quis ex iis qui communiter impetraverunt superesset est.

[3]) Pro *fecit* vel *fec.* (in n. 7309*b*. 7356*b*. 7488. 7660*b*. c. 7669 est *fe.*; *fe.* in n. 7610; per solam *f* litteram breviatum saepius occurrit) scribitur *fecit* in n. 7501 et in Ostiensi n. 7760, *facet* vel *fecit* in Ostiensibus n. 7735 et 7748*a*.

[4]) Exceptiones sunt praeter alias n. 7298. 7325. 7333. 7334.

[5]) Excipiendae sunt n. 7431. 7445.

[6]) Vocabulum *soc(ii)* additur in sola fistula n. 7607.

[7]) Nomen Athenaei male ut videtur conglutinatur etiam cum fistula M. Aureli Antonini n. 7792.

[8]) In fistula cum n. 7595 olim coniuncta titulus fuerit HEREDVM T·FL·IOLAI (cf. n. 7540 *Heredum Spuri Maximi egregi viri*).

Numeri, de quibus hic agitur, quomodo intellegendi sint, non ea qua oportebat cura ac diligentia adhuc quaesitum est. Lancianius certe, qui architectus et Frontiniani commentarii commentator horum numerorum rationem mathematica subtilitate investigare debebat, in brevissima de his notis disquisitione nec satis argute versatus est nec satis accurate. Negavit enim certi quidquam de his numeris pronuntiari licere, cum neque quinarias neque fistularum modulum iis indicari posse exposuerit (*acque* p. 357, cf. etiam p. 218 ad n. 41); statim vero, sibi non constans, haec addidit verba: *la serie ordinatamente decrescente delle cifre segnate sui tubi sallustiani 88—90* (nobis n. 7249a) *e sui tubi ostiensi 384 sq.* (nobis n. 7768) *mi invita pertanto a riconoscerle come esprimenti quinarie, in attesa di più certa interpretazione* (l. c. p. 357), et ita factum est, ut in fine operis (p. 401) numerales notas in fistulis obvias composuerit in indice *L* inscripto *Quinarie* quinariasque constanter intellexerit numeros, ubicumque in eorum mentionem incidit. Causa, cur Lancianius non solum nihil profecerit, sed etiam in errorem inciderit manifestum, in eo potissimum posita est quod non agnovit, hasce notas non omnes eiusdem naturae esse, sed duo minimum numerorum genera complecti perquam diversa, alterum fistularum modulum significans, alterum ordinem indicans cum quo singulae fistulae in componendo ductu erant coniungendae. Quae genera cum distingui non posse videantur varia quam supra significavi notarum collocatione, indiciis statuenda sunt potius ex ipsorum numerorum natura accurate comparata cum fistularum capacitate. Dolendum sane fistulas litteratas, quae in museis iam adservantur, miseras tantum esse particulas avulsas vel exsectas ex aquae ductibus haud raro longissimis[1]) et nonnumquam pristina fere integritate sub terra inventis, qui si nobis servati aut saltem accurate descripti essent, et de numerorum per singulas fistulas distributione iam constaret, et ratio fortasse pateret quae inter varia numerorum genera intercedit. Neque minus dolendum, quod pleraeque fistulae fistularumve partes ita contortae atque contusae ad nos pervenerunt, ut diametri vel perimetri earum accurate indicari nequeant. Sufficiunt tamen quae melius habitae supersunt, ut duo numerorum genera supra memorata extra dubitationem ponantur.

Ad modulum significandum quae referuntur primum notae sunt C et CXX. Non occurrunt nisi in fistulis maximae capacitatis (cf. n. 7268. 7309α. β. 7330; 7280. 7287), quarum diametri cum iis fere conveniunt quos fistulae *centenariae* et *centenum vicenum* apud aquarios habuerant[2]). Inter reliquas fistulas numeris ad modulum designandum aptis notatas duas tantum repperi, quarum diametri iis fere respondent quos Frontinus *octonariis* et *denariis* fistulis convenire tradit, unam scilicet notam VIII exhibentem n. 7319 et quae numero X signata est n. 7736a[3]); his accedunt exempla numeris XV et XX notata n. 7896. 7381, quae Marinius propter diametros quattuor vel sex fere digitorum cum fistulis *quinis denis et vicenariis* composuit (cf. *iscr. dol.* p. 484). Verum est, omnium harum fistularum diametros cum Frontinianis non plane congruere — sive quod in fistulis fere semper aliqua parte contusis mensurae iam accuratissime agi nequeunt, sive quod diametri re vera non sunt legitimi —, mensurae certe non ita inter se abhorrent, ut horum numerorum quam supra statui significatio in dubium revocetur.

E reliquis fistularum notis longe plurimas ad alterum numerorum genus referendas esse, docent cum notae satis frequentes quae sua natura ad significandum modulum non sunt aptae (e. g. II, III, XIV, XVI—XVIII, XXI—XXIV, XXXVIII, XXXXIIII, LXXXII), tum fistulae una eademque quidem nota signatae, sed capacitatis perquam diversae vel quarum numeri moduli que simili ratione inter se repugnant[4]), evidentissime vero confirmatur duobus exemplis eis, quae Lancianius in partes vocavit cum falsam de quinariis protulit coniecturam (n. 7249a. 7768). Aquae ductu enim hortorum Sallustianorum n. 7249a e pluribus fistulis composito continuis et deinceps numeris XII, XIII, XIV, XV notatis luculenter demonstratur, hisce notis nihil aliud quam fistularum seriem significari[5]). Ordinem item significabant numeri fistularum Ostiensium n. 7768, sed diversum. Nam fistulae hae, omnes fere eiusdem capacitatis, non unius ductus erant partes, sed pertinebant ad singulos ductus, qui certis intervallis devertebantur a ductu maiore, ut aquam singulis vicis erogarent; derivationum ordinem numeri continui significabant (supersunt II III VIII XIII—XVIII), quorum quisque in fistulis eiusdem ductus saepius ut videtur repetitus erat[6]).

Eorum denique numerorum mentio facienda est, qui a praecedentibus omnibus ea ipsa re differunt, quod non ex ipsis titulorum formis fundendo prodierunt, sed incisi vel incusi sunt in fistulis laminisve iam confectis. Eius generis exempla non supersunt nisi duo[7]), dubiae interpretationis utrumque et naturae fortasse diversae. Notis DC . . . aut DCL . . . in fistula Hadriani n. 7308 scalpro ut videtur neglegenter incisis pondus indicari[8]) suspiceris, sed fistula iam fracta comprobari nequit. Magis incertum est, quid numeri significent CXLI, . . . CCCCIII, . . . CCCXLV . . ., . . . CAV, omnes incusi in laminis plumbeis effossis in summo monte Albano (n. 7809. 7810), quae ad castellum vel receptaculum aquarum videntur pertinuisse[9]).

Non multae fistulae consulum nota signatae sunt. Ex his tres annorum 175. 202. 203 (n. 7240—7242) ad Castrorum praetoriorum administrationem pertinuisse certum est[10]); una a. 177 *sub c(ura) Calpurni Maximi* signata (n. 7360) ad publicam administrationem videtur referri posse; item una anni 161 notam exhibens (n. 7319) imperatoria est; septem reliquae annorum 121. 179. 183 201. 202. 219. 233 (n. 7359. 7361—7366) variis locis in urbe repertae aut ignotae originis cuius generis fuerint iam diiudicari nequit[11]), cum praeter consulum nomina nihil enuntient.

Fistularum tituli quid contineant et quomodo intellegendi sint cum exposuerim, iam de nonnullis aliis rebus huc spectantibus breviter dicendum est.

Quod ad **litterarum formam** attinet, scripturae discrimina in fistulis nec ita multa sunt nec pro singulis aetatibus satis certa et distincta, ut de titulorum aetate accuratius iudicare in universum difficile sit, certi aliquid statui nonnumquam omnino nequeat. Accedit quod definitae aetatis exempla pro litteratarum fistularum numero pauca tantum supersunt singularumque aetatum scriptura iis non aequabiliter illustratur; vetustioris praesertim aevi et recentissimi inscriptionum numerus tam exiguus est, ut de litterarum formis peculiaribus tam saeculi I incipientis mediique, quam mediae fere partis saeculi III aegre iudicetur,

---

1) Cf. Frontin. § 115: longa ac diversa sunt spatia, per quae fistulae tota meant urbe latentes sub silice

2) Ut Frontinus testatur (§ 62. 63) 'fistula centenaria . . . apud aquarios habebat diametri digitos XII' i. e. 0,0185×12=0,222, 'fistula centenum vicenum . . . apud aquarios habebat diametri digitos XVI' i. e. 0,0185×16 =0,296. Fistulae plumbeae antiquae cum non rotundae sint, sed formam habeant fere ovatam (cf. Lanciani *acque* p. 194 seq.), in singulis fistulis nobis indicandae sunt mensurae diametri maioris et minoris. Mensurae igitur quae deprehendi potuerunt in fistulis C nota signatis hae sunt:

n. 7268 : diam. maior 0,245, diam. minor 0,165
n. 7309α: „ „ 0,260, „ „ 0,210
n. 7309β: „ (maior?) 0,29 teste Lanciano, qui tamen in mensuris indicandis saepius erravit;

in fistula CXX nota signata n. 7280 diametri sunt 0,290 et 0,250.

3) Prioris fistulae diametri sunt: 0,050 (maior) et 0,030 (minor) (in alia parte: 0,044 et 0,034), posterioris 0,063 (maior) et 0,035 (minor). Diametrus Frontinianus fistulae octonariae = 0,037, fistulae denariae = 0,046.

4) Exempla sufficiant haec:

III in duabus fistulis, quarum diametri sunt 0,056 et 0,033 (n. 7687), 0,115 et 0,078 (n. 7768b);
X in fistula n. 7357 (diam. 0,064 et 0,044), XX in n. 7423 (diam. 0,065 et 0,040);
V in fistula n. 7500a (diam. 0,15 et 0,10), LXXXII in n. 7822a (diam. 0,12 et 0,08).

5) Adde fistulas unius ductus n. 7253 signatas numeris XXIII XXIIII XXXVIII.

6) Fieri potuit ut nota XIII bis posita in fistula n. 7548 ex hac numerorum repetitione explicanda sit.

7) Huc non pertinet titulus notas exhibens CCCCXXXI et XCVIII, quem Marinius et Lancianius errore inter fistulas rettulerunt (*iscr. dol.* p. 484 n. 26; *syll.* n. 463, cf. *acque* p. 193), cum non in fistula fuerit sed in massa plumbi.

8) Cf. Vitruv. VIII, 7 § 4: Fistulae . . . si quinquagenariae (erunt pondus habeant in singulas) pondo DC.

9) De his numeris cf. Lanciani *acque* p. 198. 199.

10) De fistulis ad Castra praetoria spectantibus cf. Lanciani l. c. p. 316.

11) Omnes fistulas consulibus notatas, una excepta (n. 7361b, cuius origo tamen ignota est), aquam duxisse ad Castra praetoria perperam coniecit Lancianius l. c. p. 207 seq.

tituliquo certae aetatis cum fere deficiant post Otaciliam Severam, de scribendi ratione quae inde a media parte saeculi III in fistulis obtinuit vix aliquid statui potest[1]). Manifesto quidem, ut par est, a reliquis omnibus differunt exempla aetatis Tiberianae, Claudiae, Neronianae, Vespasianae et multum item differunt a titulis optimae aetatis qui in fistulis paullo post initium saeculi III exarati sunt; in illis enim scriptura elegans est, litterarum ductus subtiliores sunt et ipsae litterae haud raro longiusculae atque graciliores (praesertim in quibusdam titulis Domitiani), anguli in litteris a lineis convergentibus compositis (A M N V) in cuspidem desinunt fere semper acutissimam, cum in exemplis posteriorum aetatum nonnulla elementa saepe latiora sint quam altiora, litterarum ductus crassiores, in A M N V angularum capita aut minus acuta aut plane lata esse soleant (A et V litterae e. g. formam habent A et V in fistula Gordianorum n. 7338 et in aliis titulis qui saeculi III existimandi sunt). Sed iam inde ab aetate Domitiani in fistularum litteratura aequabilitas quaedam obtinuit, quae usque ad saeculum II extremum immutata fere permansit atque etiam priore subsequentis saeculi parte non prorsus evanuit; redeuntque saeculo III litterarum formae optimae et a scriptura bonae aetatis vix diversae, veluti in titulo n. 203 (n. 7242) et in fistula Mamaeae n. 7336.

Aetatum indicia satis certa A et P et R litterarum formae variantes exhibere solent. In A littera discrimen fusit linea transversa optima aetate eo loco posita qui mediam litterae altitudinem aequat (in fistulis Tiberi et Claudi paullo altius posita est), inde ab aetate Domitiani sensim inferius collocata, ita ut saeculo III littera constanter fere formam habeat A. In P et R litteris superior pars per duo priora saecula ita conformata est, ut linea semicircularis aut paullo supra mediam hastam terminetur aut ad mediam hastam deducatur (P vel P, R vel R); inde a saeculo III semicirculus aliquanto maior fingitur et longe ultra mediam partem hastae descendere solet (P R in fistula Gordianorum n. 7338). P litterae paullum apertae exempla pauca tantum reperiuntur in fistulis Flaviorum, Traiani, aliis saeculi I.

M et M, O et 0 formae aetatum indicia non esse solent et saepe in eodem titulo iuxta adhibitae sunt[2]). M in quattuor, M in sex fistulis Domitiani usurpatur, cum in fistulis saeculi II aut M adhibita sit aut littera eius formae quae inter M et M est media; inde a saeculo III dominantur formae M et quae media est inter M et M.

C D G O litterarum lineae curvae iam inde ab aetate Traiani saepius ad formam paene angulatam vergunt hanc C D G 0; S denique littera in fistulis antiquioribus gracilis esse solet (S), magis magisque curvatur in recentioribus (S).

Cornua quae dicuntur in litterarum extremitatibus non reperiuntur nisi in fistulis sequioris vel infimae aetatis (n. 7256. 7604); saepissime tamen linearum tam rectarum quam curvarum capita vel pedes ad cunei formam vergunt et ipsae hastae (praesertim in A L M N P R T V) non aequabili ducto, sed sursum vel deorsum versus sensim crassiores finguntur.

Litterae pictarum formas imitantes in sola fistula n. 7266*b* reperiuntur.

Nexus litterarum non ita rari sunt, et colligantur quidem non plures quam duae litterae[3]) in fistulis cuiusvis aetatis; nexus abundant in urbana optimae aetatis n. 7441 et in Ostiensibus n. 7739 (Hadriani), n. 7745 (Commodi); ET particula ubi occurrit fere semper scribitur litteris contignatis.

Interpunctionis signa aut triangularia sunt aut quadrata, haud raro etiam rotunda, plerumque vero formae incertae.

Sylloberis quae dicitur interpunctio in una tantum fistula a. 177 occurrit (n. 7360).

Fistulae plumbeae ex fusione prodierunt[4]) et ita quidem, ut laminae latitudinis variae longitudinisque pedum denum[5]) ex formis lapideis ut videtur[6]) funderentur, postea in rotundationem flecterentur[7]). Tituli cum in his formis incisi essent, in ipsis fistulis necessario prominebant[8]). In titulis conficiendis plumbarios typis mobilibus usos esse perperam affirmavit Lancianius (l. c. p. 204 seq.), postquam recte id negavit Descemet (*inscr. dol.* p. 138 seqq. 151 seq.). Mobilium typorum usus plane refellitur eo, quod in fistulis haud aliter atque in tegularum titulis (cf. supra p. 2) litterae saepius ita collocatae sunt, ut altera in alterius spatium porrigatur (*die Buchstaben unterschneiden sich*), refellitur praeterea fistula n. 7249*a*, in qua prima nota numeri IIX tituli partem postremam secat.

In laminis fundendis plumbum haud raro sulcis litterarum inhaesit, quam ob causam in fistulis saepe occurrunt litterae aut aliqua parte truncae aut omnino effractae (cf. Lanciani l. c. p. 210); notilas esse litteras typis significare saepius omisi, ubi lectio dubia non erat.

Ex ingenti fistularum litteratarum numero quem antiquitas nobis reliquit permultas in effossionibus repertas, paucas tantum nobis servatas esse, iure doluit Lancianius (l. c. p. 202 seq.). Sed multas fistulas sub pavimentis veterum aedificiorum aut sub viarum vicorumve silice adhuc latere certum est (cf. Lanciani l. c. p. 203), ut hanc voluminis nostri partem sperandum sit incrementum consecuturam esse non parvum. Quod vero earum exemplorum, quae bis annis fere viginti interitum effugerunt, bona pars studiis nostris servata est, sine dubio debetur Lanciano, qui colligendis vel emendis fistulis curam impendens peculiarem de aquariis inscriptionibus optime meruit.

Minus laudanda est ratio quam Lancianius fere secutus est ubi in quaestionibus ad topographiam spectantibus fistulas in partes vocavit. Nam cum statuit, iisdem fere semper locis unde fistulae prodierunt aut domos aut villas fuisse eorum qui in fistulis nominantur[9]), a temeritate quadam non satis videtur cavisse, neque defuere qui contra dicerent[10]).

In aquae ductibus saepius diversorum dominorum nomina inscripta esse, nonnumquam etiam plures plumbarios occurrere, iam supra observatum est. Certum est, in plerisque ductibus eius generis nominari homines eiusdem aetatis, qui communiter aquam impetraverunt (cf. supra p. 910 col. I); in quibusdam tamen etiam tituli diversarum aetatum casu fortuitoque coaluerunt, cum in resarciendis ductibus vitiatae partes supplebantur fistulis signatis nomine eius qui tum aqua utebatur aut plumbarii illius aetatis[11]). Quod ubi factum sit, raro diiudicari potest, cum de his rebus vetustiores et recentiores auctores nihil fere adnotaverint. Neque accuratius de diversorum nominum per singulas fistulas distributione rettulerunt, haud raro etiam titulos ita exceperunt, ut saepe dubitandum sit, utrum eiusdem ductus an diversorum ductuum iuxta repertorum fuerint partes. Quod illi peccarunt, qui archetypa ante oculos habuerunt, mihi corrigere non semper licuit, cui non omnia quae tradita sunt praesto fuerint, eaque non pristina integritate, sed aut comminuta aut diffissa aut in laminas tantum redacta. Feci quod potui et operam arduam non frustra me consumpsisse spero in fistulis iam ita edendis, ut non dirimerentur quae ad unum ductum pertinuerint, alienae, quoad fieri potuit, non confunderentur. Partes igitur quae aut pertinuerunt aut mihi visae sunt pertinuisse ad unum ductum Graecis litteris α β γ distinxi; eiusdem tituli vel similium titulorum exempla variis locis reperta aut adservata Latinis litteris *a b c* notavi.

---

1) Tabulae, qua titulorum in fistulis frequentiam secundum tempora variantem in conspectu posuit Lancianius *acque* p. 200, quanta fides tribuenda sit patet ex iis quae supra monui.

2) M et M in n. 7360 anni 177, tres formae inter M et M variantes in fistula agri Sublacensis Traiani n. 7895, O et 0 in n. 7235*a* cet.; in plerisque fistulis O littera non circuli formam exhibet, sed longiuscula fingitur.

3) Plures litterae in unum elementum coniunguntur in sola lamina plumbea n. 7809.

4) Fistulas quomodo factae sint exposuit Lanciani *acque* p. 191 seqq. Cf. etiam Nibby *analisi* I p. 23 seq.

5) Cf. Vitruv. VIII, 7 § 4. 5 (Plin. n. h. XXXI § 58). Lanciani *acque* p. 193.

6) Nibby l. c. Lanciani *acque* p. 204.

7) Vitruv. l. c. Frontin. § 25. Lanciani l. c. p. 194 seq.

8) Exceptiones sunt fistulae n. 7251. 7496. 7603, quarum tituli litteris cavis scripti sunt in tabella prominente. — In fistula n. 7330 plumbarii nomen pleries impressum est litteris cavis, signaculo ut videtur. Cf. etiam n. 7476.

9) *Acque* p. 208. 301 seqq.; Forma Urbis, passim.

10) Huelsen in *Rhein. Mus.*, n. *F.* XLIX (1894) p. 384. Cf. etiam Stevenson *cimitero di Zotico* (Modenae 1876) p. 100.

11) Cf. n. 7309*a*. 7317. 7453. 7742 cet.

Imperatoriae fistulae satis rarae, quae in mediis titulis anaglypha exhibent, num peculiaribus locis aquam suppeditaverint incertum est. Signa occurrunt aquila adversa alis expansis (in fistulis Domitiani n. 7280. 7289) et miles vel Mars armatus (in n. 7279 Domitiani et in n. 7295 Traiani), utrumque obvium etiam in tegulis imperatorum et quorum alterum certe aptum foret fistulis eis quae aquam castris adducebant (cf. supra laterem n. 3).

Titulos incisos in labris tubulorum aeneorum (Lanciani syll. n. 417. 499. 519), quos non recte opinor Lancianius calices a Frontino (§ 36) memoratos esse putavit, non recepi inter fistulas sed exhibui inter inscriptiones supellectilis aeneae (supra n. 7212—7214). Exclusi praeterea utpote ab hac inscriptionum parte alienos, titulos Lancianianae sylloges hosce: n. 380 (titulus est glandis plumbeae falsae), n. 401 (est tegula huius voluminis n. 2398), n. 462 (sigillum est plumbeum, vide infra inter sigilla n. 7963c), n. 463 (est massa plumbi infra n. 7914), n. 555 (titulus legitur in manubrio thecae lucernariae ex plumbo, vide infra n. 8004a).

FISTVLAE NOTABILIORES ET QVAE AEDIFICIA AVT SODALICIA VEL COLLEGIA SIGNIFICANT

(his adnumerari possunt publicae Ostienses, Tusculanae cet., fistulae inscriptae *Alb*(anum) similes infra edendae)

7235 a ad viam Flaminiam rep. a. 1863/64 in villa Liviae ad gallinas dicta, in loco cui nomen *Prima porta*, 2 ex. medii moduli [in repos. mus. Vatic. antea, iam in mus. Gregoriano (duo fragmenta titulum α et fragmentum sinistram partem tituli β exhibentia)].
b prope ecclesiam s. Andreae *della valle* rep. a. 1884 (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 198].

a

α OPERE PVBLICORVM ✓
(ab utraque parte scriptum)

in alia fistula eiusdem ductus

β CALPVRNIVS LICINIANVS FECIT
(ab utraque parte scriptum)

b

OPERVM PVBLICORVM ✓

a Fragmenta in mus. Vatic. adservata descripsimus C. L. Visconti, Bormann, ego. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum exhibent a et β coniunctos ita: *da una parte* OPERE·PVBLICORVM, *dall' altra* CALPVRNIVS FECIT, praeterea β integram (ita ut dedi, *condotto lungo palmi 20*). Descemet, qui in litteris ad Henzenum datis fistulam integram se descripsisse ait a. 1864, ita excepit: „OPERE PVBLICORVM ✓, ex adverso CALPVRNIVS LICINIANVS FEC". Ed. Lanciani syll. n. 308. 309; a sola memoratur in *Bull. d. Inst.* 1863 p. 72 adn.

b Descripsi (V littera formam habet V).

Opere publicorum in a errore vel idiotismo scriptum esse pro *operum publicorum* docet fistula *b*.

Pravam tituli interpretationem protulit Lanciani scribens (*acque* p. 135) '*la condottura della villa di Livia a Prima porta si sa essere stata fatta da un redemptor* OPERE·PVBLICORVM'. *Operum publicorum* enim sine dubio significat, fistulas fuisse rationis operum publicorum quam cum ratione patrimonii cohaesisse constat (cf. Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* I p. 158). Erravit item Lancianius fistulam a aetatis Tiberianae esse dicens (l. c. p. 308), cum pro litterarum forma saeculo III ineunte non sit vetustior (fistula *b* videtur esse saeculi III fere medii); quod confirmatur etiam fistula Albana n. 7826 *Stationis urbanae Augg.* nn. ab eodem plumbario Calpurnio Liciniano facta.

7236 a in arce Capitolina rep. *negli sterri per la costruzione del monumento a Vittorio Emanuele* (*nello sterro del piazzale accanto alla sagrestia* ACTA): fistula est medii moduli [repos. therm. Diocl.].
b in Esquiliis rep. *nell' area degli orti lamiani* (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 9].

a

α RATIONIS PRIVATAE ✓
(ab utraque parte scriptum)

in alia parte eiusdem fistulae

β . . . f|LORENTINVS FEC ✓
(ab utraque parte scriptum)

b

RATIONIS PRIVATAE ✓

a Descripsi. Acta ms. effossionum, corruptum. *Not. d. scavi* 1887 p. 72. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 177 n. 1900 (palmula in fine a nm.).

b Descripsi. Lanciani syll. n. 37.

Fistulae sunt saeculi III fere ineuntis.

Sex. Cornel(i) Repentini pr(aefecti) pr(aetorio) c(larissimi) v(iri). — Praefectus praetorio fuit sub finem imperii Pii (cf. Spartian. Pius 8, ubi Borghesius pro 'Fabium Repentinum et Cornelium Victorinum' reponendum esse coniecit 'Cornelium Repentinum et Furium Victorinum').

Cf. supra in prooemio p. 909 col. 2.

7440 rep. in *via Nazionale* in fundamentis aedium Pascucci (medii moduli) [Pascucci dono dedit repositis urb. (sign. n. 144)].

CORNELIAE · TAVRI · F · T · AXI

Descripsi. *Bull. arch. comunale* 1880 p. 327; cf. 1881 p. 17 et Huelsen in *Rhein. Mus., n. F.* XLIX (1894) p. 386.

Corneliae Tauri f(iliae) T. Axi (uxoris). Eadem fortasse quae memoratur in titulo Thespiaco (Inscr. Gr. septentr. I 1854) [Ὁ δῆμος Θεσπιέω]ν Κορνηλίαν Σισένα [Στατιλίου] Ταύρου κ. τ. λ. *Taurus* est Sisenna Statilius Taurus consul a. 16 p. Chr.; *T. Axius* aliunde ignotus est.

7441 effossa in ea parte plateae di *Termini* ubi fuit exedra maxima thermarum Diocletiani inter parietinas rep. sub thermis, 10 ex. medii moduli (in quattuor ex. nomen bis scriptum est) [repos. urb., sign. n. 234—243].

CORNELIÆ · L F · VOLVSI · SAVRNINI · P

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 182 n. 1915; *Not. d. scavi* 1887 p. 234, utroque loco in fine PAT. Cf. Huelsen in *Rhein. Mus., n. F.* XLIX (1894) p. 389 in adn.

Corneliae L. f(iliae) Volusi Saturnini p(raefecti?) (sc. uxoris). P littera solitaria, hic *p(raefecti)* potius quam *p(atris)* intellegenda, occurrit etiam in fistula n. 7465 (cf. etiam C. I. L. X 1904).

L. Volusius Saturninus consul suff. a. 3 post Chr. et praefectus urbi fuit a. 42—56 (Henzen acta fr. Arv. p. 202). Uxor Cornelia Scipionum gentis fuit, cf. Plin. n. h. VII § 62. Gattius l. c. recte confert titulum C. I. L. VI, 2 n. 7387 qui *Corneliae L. Volusi* mentionem facit.

7442 originis ignotae [mus. Kircher. vet., sign. n. 592 (est moduli fere parvi)].

CORNIFICIAI[illegible]IIA

Descripsi (quae post *Cornificiae* sequebantur perierunt restauratione in fistula facta, cuius vestigia adhuc apparent ante postremas tituli litteras; inter E et A spatium est novem fere litterarum; in fine videtur fuisse IAS vel NAE, certe non fuit LAE). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 592 et Lanciani syll. n. 165 CORNIFICIA tantum exhibent.

'*La credo provenire dalla domus* CORNIFICIAE *segnata nella forma urbis Romae ap. Iordan tav. 1 n. 2 . . . Spettava forse alla* Annia Cornificia Faustina *sorella di M. Aurelio e sposa di M. Ummidio Quadrato, ovvero a sua nipote, cf. Borghesi 3, 241. 5, 304. 437*' Lanciani. Idem hanc fistulam et eam quae nomen exhibet *Umidiae C. f. Quadrati[lae]* (vide infra sub littera V) in regione XII repertas esse coniecit *Bull. arch. comunale* 1891 p. 212; contra dixit Huelsen in *Bull. d. Ist.* 1892 p. 296.

7443 in Aventino rep. in cuniculis sub coenobio s. Sabinae effossis.

COSMI AVG LIB A RAT | bis scriptum

Ed. Descemet in *Ann. d. Inst.* 1857 p. 69 et *Mém. sur les fouilles exéc. à s. Sabine* p. 19 et 33 (inde Lanciani syll. n. 173).

Cosmi Aug(usti) lib(erti) a rat(ionibus) mentio est in titulo Saepinati C. I. L. IX 2438 anni circiter 168 p. Chr. *T. Flavius Cosmus* tituli C. I. L. VI 411, qui olim fuit in s. Alexii in Aventino, num idem sit homo incertum est.

7444 in Caelio rep. in villa Casali *nelle fondamenta per l'ospedale militare* (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 210].

DIADVMENVs AVG · L · A LIBELLIS

in parte aversa

TI CLAVD · FELIX · FEC

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1158 (priorem titulum nescio quo errore ita: DIADVMENI · AVG · L *a ratio*).

Pro litterarum forma fistula videtur esse saeculi I fere medii.

De plumbario cf. supra ad n. 7382. De nomine domini primo casu enuntiato cf. ad n. 7413.

7445 rep. in via *di porta s. Lorenzo nelle fondamenta dell' arsenale militare* (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 204].

SEX · ERVCI · CLARI · SEC · S · F

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1159.

Sex. Eruci Clari, Sec(undus?) s(ervus) f(ecit). — Potest esse is qui iterum consul fuit a. 146.

7446 [repos. urb. (empta a. 1884), sign. n. 195; est medii moduli].

EVCARPI AVG L

Descripsi. — Videtur esse saeculi II fere ineuntis.

7447 in Aventino rep. in effossionibus ad s. Balbinae anno 1859 factis.

L. *F*ABI CHILONIS PRAEF VRB

C. L. Visconti in *Bull. d. Inst.* 1859 p. 164 (inde Lanciani syll. n. 167).

De *L. Fabio Cilone* (vel *Chilone*) praefecto urbi (a. 203. 205—211) et consule iterum (a. 204) cf. C. I. L. VI 1408—1410 et quae ibi adnotantur, Tomassetti in *Museo ital.* III p. 51, Prosopogr. imp. Rom. II p. 45.

7448 ad viam Ostiensem rep. miliario VIII in fundo q. d. *Malafede* (ad eccl. s. Balbinae rep. BVLL., errore) (est moduli fere parvi) [in universitate antea, iam in mus. Kircher., sign. n. 593].

L · FABI CILONIS C V ⁄ saec. II exeuntis

Descripsi. C. L. Visconti in *Giorn. Arcad.*, n. s. LII (1865) p. 167. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 593. Lanciani syll. n. 381.

Cf. fistulam praecedentem.

7449 a in quinque fistulis rep. in via *dei Serpenti nel tratto compreso fra le vie di s. Pietro in Vincoli e del Colosseo* BVLL., similiter NOT. (α 3 ex., β 2 ex.) [repos. urb., 1 ex.].

b prope thermas Diocletiani rep. cum fundamenta fiebant aerario publico, *due tronchi di tubo, larghi nel diametro 0,05.*

a

α L FABI GALLI ⁄

in alia parte eiusdem ut videtur fistulae

β VMBRIAE C F ALBINAE ⁄

saec. II (medii? exeuntis?)

b

L FABI GALLI

a Descripsi ex ectypis quae mecum communicavit Gatti. Ed. Gatti in *Not. d. scavi* 1895 p. 206. 232 et in *Bull. arch. comunale* 1895 p. 127.

b Ed. Lanciani syll. n. 82 ex schedis *presso l' ufficio tecnico degli scavi di Roma.*

Gatti in *Bull.* l. c. confert tegulas Umbriae Albinae repertas prope Aufidenam (C. I. L. IX 6078, 176).

7450 *sotto il palazzo Rospigliosi e propriamente fra l'orto Mercurelli e la via Mazzarino* (inter terram) NOT. et similiter BVLL.; *sotto le terme di Costantino sul Quirinale* EN. (medii moduli) [repos. urb., dissecta in quattuor partes sign. n. 48. 49 (= α), 50 (= α + β), 51 (= β)].

α T · FL · CLAVDI CLAVDIANI ⁄

in parte aversa

β A P O L A V S T V S F E C I T ⁄

saec. II ut videtur

Descripsi. Bruzza in schedis, parum accurate. *Not. d. scavi* 1876 p. 55. Melius Lanciani syll. n. 66. Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17 et Huelsen in *Rhein. Mus., n. F.* XLIX (1894) p. 390.

Cf. fistulam Ardeatinam *T. Flavi Claudiani* e. v. infra edendam.

[HEREDVM T · FL · IOLAI] vide infra inter titulos plumbariorum *Amandus T. Fl. Iolai her(edum) ser(vus) [fec(it)].*

7451 rep. *entro l'area della nuova chiesa metodista-episcopale in via Firenze* (ad angulum viae *venti Settembre*) (moduli fere medii) [repos. therm. Dioclet.].

T · FLAVI · SABINI

Descripsi. Gatti in *Not. d. scavi* 1893 p. 418. Cf. Huelsen in *Rhein. Mus., n. F.* XLIX (1894) p. 400 (et p. 385 adn. 1).

T. Flavius Sabinus utrum frater Vespasiani imperatoris sit an illius filius incertum est. Cf. C. I. L. VI 29788.

7452 rep. a. 1882 *al palazzo dell' Esposizione* (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 165].

T · FLAVI · SALINATORIS ⁄ saec. I exeuntis vel II ineuntis

Descripsi.

7453 in Esquiliis rep. inter reliquias domus antiquae ad angulum viarum *Napoleone III* et *Mazzini* (*casa Montanari*) (medii moduli) [repos. urb., dissecta in singulas partes sign. n. 189—191 (= γ), 192 (= α), 193 (= β)].



α

✳ T FLAVI TIBERIANI ❦ saec. II fere ineuntis

β

in alia parte eiusdem ductus

VITALIO FECIT ❦

γ

in aliis fistulis eiusdem ductus (LANC.), ter

M TVTICIVS CAPITO ❦ saec. II exeuntis

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 52 in α ✳ exhibens, in γ CARITO legens.

M. Tuticius Capito, quem Lancianius plumbarium esse putat, mihi dominus est aquae, ita ut in hoc aquae ductu — si re vera tituli in uno ductu fuerunt — duo domini nominentur, quod non offendit (cf. p. 910 col. 1; de nomine primo casu enuntiato cf. n. 7413). Ductus nunc sectus est in quinque partes, quas singulas exhibent inscriptiones, et difficile sit dictu, quomodo tituli in ductu integro distributi fuerint. Tria frustula nomen M. Tutici Capitonis exhibentia cum modulum habeant paullulo minorem quam partes signatae nominibus T. Flavi Tiberiani et plumbarii Vitalionis, fistulae M. Tutici Capitonis postea additae sint necesse est, differuntque a reliquis litterarum forma.

Ceterum non recte Lancianius l. c. de modo exposuit, quo nomen Capitonis collocatum erat in lamina plumbea priusquam ea convolveretur; praeterea neque extant in fistula litterae MT deorsum positae, neque verum est titulum videri *battuto a freddo dopo la fusione*, cum ab omnibus reliquis fistularum titulis non differat.

7454 rep. a. 1830 *nelle scavo che si fa a spese communi dai sigg. N. A. D. fuori di porta s. Bastiano nel terreno vocabolo* Bufolara *di pertinenza dell' eccm̃a casa Colonna. . . . Un pezzo di tubo di piombo lungo palmi 3 ½, diametro once 5.*

C · FLAVI · TVRPILI ·

Cod. Vat. 9415 f. 276 ita: C·FLAVII·TVRPILI· (inde Lanciani syll. n. 193).

7455 [mus. Kircher. vet., sign. n. 594].

FL BALENTI saec. III fere medii

Descripsimus Henzen (FL BALENTIS) et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 594 (ita . . . FL BALENTI). Lanciani syll. n. 483 ut excepit Henzenus, Valentis imperatoris hanc fistulam esse existimans (posuit enim inter titulos *della casa augustea*), perperam.

Fl(avi) Balentin[i . . .].

7456 rep. a. 1872 prope thermas Diocletiani cum fundamenta fiebant aerario publico (partem α repertam esse *nel punto ove è il generatore dei caloriferi* et titulum γ bis scriptum fuisse *in altri tronchi dell' istesso tubo, largo nel diametro 0,05* tradidit LANC.).

α

FL VEDI ANTONINI C V ❦

in parte aversa

ANNI∘N · FECIT

β

FL VEDI ANTONINI C V ❦

γ

ANNION FECIT bis

Descripserunt α Bruzza in schedis (FLVE pro FLVEDI, ANN∘CN pro ANNION), β Henzen, γ Henzen et Bruzza (uterque 1 ex.). α et γ ed. Lanciani syll. n 77 suis et schedis Instituti (non bene) et apographo Bruzzae et schedis *presso l'ufficio tecnico degli scavi di Roma*, ex quibus utroque loco ANNION posuit.

Fl(avius) Vedius Antoninus c(larissimus) v(ir) qua parentela coniunctus fuerit cum Vediis Antoninis in Prosopogr. imp. Rom. III p. 389 n. 211 memoratis incertum est.

7457 in castello villae Quintiliorum repertam esse posse coniecit LANC. [in horreis antiquit. equitis Guidi].

FLAVIAE IANVARIA

Ad apographum Nisseni (a. 1864) Lanciani syll. n. 512. Descripsit etiam Gatti ediditque in *Not. d. scavi* 1891 p. 57.

7458 [bibl. Vatic., 2 ex. sign. N. LXX].

FLAIVAE · C · F · PROCILLAE

in parte aversa

C · GALERIVS HERMEROS ☞ saec. I medii vel exeuntis

Ectypa mecum communicavit Stevenson, archetypa contuli a. 1895. Marini *iscr. dol.* p. 507 n. 124 priorem tantum titulum (inde Lanciani syll. n. 513).

7459 ad viam Ardeatinam rep. in fundo *Tormarancia* in effossionibus a. 1817 institutis a ducissa de Chablais; ductum (diam. *mezzo palmo*) tribus qui sequuntur titulis notatum fuisse diserte dicit GVATT.

α

FVLVI PETRONI AEMILIANI C V

β

NVMISIE PROCLAE ❦ '*sic*'

γ

NVMISIAE Q · F · PROCVLAE

Guattani *memorie enciclopediche per il 1817* (VII) p. 22 litteris cursivis (in α Emiliani; β Numisiae Proculae; γ Numsiae Q. filiae Proculae). Ex eodem sine dubio ductu primum titulum rettulit Borghesi *oeuvr.* IV p. 310 (VIII p. 600 puncta ubique); reliquos idem posuit in add. ad syllogen Marinianam n. 141*a*. Lanciani α et β tantum rettulit syll. n. 234 et 233.

Fulvius Petronius Aemilianus c(larissimus) v(ir) utrum consul sit a. 206, an is qui a. 244 et 249 consul fuit, an idem sit qui in titulis C. I. L. VI 1422 et X 3856 nominatur *L. Fulvius Gavius Numisius Petronius Aemilianus* (vide quae ibi adnotantur) incertum est. — Cf. supra n. 7242.

7460 ad viam Nomentanam (mill. VIII) rep. in fundo cui nomen est *le Vittorie* sive *Casal vecchio* in loco q. d. *valle Valente*, 3 ex. (VISC. sched.) [Romae apud Rossios fratres].

L · FVNISV · VETTONIANI

Descripsit C. L. Visconti 3 ex. ediditque unum in *Giorn. Arcad.* CXLIV (1856) p. 19; inde et ex schedis Visconti Lanciani syll. n. 374. C. I. L. XIV 4016. Cf. *Bull. arch. comunale* 1886 p. 191.

L. Funisu(lani) Vettoniani. — Consulem esse anni incerti aetatis Flaviorum et curatorem aquarum qui successit Frontino a. 106 iam observavit Viscontius l. c. (cf. Borghesi *oeuvr.* III p. 72 seqq.). Vide etiam quae adnotantur C. I. L. l. c.

7461 rep. esse traditur extra portam Tiburtinam (moduli parvi) [apud Forcuccium antiquarium antea, nunc in repos. urb., sign. n. 141].

P · GALERI · TRACHAL

Descripsi a. 1880 apud Forcuccium. Est etiam in schedis Bruzzae. Ed. Lanciani syll. n. 586. *Bull. arch. comunale* 1880 p. 326.

P. Galerius Trachalus videtur esse consul a. 68 p. Chr.

7462 in Quirinali rep. *negli scavi per la via Nazionale sotto l'orto Mercurelli* SYLL. (moduli medii) [repos. urb., sign. n. 55].

Ꞩ · V · Ↄ · IИAIИAMЯƎϽ · T · ЯA · Ꝺ bis scriptum

in parte aversa

EX · OFFICINA · CARI

Descripsi (prima littera ꝺ potius quam ρ). Lanciani syll. n. 63 et Bruzza in schedis qui communicavit cum Descemetio *inscr. dol.* p. 152 (initio Ↄ). Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17 et Huelsen in *Rhein. Mus.*, n. F. XLIX (1894) p. 386.

G(avi?) Ar( ) T( ) Cermaniani c(larissimi) v(iri); de nota Ꞩ cf. ad n. 6767.

Fistula est aetatis labentis (saec. IV, V?).

7463 rep. una cum n. 7280 et 7497 sub *monte della Giustizia sul margine destro della strada uscendo dalla porta* [*Viminale*] *e volgendo verso il bottino idraulico* NOT. et similiter SYLL.; *trovata quasi innanzi alla porta Viminale dell' aggere nella parte esterna* BR. (moduli medii; *diam. 0,80* [corr. 0,08] BR.) [repos. therm. Dioclet.].

GEMINIAES BASSES C F saec. III ineunte

Descripsi. Bruzza in schedis. Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1878 p. 132 (BASSAES) et syll. n. 134.

Geminiaes Basses c(larissimae) f(eminae).

7464 rep. ad angulum viae *Carlo Alberto* et plateae s. Mariae maioris contra ecclesiam s. Antoni, *tubo assai malconcio della cui iscrizione non si sono potute leggere che le due prime parole* (medii moduli) [repos. urb. (sine numero)].

GENVCI MARINiaNI . . . . . saec. III fere medii

Descripsi (sic GENVCI MAR). *Not. d. scavi* 1887 p. 320 et *Bull. arch. comunale* 1887 p. 255.

7465 Romae rep. loco ignoto (*acquisto 1885*) (est medii moduli) [repos. urb., sign. n. 281].

M GONGI NESTORIANI P saec. III ineunte

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1888 p. 118 et *Not. d. scavi* 1888 p. 135.

M. Gongi Nestoriani p(raefecti?). Postrema littera quomodo intellegenda sit incertum est. Gatti (in *Bull.* l. c.) praefectum annonae vel praefectum praetorio ea significari posse coniecit; videtur esse potius cogitandum de praefecto classis, nisi intellegendum est *p(atris).* Cf. supra n. 7441.

Gongius Nestorianus sine praenomine (idem fortasse ac noster) occurrit in titulo dedicato inter a. 209 et 211 C. I. L. III 4024 procurator trium Augustorum et in privilegio anni 214—217 C. I. L. X 8325 (p. 996) (= C. I. L. III suppl. p. 1996 n. LXXXII) praefectus classis Ravennatis.

7466 rep. in via Portuensi prope *la chiesetta della B. Vergine del Riposo, sotto i travertini della crepidine a dritta della via*, 3 ex. (diametri 0,15 BORS.) [repos. therm. Dioclet.].

GRaPTI · AVG · L saec. I

Descripsi. Borsari in *Not. d. scavi* 1893 p. 519.

Incertum num idem sit qui ante manumissionem plumbarius fuit Domitiani (cf. n. 7286).

7467 1 rep. 21 Oct. a. 1872 *all' angolo nord ovest del palazzo delle Finanze* PELL. — [2 Romae apud Iandolam antiquarium a. 1879, nunc in repos. urb., sign. n. 94 (lamina execta e fistula medii moduli)].

ATERI LATRONIANI saec. II medii vel exeuntis

1 Ex apographo Pellegrinii ed. Lanciani syll. n. 74. — 2 Descripsimus Lanciani (l. c.) et ego.

'Haterii *di rango equestre e consolare fiorirono massime sotto Adriano. Si noti che il loro mausoleo gentilizio trovasi presso il palazzo delle Finanze „condannato a servire di fondamento di una delle torri che difendevano la porta nomentana"* (Cardinali *mem. rom.* 3, 407)' adnotavit Lanciani l. c., qui ad hanc fistulam pertinere putat titulum plumbarii Cn. Pompei Eulogi infra edendum, vix recte, cum fistula plumbarii minoris sit moduli et pro litteratura videatur esse vetustior.

7468 rep. in via *del Pavone* NOT., in via *dei Banchi vecchi in prossimità di via del Pavone* ubi rep. est fistula n. 7254 BVLL. (moduli parvi) [repos. urb., sign. n. 232].

L· HERMONI IVSTI saec. I medii vel exeuntis

Descripsi. *Not. d. scavi* 1887 p. 17 et *Bull. arch. comunale* 1887 p. 10 utroque loco L·HERMONIVS·TI.

7469 in fragmentis aquae ductus moduli fere magni rep. ad ripam dextram Tiberis *ai prati di Castello* (diam. 0,10) GATTI; in Tiberi rep. prope pontem Palatinum ACTA [repos. therm. Dioclet. (α 2 ex., β 3 ex., γ 1 ex.)].

α

A HORTESI LICINIANI

in alia parte eiusdem fistulae saec. II exeuntis vel III ineuntis

M CARTILIS BITALION FECIT sic

β

A HORTESI LICINIANI

γ

M CARTILIS BITALION FECIT sic

Descripsi (in quinque fragmentis titulus ita repetitus est, ut alter infra alterum positus sit). Acta ms. effossionum Tiberinarum n. 12763. Gatti in *Not. d. scavi* 1891 p. 30 et *Bull. arch. comunale* 1891 p. 294.

Acta et Gatti plumbarii tantum titulum exhibent omisso praenomine.

In plumbarii titulo V littera omissa est, legendum *M. Cartili(u)s Bitalion fecit*; cf. n. 7475, in quo plumbarius est *M. Cartilius Callidromus.*

7470 [in mus. Puteano olim].

traditur	videtur fuisse
THVLI · AVGVSTAL	TI · IVLI · AVGVSTALis

Cod. Windsor *Nettuno* f. 30 a Lanciano citatus. Fabr. p. 544 n. 415 (inde Marini *iscr. dol.* p. 516 n. 171). Ex his Lanciani syll. n. 501.

7471 a rep. a. 1879 inter vias *Torino, Nazionale, Firenze, Strozzi* cum fundamenta fiebant theatro Costanzi; *condotto di modulo incirca denario.*

b [apud Iandolam antiquarium antea, nunc in repos. urb., sign. n. 164 (medii moduli)].

a

α C IVLI AVITI

in alia parte eiusdem fistulae (Lanc.)

β no|EVIVS SYNTROPHVS FEC

b

n|EVIVS SYNTROPHVS FeCIT — saec. II fere ineuntis

a Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1879 p. 113, *Bull. arch. comunale* 1880 p. 22 n. 179, syll. n. 100. Bruzza in schedis et Kieseritzky (*Ann. d. Inst.* 1882 p. 245) titulos ita referunt, ut in duabus fistulis fuisse videantur (SYNTROPVS Bruzza). — Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17.

b Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1882 p. 172 n. 601. Est fortasse ipsum exemplum β fistulae a.

C. Iulius Avitus incertum num idem atque Iulius Avitus maritus Iuliae Maesae et avus maternus Elagabali. — Idem plumbarius occurrit in fistula n. 7487.

7472 a [Romae *nel museo di mons. Casali,* unum exemplum (rep., ut probabiliter coniecit Lanciani, in vinea Casali prope portam s. Sebastiani sita et affini vineae Volpi-Guerrieri, unde prodiit fistula *b*); alterum Velitris in mus. Borgia antea, nunc Neapoli in mus. (laminae sunt exsectae)].

b in Aventino rep. in vinea olim Philippi Volpi, tum Guerrieri supra thermas Antoninianas.

a

α IVLIORVM CEFALIORVM CC VV

in alia parte et eadem et videtur dextrorsum pertinente — saec. III ineuntis

β VETVRIA POLLA ET ASCLEPIADES FEC

b

VETVRIA POLLA · ET ASCLEPIADES FEC

a Descripsimus exemplum Neapolitanum. Exempli Casaliani partem titulum α exhibentem ed. Marini *Arv.* p. 245 et *iscr. dol.* p. 510 n. 132, partem β idem *iscr. dol.* p. 518 n. 183. — Borgiani exempli partem α Marini *iscr. dol.* p. 510 n. 132, partem β Cardinali in *Giorn. Arcad.* XI (1821) p. 231 n. XXXVII = *iscr. ant. ined.* p. 54 n. 314 (puncta ubique). Utramque partem Raponi cod. Propagandae f. 34. 35; Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 305 n. 667, p. 306 n. 668 (puncta ubique); Mommsen inscr. regni Neap. n. 6829, 10. 13; Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 116. 119; ex praecedentibus Lanciani syll. n. 168. 169*a*.

b Ex apographo Angeli Pellegrini (in schedis apud Institutum) ed. Lanciani syll. n. 169*b*.

Fistulae a partes α et β ab editoribus prioribus separatim exhibitas coniunximus Lanciani et ego coniectura opinor satis certa.

7473 Fiduuis rep. *nel grande scavo detto alla Bella Donna,* 2 ex. (una cum tegula n. 487*c* addit BORGH.).

IVLI · EVTACTI

Amati cod. Vat. 9752 f. 32 (inde Lanciani syll. n. 433). Ab Amatio videtur habuisse Borghesius qui posuit in add. ad syll. ms. Marinii sub n. 129*b*. Ex praecedentibus Dessau in Ephem. epigr. VII, 1892, p. 382 n. 1271.

Iulium Eutactum eundem esse posse, cuius fuerunt praedia Salarensia in lateribus n. 487 a—c (anni 123) memorata, monuit Lanciani l. c. et *Bull. arch. comunale* 1892 p. 92 adn. 1.

7474 ad viam Tiburtinam in vinea Randanini FABR. (idem fortasse exemplum nunc Parisiis in *cabinet des médailles*).

SEX · IVLI · FRONTINI

Descripsit O. Hirschfeld. Fabr. p. 543 n. 404 (inde Volpi vet. Latium X, 2 p. 672; Marini *iscr. dol.* p. 510 n. 133; Lanciani syll. n. 128). Babelon et Blanchet *cat. des bronzes ant. de la bibl. Nat.* n. 2407 ita ut dedi.

SEXT Fabr., puncta omittens (SEXTI IVLI FRONTIM 'sic' adscribens Volpi; SEX· pro SEXT et puncta ubique Marini). SEX · IVL · FRONTINI Hirschfeld.

Fistulam esse *Sex. Iuli Frontini* aquarum curatoris Nerva et Traiano imperatoribus nobilisque de aquae ductibus scriptoris adnotavit Fabretti. Tituli sinceritatem sine causa in dubitationem vocavit Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* I p. 171 adn. 5.

7475 ad radices Quirinalis rep. in via *Nazionale nei lavori per la costruzione del nuovo teatro drammatico,* sex fragmenta medii moduli (α 2 ex., γ 3 ex.) [repos. urb., sign. n. 201 (= α), 223 (= γ), 225 (= γ), 227 (= β); repos. therm. Diocl. (α et γ)].

α

IVLI PONPEI RVSONIANI *sic*

in parte aversa — saec. II exeuntis vel III ineuntis

M CARTILIVS CALLIDROMVS FEC

β

IVLI PONPEI RVSONIANI

γ

M CARTILIVS CALLIDROMVS FEC

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 9 n. 1680—1682. *Not. d. scavi* 1887 p. 16.

Iulium Pompeium Rusonianum eum esse putat Huelsen (*Rhein. Mus.*, n. F. XLIX, 1894, p. 390 in adn.) qui magister fuit XV virum sacris faciundis a. 204 (Ephem. epigr. VIII p. 293).

Cf. n. 7469, cuius plumbarius est *M. Cartili(u)s Bitalion.*

7476 [Romae *presso monsignor Casali*].

. . . . ᴧERI — litt. solitis magnis

in parte aversa

T · IVLI · VA
LERIANI — litt. parvis extantibus et retrogradis signaculo impressis

Marini *iscr. dol.* p. 510 n. 132*b* (inde Lanciani syll. n. 502 titulum fractum omittens) et inter signacula cod. Vat. 9110 p. 164 n. 129.

T. Iulius Valerianus num componendus sit cum Iulio Valeriano Plinii amico plane incertum est; propter insolitam tituli litteraturam et formam item incertum, utrum nomen sit eius qui aqua utebatur an plumbarii vel officinatoris (cf. n. 7330, in qua plumbarii nomen insolito modo ter positum est secundo casu).

7477 ad viam Praenestinam rep. a. 1881 in effoss. a principe del Drago institutis in loco cui nomen est *acqua bollicante,* 2 ex. canduli parvi [Romae in aedibus principis].

IVLIÆ · TI · F · PRISCÆ · ET · CÆCIL · M · F · LVPERCIL

in parte aversa

C · LICINIVS · FELI · FEC

Descripsimus Lanciani et ego. Ed. Tomassetti in *Not. d. scavi* 1881 p. 109 (IVLIÆ · M · F · pro IVLIÆ · TI · F ·).

Iuliae Ti. f(iliae) Priscae et Caecil(iae) M. f(iliae) Lupercil(lae).

7478 'rep. Romae in vinea Ludovici chirurgi Fanensis'.

IVLIAE · TI · F · SEVERAE

Manutius cod. Vat. 5237 f. 178'. Inde Donius Neap. p 354, 14 (Barb. p. 248 et 599, inde Fabr. p. 543, 403), ed. p. 101 n. 147 (ex eo Mur. p. 504, 17). E Donio et Fabrettio Marini *iscr. dol.* p. 509 n. 131. Lanciani syll. n. 514.

7479 [Romae in horreis antiquitat. equitis Guidi].

IVLIAE TYCHES ⸓

Ex apographo Forcellae (a. 1864) in schedis apud Institutum ed. Lanciani syll. n. 564. Descripsit etiam Gatti ediditque in *Not. d. scavi* 1891 p. 57.

7480 in Esquiliis rep. 25 Sept. a. 1873 ad angulum viarum *Principessa Margherita* et *Mazzini* (moduli magni) [repos. urb., sign. n. 35].

IVLIÆ · VITALIS · N' — saec. I fortasse exeuntis

Descripsi. Ed. Lanciani syll. n. 46. Memoratur etiam in *Bull. arch. municipale* 1873 p. 314, 52.

7481 ad viam Appiam in vinea Randanini (inter fistulas vineae Randanini ad viam Tiburtinam sitae errore posuit LANC.).

IVNIORVM /

Descripsi. Ex apographo meo ed. Lanciani syll. n. 129.

7482 in Esquiliis rep. 29 Dec. a. 1873 *poco lungi dalla piazza Vittorio Emanuele, nell' interno di una piramide tronca, rivestita di marmi, la quale formava il getto di una fontana* LANC.; *nella villa Palombara all' Esquilino, a pochi passi dietro ... la chiesa di s. Giuliano ... fuor di posto* PELL.; in thermis Diocletiani BVLL., errore (moduli medii) [repos. urb., sign. n. 36].

IVNIAE PROC — saec. II ut videtur

Descripsi. Pellegrini in actis ms. curatoris monum. antiquor. 29 Dec. a. 1873 parum accurate. Lanciani syll. n. 47. Eadem ut videtur memoratur in *Bull. arch. municipale* 1873 p. 314, 51 ita: *Iulia Procula.*

7483 rep. a. 1872 prope thermas Diocletiani cum fundamenta fiebant aerario publico (*all' angolo nord ovest del palazzo delle Finanze*), 2 ex. (unius diam. 0,10 PELL.).

M LAELI FVLBI MAXIMI C V

Exemplum mutilum descripsit Henzen, alterum integrum Pellegrini, cuius apographum ed. Lanciani syll. n. 76.

M. Laelius Fulbius Maximus c(larissimus) v(ir) num idem sit ac M. Laelius Maximus Aemilianus consul a. 227 incertum est.

7484 ad viam Labicanam rep. *negli scavi eseguiti dall'avv. Guidi a Centocelle* [*ora è posseduta dalla Comm(issione) mun(icipale)* LANC., apud quam frustra quaesivi].

L · LAETOR · ANNAEI · RVF

Lanciani syll. n. 318 qui descripsit.

7485 rep. a. 1849 in vinea Lais ad viam Aureliam COD. LANC.; locum non adnotavit C. L. VISC. (moduli fere magni; diam. 0,110 STLL.) [apud Viscontium antea, iam in mus. Gregoriano].

LEPIDI LVPERCI · E · Q · R / — saec. III ineuntis
(ex utraque parte scriptum)

Descripsi. Cod. Lanciani 3 f. 89 n. 2 manu ignota (P. E. Viscontii?). C. L. Visconti in schedis. Ed. Lanciani syll. n. 275.

Lepidi (aut *L. Epidi?*) *Luperci eq(uitis) R(omani).* — Interpunctionis signum inter E et Q superfluum occurrit etiam in titulo C. I. L. VI 1637.

[LVCCEI NOMINATI] vide infra inter titulos fractos ... *pius Luccei Nomina[ti ser. fec.]*.

7486 a in duobus fragmentis ductus medii moduli rep. in via Portuensi a *circa 300 m. di distanza dalla porta Portese* [repos. therm. Dioclet.].

b originis ignotae [repos. urb.].

a

GN LVCRETI ALEXANDRI
in alia parte eiusdem fistulae vel ductus — saec. II medii?
narius S · PARDVS · FEC ⸙

b

VARIVS · PARDVS *fec*

a Descripsi. Gatti in *Not. d. scavi* 1893 p. 420.

b Descripsi ex ectypo quod mecum communicavit Gatti a. 1897. *Bull. arch. comunale* 1896 p. 296.

7487 in fistulis repertis ad viam Nomentanam contra ecclesiam s. Agnetis in vinea antea Franz tum Castelli-Marnini.

P · LVPLIVS AELIVS COERANVS

NAEVIVS SYNTROPHVS FEC ⸙ — bis scriptum

Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 303 a Vincentio Cavalietti descriptas.

Tituli utrum unius ductus sint an diversarum fistularum incertum est. Idem plumbarius occurrit in fistula n. 7471.

P. Luplius (gentilicium LVPLIVS num bene traditum sit incertum est) *Aelius Coeranus* idem fortasse ac *P. Aelius Coeranus* frater Arvalis a. 213/214, cf. C. I. L. XIV 3586.

7488 fistula magna effossa cum fundamenta fiebant aedificiorum basilicae Lateranae ante paucos annos adiunctorum (ibidem fere ubi reperta est fistula n. 7336) [in repositis basilicae Lat.].

L · LVSI PETELLINI
in parte aversa — saec. I medii vel exeuntis
P NAVTIVS APOLLINARIS FE

Descripsi a. 1895.

7489 *a* rep. in arce Capitolina sub horto et coenobio Aracoeli cum fundamenta fiebant monumento Victorii Emanuelis (medii moduli) [repos. therm. Dioclet., tribus fragmentis].
b in tribus fistulis eodem fere loco repertis (*nel cortile dell' ex-convento d'Aracoeli*).

a

ab una parte — in parte aversa

α Q MAECIOR BLANDI — L·NOSTIVS FLoRENTINVS FEC

in alia parte eiusdem fistulae vel ductus

ab una parte — in parte aversa

β CAE|l|IAE·GALLAE — L·NOST|I|VS FLORENTINVS FEC

b

L·NOSTIVS·FLORENTINVS·FEC·

a Descripsi. Lanciani in *Not. d. scavi* 1885 p. 187 titulos partis β minus plenos exhibens.

b *Not. d. scavi* 1885 p. 70.

Titulum β composui ex duobus fragmentis, coniectura satis certa.

In alia parte aquae ductus nunc deperdita fortasse nominati erant aut frater aut filii *Q. Maeci Blandi*, quamquam unum tantum praenomen in fistula cernitur.

Pro litterarum forma fistula *a* videtur esse saeculi I fere exeuntis.

7490 rep. a. 1881 *nel quartiere dei prati di Castello (presso il ponte di Ripetta)*; est moduli fere magni [repos. urb. (ex dono Iosephi Ravà), sign. n. 158].

MARI·CORNELI·COSSINI F — saec. II ut videtur

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1882 p. 172 n. 599 (nomen bis scriptum; F om.); cf. 1889 p. 174.

F in fine, si modo littera est, intellegenda *f(ilii)*.

7491 Romae rep. (moduli fere magni) [apud Iandolam antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 318].

MARIAE·T·F·ATTICILLAE — saec. I fere exeuntis

Descripsi a. 1890 apud Iandolam. Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1890 p. 179 = *Not. d. scavi* 1890 p. 186.

7492 *a* rep. *sulla sponda destra del Tevere, fra il ponte di s. Bartolomeo ed il ponte Rotto, nell'area della casa Lais già demolita* SYLL. (moduli parvi) [repos. therm. Dioclet.].
b Romae rep. m. Febr. a. 1884 [apud antiquarium quendam].

a — *b*

P•MARTIVS PHILIPPVS ✓ — circa a. 195 — P•MARTIVS PHILIPP|vs

in alia parte eiusdem ut videtur ductus

M|ARTIVS FAVSTVS FEC ✓

a Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 50 n. 784 et iterum in *Not. d. scavi* 1884 p. 155 uno versu, interposito spatio inter utrumque titulum.

b Descripsi.

De nomine domini primo casu enuntiato cf. ad n. 7413.

Cf. basim Ostiensem (C. I. L. XIV 169) P. Martio Quir. Philippo dedicatam a. 195.

7493 rep. *nel taglio per la via Nazionale attraverso la villa Aldobrandini* SYLL.; *nell' edifizio delle taberne* eodem loco SYLL. (moduli parvi) [repos. urb., sign. n. 15].

PVBLIA MARTIA SERGIA FVSCA C F ✓ — saec. III fere medii

Descripsi. C. L. Visconti in *Bull. arch. municip.* 1876 p. 114 et Lanciani syll. n. 69, male utorque. Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17 et *Rhein. Mus.*, n. F. XLIX (1894) p. 390 in adn., ubi errore exhibetur *Publia Valeria* est.

Publia Martia Sergia Fusca c(larissima) f(emina) affinitate fortasse coniuncta cum P. Martio Sergio Saturnino salio Palatino (a. 180, cf. C. I. L. VI 1979 v. 15). Cf. infra n. 7504.

De nomine primo casu enuntiato cf. ad n. 7413.

7494 originis ignotae (moduli parvi) [apud Milaniam antiquarium antea, nunc in repos. urb., sign. n. 166].

|MESSALINAE TAVRI·F| — saec. I fere medii

Descripsimus Bruzza in schedis et ego. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1883 p. 230 n. 650.

Fuisse potest aut *Messalinae Tauri f(iliae)* ... aut [*Statiliae*] *Messalinae Tauri f(iliae)*; 'aut femina est praeterea ignota aut ipsa illa quae a. 65 quinto suo matrimonio Neroni nupsit' (Mommsen in C. I. L. VI, 2 p. 995).

Cf. supra n. 7440 *Corneliae Tauri f. T. Axi* et infra fistulam Portuensem Messalinae nomine signatam.

7495 [bibl. Vatic.]

|- MINICI·FAVSTINI — saec. II

Descripsi ex ectypo quod mecum communicavit Stevenson, contuli archetypum a. 1895 (ante M fortasse nihil deest). Marini *iscr. dol.* p. 511 n. 137 q. v. (inde Lanciani syll. n. 503).

Marinius confert titulum Mur. 1191, 5 (= C. I. L. V 6369), in quo nominatur M. Minicius Faustinus quidam; conferri possunt etiam Cn. Minicius Faustinus cos. suff. a. 116 et filius eius ut videtur adoptivus Sex. Minicius Faustinus Iulius Severus.

7496 rep. ad angulum viarum *Mazzarino* et *Nazionale*, *murata in una costruzione delle terme di Costantino* (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 138].

MVCIANI — litt. cavis in tabella extante

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 181 (MVOLANI) et syll. n. 70 (MVOIANI).

De aetate non liquet et incertum num *Mucianus* sit idem qui in fistula prope Genzanum reperta dicitur C. Licinius Mucianus (vide quae ibi adnotantur).

7497 rep. una cum n. 7280 et 7463 sub *monte della Giustizia sul margine destro della strada uscendo dalla porta [Viminale] e volgendo verso il bottino idraulico* NOT., similiter SYLL.; tituli in tribus fistulis eiusdem ductus (medii moduli) dispositi sunt ita, ut in duabus nomina legantur domini et plumbarii, in una domini nomen bis scriptum sit (singulae partes iam dissectae sunt) [repos. therm. Dioclet.].

Q·MVNATI CELSI ✓

in parte aversa — saec. III ineuntis

FORMIANVS FEC ✓

Descripsi. Lanciani in *Not. d. scavi* 1878 p. 132 (minus accurate) et syll. n. 135.

Q. Munatius Celsus idem fortasse qui sub Caracalla fuit procurator Mauretaniae Caesariensis, cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 389.

Cf. inter titulos plumbariorum fistulas *Aemili Formiani* et *Aemiliae Formianae*.

7498 ad viam Ardeatinam rep. a. 1816 in fundo *Tormarancia* iuxta aediculam Domine quo vadis in collis summitate (2 ex. GVATT., pluribus ex. BORGH.).

MVNATIAE · M · FIL · PROCVLAE

Guattani *memorie enciclop. per il* 1818 (VI) p. 121 (ita MVNATIÆ M FILIÆ PROCVLÆ). Borghesi in litteris ad Labusium missis die 14 Ian. a. 1817 (*oeuvres* VI p. 78) et in add. ad syll. ms. Marinianam sub n. 138*a*. Ex his Lanciani syll. n. 232, qui errore citat Amati cod. Vat. 1443.

Basis marmorea eodem loco reperta C. I. L. VI 1465 ad a. 165 p. Chr. videtur pertinere (Borgh. l. c.).

7499 1 *sotto il palazzo Rospigliosi e propriamente fra l'orto Mercurelli e la via Mazzarino* inter terram NOT.; *nei disterri delle antiche taberne sottoposte alla villa Aldobrandini, descritte e delineate nel Bull. mun. IV, 115* SYLL. et similiter SYLL.; *sotto le terme di Costantino sul Quirinale* BR. (moduli medii) [repos. urb., tres partes dissectae sign. n. 10. 11. 47]. — 2 *nella zona circonvicina . . al castello [d'acqua vicino all' angolo N E delle terme Diocleziane]* SYLL.; *sotto il monte della Giustizia, parte intramuranea* SYLL.

L · NAEVI CLEMENTIS saec. I fere exeuntis

1 Descripsi. Bruzza in schedis, parum bene, eodem modo C. L. Visconti in *Bull. arch. municipale* 1876 p. 115. *Not. d. scavi* 1876 p. 55. Lanciani syll. n. 67. Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17. — 2 Ed. Lanciani in *Bull. arch. municip.* 1876 p. 136 et syll. n. 95 (ita: L · N
AEVI CLEMENTIS).

Cf. Huelsen in *Rhein. Mus.*, n. *F.* XLIX (1894) p. 385 adn. 1.

7500 *a. b* ad radices Quirinalis rep. in *via Nazionale nei lavori per la costruzione del nuovo teatro drammatico* NOT 1887; fistulae sunt magni moduli, sed non eiusdem diametri (*a* 0,15 et 0,19 circiter) [repos. urb., sign. n. 202 (= *a*); repos. therm. Dioclet. (= *b*, fuit antea in repos. urb. n. 224)].

c rep. in fundamentis templi Ignatiani (i. e. ecclesiae s. Ignatii) DONATVS; cf. *Bull. arch. comunale* 1883 tab. I—II. ('In fistula aenea, ex Donio' MVR., errore).

a

NARCISSI · AVG · L · AB EPISTVLIS

b

NARCISSI · AVG · L · AB EPISTVLIS
(ab utraque parte scriptum)

c

NARCISSI AVG · L · AB EPISTVL

a. b Descripsi. Ediderunt priorem Borsari in *Not. d. scavi* 1885 p. 19 parum accurate, melius Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1160 (in fine EPISTVL); utramque Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 10 n. 1686. 1687, *Not. d. scavi* 1887 p. 19.

c Alex. Donatus Roma vetus lib. 3 cap. 18 (p. 293 editionis principis, Romae 1639) AVG · LIB·, in imagine addita (p. 294) AVG · L·. Ex eo pendent Nardini *Roma ant.* (ed. Nibby III p. 126); Fabr. p. 543, 406; Mur. p. 911, 1; Cassio *corso dell' acque* II p. 374, alii. Marini *iscr. dol.* p. 511 *n.* 139. Lanciani syll. n. 144.

Est Narcissus Claudi libertus ab epistulis satis notus ex scriptoribus. De nota fistulae *a* addita cf. supra p. 910 col. 2.

7501 *a* ad viam Ostiensem mill. VIII rep. a. 1818 una cum n. 7368, pluribus ex. (moduli magni FEA) [unum (ex tribus fragmentis constans) Romae apud Dodwell antea, nunc Monachi in antiquario]. — Locum non indicavit FEA.

b [fuit Mediolani apud Hamilcarem Ancona a. 1883).

a

traditur

SEX MARIVS EROS FECET
L NONI · ASPRENATIS

fuit aptius

L NONI · ASPRENATIS
in parte aversa
SEX MARIVS EROS FECET

b

S EROS FECET

a Descripsimus fragmenta Monacensia (laminae resectae hae: SEX MAR|ISEROSFECE| et |NI · ASPRENATIS). Nibby *viaggio ad Ostia* (in *Atti dell' accad. rom. d'archeologia* III. 1829, p. 276) et *analisi* III p. 606 (inde Lanciani syll. n. 377). Sched. Feae f. 182 m. ipsius. Fragmenta Dodwelliana exhibent *Notice sur le musée Dodwell* p. 28 n. 112—114 et Hefner *das röm. Bayern* ed. 3 p. 273 n. CDIV, CDV, CDVII et tab. VI, 29; duo sunt etiam in additamentis Borghesianis ad syll. ms. Marinii sub n. 136*d*. 162*a* (inde Lanciani syll. n. 378).

b Ectypon mecum communicavit Bormann.

Pro litterarum forma fistula videtur esse saeculi II ineuntis vel medii, ita ut de consulibus a. 94 (L. Nonius Torquatus Asprenas) vel a. 128 (Torquatus Asprenas) cogitari possit.

7502 Romae rep. (*acquisto 1889*); est moduli parvi [repos. urb., sign. n. 305].

L NOVI PRISCI ❧

Descripsi (praenomen videtur fuisse L potius quam Q). Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 47 (= *Not. d. scavi* 1889 p. 35) initio Q legens et propterea in hac fistula consulem anni 78 nominatum esse existimans. Pro litterarum forma fistula est saeculi II fere exeuntis.

7503 in Esquiliis rep. a. 1873 *nel viale principessa Margherita sull' angolo di via Cavour, nell' interno della città serviana* SYLL.; in parietinis domus privatae, *l'atrio . . . è attraversato dalla chiavichetta contenente il condotto di piombo che alimentava la fontana* SYLL. Est moduli parvi [repos. urb., sign. n. 12].

L OCTAVIVS FELIX C V ❧ saec. III ineuntis esse videtur

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1872—73 p. 80 (cf. p. 314 n. 54) et syll. n. 28.

De nomine primo casu enuntiato cf. n. 7418

7504 *di recente acquisto* AVGG. (moduli fere magni) [in mus. Kircher. antea, iam in repos. therm. Dioclet.].

OFILLI MACEDONIS ET MARTI /
VERI ET SERGI SATVRNINI / saec. II exeuntis

Descripsi. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 586. Lanciani syll. n. 504.

Ofilius Macedo, filius fortasse eius qui hic memoratur, quindecimvir sacris faciundis a. 204 memoratur in actis ludorum saecularium Severianis (Ephem. epigr. VIII p. 293). *Martius Verus* idem videtur qui consul fuit a. 166 et iterum a. 179. *Sergius Saturninus* fortasse idem atque P. Martius Sergius Saturninus salius Palatinus a. 180 (cf. C. I. L. VI 1979 v. 15), quem filium P. Marti Veri esse putat Dessau (Prosopogr. imp. Rom. II p. 350 n. 259).

7505 rep. a. 1732 'in eo collis Coelii clivo qui Euro-Austrum respicit atque interiacet Lateranensi basilicae et muris urbis' LVPI. Titulos a et β in aquae ducto bis scriptos fuisse opinor et postea dissectos eam in singulos partes, quarum duae Romae manserunt, una Cortonam missa est (cf. n. 7343) [unum exemplum (a et β; singulae laminae sunt exsectae) in mus. Kircher. vet., sign. n. 604 et 603 (videntur esse eaedem fistulae partes, quae *del museo Vettori passarono nel museo del card. Zelada* ubi vidit MAR.), alterum (a tantum) Cortonae in mus.].

a

M OPELLI MACRINI PR PR C V / inde ab a. 210 et vid. (cf. Hirschfeld Verw. 1 p. XXX)

β

in alia parte eiusdem ut mihi visum est ductus vel fistulae

M OPELLI DIADVMENIANI C P /

Descripsimus Henzen et ego exemplum in museo Kircher. adservatum (a et β), Mommsen et Bormann exemplum Cortonense (a tantum). Lupi Severae epitaphium p. 43 in fine tituli β CR / pro CP / (inde Mur. p. 480, 7; *Giornale de' letterati per l'a. 1743 pubblicato col titolo di novelle letterarie oltramontane* p. 306 auctore non laudato). Marini *Arv.* p. 550 Lupium corrigens, et *iscr. dol.* p. 489 n. 33. 34 de visu; inde et e Muratorio Orelli-Henzen n. 5512. 5513. Brunati mus. Kirch. p. 26 n. XI.1 (β tantum). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 147 n. 604 et 603. Stevenson in *Ann. d. Inst.* 1877 p. 334 (DIADVMENIAN, errore). Lanciani syll. n. 16. 17.

Fistulae repertae sunt una cum n. 7343, sed huius aquae ductus partes non fuerunt, cum nostrae crassiores sint modulique maioris fuisse videantur; quod confirmatur verbis Lupii qui utriusque ductus titulos referens addidit 'in tubis plumbeis maioribus minoribusque'.

Cf. supra n. 7238; vide etiam prooemium p. 909 col. 2.

7506 [1 mus. Kircher. vet., sign. n. 593. — 2 Velitris in mus. Borgia antea, nunc Neapoli in mus. — 3 apud Fr. Vettori].

OTACILIAE C F POSTVMAE saec. I fere exeuntis

1 Descripsimus Henzen et ego. Maffei mus. Veron. p. CCLVII, 18 q. v., male (inde Marini *iscr. dol.* p. 512 n. 143). Brunati mus. Kirch. p. 42 n. LXXXVII, 11 non bene. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 145 n. 595. Lanciani syll. n. 516*a*. — 2 Descripsimus. Raponi cod. Propagandae f. 33 (ex apographo Raponii Marini l. c.). Mommsen inscr. regni Neap. n. 6376. Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 120. Lanciani syll. n. 516*b*. — 3 Gorius a litteris Fr. Vettori d. 20 Aug. a. 1729 (cod. Marucell. A 63).

7507 in Aventino rep. *negli sterri per la fondazione del campanile annesso alla chiesa del nuovo monastero dei Benedittini*, 2 ex. moduli medii [in repos. mus. Vatic. adservari certiorem me fecit GATTI].

PACTVMEIAE LVCILIAE / litt. pulchris

Gatti in *Not. d. scavi* 1893 p. 239

7508 rep. *ai prati di Castello negli sterri dell' area destinata al palazzo di Giustizia* una cum n. 8100 (modulí fere medii) [repos. urb. (sine numero)].

c. ÇRISPI PASSIENI ·

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 212 (memoratur etiam p. 174) et in *Not. d. scavi* 1889 p. 192.

C. Crispum Passienum eum esse qui a. 44 iterum consul fuit argute exposuit Gatti (*Bull.* p. 212 sq.) et confirmatur tituli litteratura.

7509 fragmenta fistularum medii moduli, incertum num omnia eiusdem ductus, a. 1881 apud Marchinium (*f*) et Forcuccium antiquarios (*a. b. d. e*), qui locum ubi reperta sunt ignorabant [omnia, praeter *c*, emit collegium arch. urbanum die 4 et 26 Ian. a. 1881 et iam adservantur in repos. urb., signata n. 145 (= *f*). 146 (= *a*). 148 + 150 (= *d* + *e*). 149 (= *b*); fragmentum *c*, quod apud Forcuccium prostabat, emit Hamilcar Ancona et detulit Mediolanum].

a	*b*	*c*
D PERCENNI · R	̸ MARCIANI C V	MARCIANI C V
in parte aversa	in parte aversa	in parte aversa
FECIT /	AEMILIA CHRYSI	AEMILIA CHRYSIS

saec. III ineuntis

d	*e*	*f*
AEMILIA CHR	y SIS FECIT /	D PERCENI RVFINI C V /
		(in parte aversa nihil scriptum est)

Descripsi *a. b. d. e. f*; fragmenti *c* ectypon mecum communicavit Bormann. *a* et *b* eiusdem ductus partes sunt duo exempla eiusdem ut videtur tituli exhibentes (his accedit tertium exemplum *c*); fragmentum *f* num ad eundem ductum pertineat non plane certum est; *d. e* partes unius quidem fistulae sunt, sed dubium num praecedentis ductus.

Titulorum fragmenta supra relata (praeter *c*) ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1881 p. 27 ita concinnata eaque in una eademque fistula esse dicens (*un tubo di piombo segnato con queste leggende*):

D PERCENI RVFINI C V /	D PERCENNI MARCIANI C V /
in parte aversa	in parte aversa
AEMILIA CHRYSIS FECIT /	AEMILIA CHRYSIs FECIT /

Quod vero de hoc tubo addit *è tornato in luce contemporaneamente ad essi* i. e. frustula tituli marmorei reperta *nei disterri eseguiti fra la chiesa di s. Bibiana e le mura della città* et a Lanciano ita suppleta D · PERcenni*o d. fil.* .... | RV*fino c. v.* .... | *leg.* AVG·PR·PR *prov* .... | *leg* AVG·PR·PR·*Prov* ...., ad tempus magis referendum videtur esse quam ad locum; nam aquae ductus fragmenta ubi reperta sint in urbe, ut monui, plane ignotum est.

7510 ad viam Latinam eff. a. 1629 extra portam Caelimontanam.

PVP PETILLIORVM BIRRONIS
ΈCLLΤ

Donius cod. Neap. p. 565 (Barb. p. 610) cui dedit Gaspar Salvianus; inde non satis accurate Marini *iscr. dol.* p. 512 n. 144 et Lanciani syll. n. 325.

V. 1 init. pro PVP Lancianius scribendum proposuit DVAR, vix recte; in fistula aut PVP fuit quod traditur, i. e. *pup(orum)*, aut P·P. — V. 2 PCLLV Don. Neap., ita ut dedi Barb.; *et Clia* legit Marinius.

Pup(orum) (aut *P. P = Publiorum*) *Petilliorum Birronis et C[l(i)t(i)*.

7511 [a. 1684 apud Biscium antiquarium, iam in repos. urb., sign. n. 181; est moduli magni].

*petra*NIOR SVRAE MAMER ΈE SVRAES SEPTIM

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 51 n. 786 initio litteras NIOR omittens et SVRAS pro SVRAES exhibens (cf. C. I. L. VI 21756 adn. Mommseni).

[*Petra*]*nior(um) Surae Mamer(tini) et Suraes Septim(iani)*. Fratres, quorum prior consul fuit a. 182, alter a. 190, a Commodo necati sunt, ut testatur Lampridius (Comm. 7).

Cf. supra lateres n. 528. 2159.

7512 ad viam Nomentanam rep. in villa Patrizi [repos. arb., laminae exsectae sign. n. 211 (= β) et 212. 213 (= α)].

α PHILONIS · AVG L · PROC
in parte aversa (LANC.)
β SEX EGNATIVS REDITVS FEC

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1161.

Titulus β certe non fuit in parte aversa fistulae Philonis nomine signatae, sed potest fuisse in alia fistula in resarciendo ductu cum illa coniuncta. α enim pro litterarum forma est saeculi I fere exeuntis, cum Sex. Egnatius Reditus plumbarius occurrat in fistulis n. 7333, 7409 et in Antiatina infra n. 7803, quarum prima est Severi Alexandri imperatoris, altera pro litteratura item saeculo III ineunti attribuenda est.

7513 rep. ad occidentem baptisterii s. Ioannis in Laterano prope viam *della Ferratella* in effoss. a. 1873 institutis a Constantino Corvisieri.

L · PISC*nis*

Descripsi ex ectypo quod mecum communicavit Stevenson. Ed. Stevenson in *Ann. d. Inst.* 1877 p. 362; inde Lanciani syll. n. 20.

Est fortasse *L.* (*Calpurnius*) *Piso* is qui aquarum curator fuit a. 60—63; fistulae litteratura huic aetati certe convenit.

'*Può darsi che la fratellanza dei Laterani e dei Pisoni nella congiura contro Nerone* (Tacit. ann. XV, 48. 49) *sia nata anche per la prossimità delle loro abitazioni Celimontane* (cf. Cic. de haruap. resp. 15)' Lanciani.

7514 in Esquiliis rep. in villa Palombara LANC. (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 21].

PLAVTIAE SERVILLAE C F / saec III fere medii

Descripsi. Lanciani syll. n. 48. Cf. *Not. d. scavi* 1883 p. 449.

Plautia Servilla c(*larissima*) *f*(*emina*) num *Lolliana Plautia Sestia Servilla* Q. Lolliani Plauti Aviti consulis (anni incerti, circa 210) filia sit in basi *Not. d. sc.* 1883 p. 448 memorata, incertum est.

Plautia Servilia dicitur in Prosopogr. imp. Rom. III p. 48 n. 367, errore.

7515 [apud marchionem Capponi].

PLVTIOR NICEFORI NICEFORIAN ET FILIORV

Schedae Didaci Revillas (A, p. 9) q. v. (inde Lanciani syll. n. 505).

Plutior(um) *Nicefori, Niceforian*(*i*) *et filioru*(m).

7516 rep. *negli sterri per la fondazione del palazzo della Banca sulla via Nazionale.*

M · POBLICI · NICEROTIS

Not. d. scavi 1886 p. 362 et Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 18.

7517 'in aede Felicis in Quirinali'.

M · POSTVMI FESTI ET PAVLLAE EIVS ET
FILIORVM ET POMPEI HELIODORI

Schedae Pompon. n. 122 apud Gammar. f. 70 et Gammarus cod. D, IV, 7 bibl. Basil. p. 95. Ex utroque Lanciani syll. n. 68. Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17 et Huelsen in *Rhein. Mus.*, *n. F.* XLIX (1894) p. 390 in adn.

M. Postumius Festus orator, incertum num idem, memoratur in titulis C. I. L. VI 1416. 1418; *et Paullae eius* = et *Paullae* (*coniugis*) *eius*.

7518 in villa Quintiliorum ad sinistram viae Appiae (ultra lapidem V) in effossionibus a. 1828 institutis a Carolo Torlonia reperta sunt *una gran quantità di condotti di piombo ed alcune chiavi di bronzo co' nomi de' padroni della villa, cioè de' celebri due fratelli Quintilii Condino e Massimo* sic.

II · QVINTILIORVM
CONDINI ET MAXIMI

Nibby *analisi* III p. 727 q. v. (v. 2 init. CONDINI, adnotans p. 730 in fistulis cognomen ita semper scriptum esse). Inde et ex reliquis qui a Nibbyo pendent Lanciani syll. n. 194 CONDINI emendans in CONDINI.

(*Duorum*) *Quintiliorum Condiani et Maximi.* Fratres sunt a Commodo necati ut villa eorum potiretur (cf. Dio 72, 5); consules fuerant a. 151.

7519 Romae rep. (*acquisto 1889*); est moduli fere parvi (repos. urb., sign. n. 300).

L RAGONI QVINTIANI

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 47 = *Not. d. scavi* 1889 p. 35.

Gatti in *Bull.* l. c. L. Ragonios Quintianos enumerat adhuc notos, consulem scilicet anni incerti Commodo imperante; filium eius; consulem a. 289 (Gatti errore 189). Pro litterarum forma fistula est saeculi II exeuntis.

7520 *alla casa della vigna della Valle presso a s. Gio. Laterano, attaccata al P*(= *principe*) *Giustiniani* BARB. XXX; *alla casa d. Valle* BARB. XXIX (*casa della Valle* MAR., quo errore deceptus titulum inter fistulas in regione IX repertas posuit LANC.).

traditur
REGINA · ES · CLAVDIA · ES · CAPITOLINA · ES
videtur fuisse
REGINIAES · CLAVDIAES · CAPITOLINAES

Cod. Barb. XXX, 198 f. 74 et schedae Holstenii cod. Barb. XXIX, 148, inde Marini *iscr. dol.* p. 514 n. 156. Ex his Lanciani syll. n. 151.

7521 [bibl. Vatic., sign. N LXXI].

L · ROI · AVCTI

Descripsi ex ectypo quod mecum communicavit Stevenson. Marini *iscr. dol.* p. 514 n. 154 q. v. (inde Lanciani syll. n. 161).

Pro litterarum forma haec fistula et ea quae sequitur mihi videntur esse omnium antiquissimae; sunt fortasse aetatis Augustae incipientis vel etiam vetustioris.

7522 rep. a. 1877 in via *de' Cerchi dicontro il n. civ. 45* una cum fistula n. 7524 a qua *si dipartiva ad angolo retto verso il Palatino* SYLL.; est moduli medii (diam. 0,052 et 0,04 SYLL.) [repos. urb., 3 ex. sign. n. 19. 60. 135].

ROI · HIL A RIONIS

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 180, *Not. d. scavi* 1877 p. 204, syll. n. 160.

De aetate cf. praecedentem.

7523 in quinque fragmentis omnibus ad eundem et videtur ductum pertinentibus rep. sub via antiqua (Labicana) *presso il cancello d'ingresso alla villa Wolkonsky-Campanari al Laterano* (β 2 ex.).

α

L ROSCI AELIANI PACVLI /

(ab utraque parte scriptum)

β

M PLAVTIVS EROS FEC / — L ROSCI AELIANI PACVLI

(ab utraque parte scriptum)

γ

L ROSCI AE*liani*

in parte aversa

l. rosci AELIANI /

δ

SEIORVM CARI ET FVSCINILLAE /

(ab utraque parte scriptum)

Descripsit Gatti et ectypa fragmentorum α et δ mecum communicavit. Ed. Gatti α. β. δ in *Bull. arch. comunale* 1888 p. 397 et α. δ in *Not. d. scavi* 1888 p. 624 (utroque loco δ initio SEIORVM).

L. Roscius Aelianus fragmenti γ num idem sit qui *L. Roscius Aelianus Paculus* dicitur in α et β incertum est.

Aetas determinatur fistula Commodi imperatoris n. 7325 in qua occurrit idem plumbarius. L. Roscius Aelianus Paculus igitur is est qui a. 187 consul fuit (in fastis L. Roscius Aelianus).

Seios Carum et Fuscinillam nepotes falsos Seii Fusciani consulis iterum a. 188 recte statuit Dessau in Prosopogr. imp. Rom. III p. 191 n. 242.

7524 rep. una cum n. 7522 in via *de' Cerchi dicontro il n. civ. 45, a m. 11,00 di profondità sotto il piano moderno. Correva sotto la crepidine dell' antica strada che divide il circo dal Palatino.* Est moduli fere magni (diam. 0,15 SYLL., 0,10 NOT., 0,08 et 0,09 BVLL.) [repos. urb. 4 ex., sign. n. 58. 59. 67. 134 + 135].

RVBELLIAE · BASSAE

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 160, *Not. d. scavi* 1877 p. 204, syll. n. 159.

Rubelliam Bassam Lanciani statuit esse eandem quae *Rubellia Blandi f. Bassa Octavi Lamatis* (sc. *uxor*) nominatur in titulo C. I. L. XIV 2610 (C. Rubellius Blandus consul suffectus fuit anno incerto ante a. 21 p. Chr.). Pro litterarum forma fistulam recentiorem esse existimaverim (saeculi II fere ineuntis).

7525 [repos. urb., sign. n. 282 (*acquisto 1886*); est moduli medii].

FIORVM FESTI PATRIS ET MAR

in parte aversa

ANI ET PROCVLI FILIORVM CCC VVV — saec. III fere ineuntis

Descripsi (initio secundi tituli incertum utrum I sit an I). Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1888 p. 180 qui recte legendum esse proposuit [*R*]*ufiorum Festi patris et Mar* . . . . *ini et Proculi filiorum* (*trium*) *c*(*larissimorum*) *v*(*irorum*).

Cf. C. I. L. XI 2699 in quo nominantur C. Rufius Festus Laelius Firmus c. v. cum sorore Rufia C. f. Procula c. f.

7526 rep. in via *di porta s. Lorenzo nei grandi lavori . . . per la costruzione di una caserma di artiglieria e genio* NOT., *nelle fondamenta dell' arsenale militare* BVLL.; est moduli magni [repos. urb., 2 ex. sign. n. 207. 208].

M SALLVSTI RVFI TITILIANI / — saec. II fere medii

Descripsi. Borsari in *Not. d. scavi* 1885 p. 18 et Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1162, unum tantum exemplum.

Titiliani cognomen corruptum esse putat Dessau (Prosopogr. imp. Rom. III p. 160 n. 67), vix recte.

7527 [mus. Kircher. vet., sign. n. 600].

EDATI SEVERIANI /

Descripsimus Henzen et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 600 et Lanciani syll. n. 508, uterque initio DATI tantum exhibentes.

Potest fuisse [*M. S*]*edati Severiani* (*Iuli Rufini*) qui aetate Pii legatus Augusti fuit et consul (*cf.* Prosopogr. imp. Rom. III p. 180 n. 231).

7528 rep. *nell' area della villa Ludovisi.*

SEMONI IVLIANI PRE VRB C V

Ectypum misit Gatti qui ed. in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 102 et *Not. d. scavi* 1887 p. 109 (hic in fine PR VRBE C V).

Semoni Iuliani pre(*feti*) *urb*(*i*) *c*(*larissimi*) *v*(*iri*). — Gatti l. c. eundem esse observavit ac *D. Simonium Proculum Iulianum* qui praefectus urbi fuit ante annum 254 (a. 239—241 statuit Tomassetti *Museo ital.* III p. 55).

7529 inter vias Labicanam et Latinam rep. in fundo *del Quadraro* (a. 1780 ut videtur) MAR.; *spettante all' eredità Zambini* loco non indicato VISC. [Romae apud principem Praenestinum].

L SEMPRONI PROCVLI C V /

Marini *iscr. dol.* p. 515 n. 162 qui vidit. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 146 (SEMPRONII PROCVLI . .). Ex his Lanciani syll. n. 534.

È il celebre giureconsulto che fiori nei tempi di Nerone adnotavit Lancianius Borghesium secutus (*oeuvr.* VI p. 433); sed iuris auctori vix nomen fuit Sempronius (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 100 n. 741), nec homo aetatis Neronianae esse potest C · V.

7530 rep. *nei disterri della Farnesina . . . nel sito segnato in pianta con la lett. Q, sotto il selciato della strada* NOT. (moduli parvi) [repos. therm. Dioclet.].

α

L SEMPRONI RVFI /

in parte aversa

AVRELIVS FLORENTINVS FEC — saec. II exeuntis vel III ineuntis

β

in alia fistula (eiusdem ductus SYLL.)

RVFINIANI /

Descripsi. Acta ms. effossionum Tiberinarum n. 1234. 1235 (in fistulis una repertis, sed diversis ut videtur). Lanciani in *Not. d. scavi* 1880 p. 53 et 128, syll. n. 574. 575.

L. Sempronius Rufus incertum est num sit 'Sempronius Rufus spado, qui sub Caracalla multum potuit' (Prosopogr. imp. Rom. III p. 197 n. 274).

Idem plumbarius occurrit in fistula n. 7573.

7531 [Romae apud antiquarium quendam].

SEPTIMIAE PR|OCillAE /

Descripsi a. 1884. — *Septimiae Proc[ill]ae.* Cf. sequentem.

7532 in Esquiliis rep. *nell' area della villa Palombara*, 5 ex. moduli fere medii [repos. urb., sign. n. 5. 20. 130. 132. 295].

SEP PROCILLA ET SEP DATIBVS FECC (exc. III fere medii)

Descripsi (in exemplo uno titulus in utraque parte scriptus est). Lanciani syll. n. 56.

Lanciani utrum SEP an SER legendum sit dubitat. Mihi in omnibus exemplis SEP vera lectio esse visa est, quam praeterea tuetur fistula quae praecedit. — FECC in uno tantum exemplo bene expressum est (Lanciani exhibet FECe vel FECit).

Sep(timia) Procilla et Sep(timius) Datibus fec(erunt). Cf. supra n. 7411 et 7413.

7533 ad radices Quirinalis a. 1884 rep *fra i ruderi di antica fabbrica esistenti tra il palazzo Campanari e la villa Colonna, nell' area del nuovo teatro drammatico nationale* BVLL.; est moduli medii [repos. urb., sign. n. 186].

α

CN SERG CRA'ERI 'E IVLI HIERACIS

in parte averse

SERVIVS SALVIDIENVS SYMPHOR| (exc. II medii vel amenti)

β

CN SERG C|

Descripsi fistulam α. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 51 n. 787 et in *Not. d. scavi* 1884 p. 103 = Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 10 et in *Not. d. scavi* 1887 p. 16.

Cn. Serg(i) Crateri et Iuli Hieracis. — *Servius Salvidienus Symphor[us]* plumbarii fortasse nomen.

7534 *a* ad viam Nomentanam (mill. VIII) rep. inter rudera veterum aedificiorum in fundo cui nomen est *le Vittorie* sive *Casal vecchio* in loco q. d. *valle Valenta* [Romae apud Rossios fratres].

b inter vias Labicanam et Latinam rep. in fundo *del Quadraro* (a. 1780 ut videtur) MAR. de α. β; *spettante all' eredità Zambini* loco non indicato VISC. de α [Romae apud principem Praenestinum].

a

Q·SERVILI·PVDENTIS ⁄

in alia parte eiusdem fistulae vel dorso

TI CLAVDIVS·PHOENIX·FEC

b

α Q·SERVILI·PVDENTIS|

in alia parte eiusdem opinor dorso

β PARDVS·SERVILI PVDENT|

a Descripsit C. L. Visconti (ita ut dedi) edi[d]itque in *Giorn. arcad.* CXLIV (1856) p. 18 (inde et ex schedis Viscontii Lanciani syll. n. 373). C. I. L. XIV 4017.

b Marini *Arv.* p. 348 et *iscr. dol.* p. 515 n. 164 (= α) et 165 (= β), qui vidit. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 146 α tantum (SERVILI·PVDENTIS). Ex his Lanciani syll. n. 335 (= α). 336 (= β).

b α et β eiusdem ductus falsae partes non traditur, sed veri simillimum est. — β ita supplenda est: *Pardus Servili Pudent[is s(ervus) fec(it)].*

De *Q. Servilio Pudente* cf. supra p. 101.

7535 ad viam Latinam rep. (una cum n. 7334 a. 7561) in effossionibus factis a Laurentio Fortunati in fundo q. d. *Arco di travertino*, volgo *del Corvo*, 5 ex. moduli fere parvi [unum in mus. Kircher. vet., sign. n. 597; duo in repos. musei Vat. (ex his unum iam in mus. Gregoriano)].

M SERVILI SILANI ⁄

Descripsimus. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum (unum exemplum). *Bull. d. Inst.* 1857 p. 181. Fortunati *relazione* p. 6. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 597. Lanciani syll. n. 326.

M. Servilius Silanus videtur esse is qui a. 188 consul iterum fuit.

7536 in duabus fistulis (*grappe di bronzo* NARD., errore) effossis a. 1595 loco accuratius non indicato prope basilicam Lateranam (cf. *Ann. d. Inst.* 1877 p. 365); *a* 2 ex., *b* 1 ex. [tituli ex fistulis resecti parieti adfixi sunt in ambulacro pone apsida basilicae Lateranae].

a

SEXTI·LATERANI ⁄

b

~~SEXTIORVM~~

TORQVATI ET LATERANI

Descripsi a. 1895. Severano *sette chiese* (1630) I p. 493 (inde Marangoni Sancta Sanctorum, 1747, p. 2). Rasponi bas. Later. (1656) p. 8 (inde Ciampini de sacr. aedif., 1693, p. 5). Nardini *Roma ant.* (ed. 1, 1666) p. 102 (ed. 4 Nibbyi I p. 209); inde Orelli n. 11. Fabretti p. 543 n. 405, p. 544 n. 416. Marini *iscr. dol.* p. 510 n. 136, p. 492 n. 46. Stevenson in *Ann. d. Inst.* 1877 p. 368 (inde Lanciani syll. n. 14. 15, cf. 13*) qui citat cod. Vallic. G 50 n. 45.

In *b* prioris versus reliquias primus vidit Stevenson.—Severano et Rasponius alterum exemplum fistulae *a* male coniunxerunt cum *b* legentes SEXTI LATERANI ‖ TORQVATI ET·LATERANI vel SEXTI LATERANI ‖ TORQVATI ETIAM ‖ LATERANI; Nardini TORQVATI·ET·LATERANI (Marini eodem modo omissis punctis); Fabretti TORQVAT ET LATERAN.

Nominantur consul a. 197 (propter litterarum formam non videtur esse consul a. 154) *T. Sextius Lateranus* et frater eius *Sextius Torquatus* aliunde ignotus.

De sinceritate fistulae *a* sine causa dubitavit Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* I p. 171 adn. 5.

7537 originis ignotae (in Esquiliis, in platea *Vittorio Emanuele* ad viam *Buonarroti* repertam esse coniecit LANC. in *Bull. arch. comunale* 1881 p. 26 seq.) [mus. Kircher. vet., sign. n. 598].

SEXTIAE·CETEGILL· |

Descripsimus Herzog (SEXTIAE·C·L·FEC|) et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 598 (SEXTIAE CETEGII . . .). Lanciani syll. n. 517 (in fine CETEGI|).

Fistula videtur esse *Pupieniae Sextiae Paulinae Cethegillae* filiae Pupieni qui a. 238 regnavit. Cf. C. I. L. VI 1087. 26529.

7538 rep. 4 Ian. a. 1755 *nel scavarsi il terreno di fianco al casino sul stradone di s. Giovanni fra il medesimo e l'orto del cimiterio . . . dietro la clausura* (diam. 'p(almi?) $^{2}/_{3}$') VEN.; locum non indicavit GALL.

P̄T·SILVERI V IN (bis scriptum)

Venuti inter sched. Guarnierii litt. F f. 287, imaginem. Galletti (nisi est potius Venuti) cod. Vat. 7935 f. 76 eodem modo (inde Lanciani syll. n. 509).

p̄t. Silveri v(iri) in(lustris). Vocabulum breviatum p̄t. quomodo intellegendum sit, incertum est; in mentem venit *p(raeposi)t(us)*, minus placet *P(e)t(ronius).*

7539 in Quirinali rep. in vinea *del cardinale di Ferrara* (cardinalis Estensis), ibidem fere ubi effossa est fistula n. 7427; de loco cf. Huelsen in *Rhein. Mus.*, n. *F.* XLIX (1894) p. 388.

AGATHO · MVMMI · SER · FEC ·
APPI · SILVI · IVNI · SILVINI

Metellus cod. Vat. 6038 f. 23 (v. 2 APPI·SILVI·IVNI· cet.). Inde cod. Barb. XXX, 186 f. 65 manu Muronii; Donius Neap. p. 563 (Barb. p. 608), ed. p. 101 n. 149 MVSANII pro MVMMI scribens (inde Mur. p. 504, 18). Ex his Marini *iscr. dol.* p. 498 n. 76. Lanciani syll. n. 99.

Plumbarii titulus num ad fistulam Appi Silvi Iuni Silvini pertinuerit dubitari potest. Cf. infra n. 7593 *Hacato servus fecit.*

7540 'in tubo plumbeo eruto in horto domus Sfortianae ill^mi^ D^ni^ mei XVII Kal. Maias 1627, tribus in locis' DONIVS; in hortis Barberinis ad Quirinalem SVAR.; cum effoderetur humus ad ampliandum palatium Barberinum TORR.

HEREDVM SPVRI MAXIMI EGREGI VIRI

Donius Neap. p. 565 (Barb. p. 610), ed. p. 102 n. 151 (inde Mur. p. 505, 2). Suaresius cod. Vat. 9140 f. 48' et 110 (HEREDES SPVRII cet.). Memoratur a Torrigio cod. Barb. XXX, 136 f. 109 (cf. *Bull. arch. municipale* 1872—73 p. 227). E schedis Barberinis Fabr. p. 543 n. 402 EGREGII scribens, ex eo et Donio Marini *iscr. dol.* p. 515 n. 167. Lanciani syll. n. 189.

'Ius impetratae aquae neque heredem neque emptorem neque ullum novum dominum praediorum sequitur . . . Nunc omnis aquae cum possessore instauratur beneficium' Frontinus § 107. Fistula igitur signata verbis *heredum illius* enuntiat, aquae beneficium Spurio Maximo quondam concessum a Caesare renovatum quidem esse heredibus, sed novi possessoris nomen ob causam aliquam — puta incertum adhuc rerum dominium testamento impugnato — nondum inscribi potuisse. Cf. infra fistulam n. 7595 et quae supra adnotavi ante laterem n. 1227.

Dessau (Prosopogr. imp. Rom. III p. 258 n. 583) confert L. Spurium Maximum tribunum cohortis IV vigilum sub Severo (C. I. L. VI 643).

7541 rep. a. 1625 extra portam Piam [Romae apud Morelli advocatum].

Q · STA · LVCVLLI /

Amati cod. Vat. 9750 f. 47 (inde Lanciani syll. n. 370), initio Q·SIS exhibens. Borghesi in additamentis ad syll. ms. Marinii n. 168.

Q. Sta(tili) vel *Sta(ti) Luculli.*

7542 *è probabile sia stato ritrovato nell' area degli* horti Tauriani *sull' Esquilino* LANC.; est moduli parvi [in mus. Kircher. antea, iam in repos. therm. Dioclet.].

T · STATILI · TAVRI saec. I

Descripsi (initio T tantum cernitur). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 596 (initio L· pro T·). Lanciani syll. n. 49.

Consulem anni 44 esse coniecit Lanciani, qui ad hanc fistulam pertinere putat titulum plumbarii Statili Nomaei infra n. 7669.

7543 rep. *negli sterri per livellare il terreno destinato al Policlinico*, 2 ex. moduli fere medii [repos. urb., sign. n. 310. 311].

L STATI AQVILAE / saec. II medii vel exeuntis

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 488 = *Not. d. scavi* 1889 p. 402.

7544 in Caelio rep. in villa Casali *nell' ospedale militare*; est moduli medii [repos. urb., sign. n. 209].

C STERTINI · XENOPHONTIS

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1163.

C. Stertinius Xenophon est medicus Claudii imperatoris, de quo cf. Prosopographiam imp. Rom. III p. 273 n. 666.

7545 locus non indicatur.

duor(?) | VM SVAETRIORVM ·

Sched. Holstenii cod. Barb. XXIX, 148 f. 3 (inde Marini *iscr. dol.* p. 516 n. 169 et Lanciani syll. n. 176).

7546 [in mus. Kirch. NAPP., iam desideratur].

C · SVETRI SABINI C V
in parte aversa
AEMILIORVM LVCI ET KARICI FECERVNT

Maffei mus. Veron. p. CCLVII, 10 qui vidit, ordine inverso; inde Marini *iscr. dol.* p. 498 n. 74, in fine v. 1 C V/ et v. 2 FECERVNT nescio unde exhibens. Ex utroque Lanciani syll. n. 175.

Perperam Lancianius ita corrigendum esse censuit (cf. *acque* p. 196. 197)

AEMILIORVM LVCI ET KARI
C SVETRI SABINI C V / in alia parte fistulae CI | | FECERVNT

citans titulum C. I. L. VI 1333. Alter enim titulus non aquae dominos cum Suetrio Sabino consociatos enuntiat, sed plumbariorum nomina exhibet, quorum prior (Aemilius Lucius) redit in fistula n. 7412. Legendum igitur *Aemiliorum Luci(us) et Karici* — duo scilicet, nisi in fistula pro KARICI fuit KARIC· i. e. *Kario(us)* — *fecerunt* et recte omnino Marinius adnotavit *è osservabile l'eleganza della frase* Aemiliorum fecerunt.

C. Suetrius Sabinus c(larissimus) v(ir) videtur esse consul a. 214 C. Octavius Appius Suetrius Sabinus (cf. C. I. L. IX 5398).

7547 ad viam Flaminiam mill. I rep. in loco q. d. *Albero bello* inter parietinas saeculi I.

. . SV | LPICI · CAMERINI

Contuli ad ectypon quod mecum communicavit Gatti. *Not. d. scavi* 1897 p. 10. *Bull. arch. comunale* 1897 p. 167.

Est fortasse [*Q. Su*]*lpici Camerini* eius qui a. 46 consul suffectus fuit periitque a. 67.

7548 in regione Transtiberina rep. inter ecclesiam s. Chrysogoni et excubitorium cohortis VII vigilum; est moduli fere medii [repos. urb., sign. n. 308 (= α)].

α

SVLPICIAE · PACAT | AE saec. II
in parte aversa
XIIII

β

in alia parte eiusdem ductus
XIIII

Descripsi α (β non vidi). Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 213 = *Not. d. scavi* 1889 p. 167.

Puncta notae XIII addita num quid significent nescio. De numeri repetitione vide in procemio p. 911 adn. 6.

7549 *tubo di tenue diametro con pareti assai grosse* LANC. [a. 1878 apud Giacominium antiquarium, nunc in repos. urb., sign. *n.* 86].

SVLPICIAE · Q · F ·
PRAETEXTATAE · CRASSI

Descripsi. Ed. Lanciani syll. n. 518 nescio quo errore in eadem fistula titulum Cn. Pompei Eulogi plumbarii (vide infra n. 7658*a*) esse indicans, cum ea fistula et propter modulum paulo maiorem et propter plumbi naturam prorsus diversa sit ab ea quae nomen exhibet Sulpiciae Praetextatae.

Sulpiciae Q. f. Praetextatae Crassi (sc. uxoris) a Tacito (hist. IV, 42) memoratae. M. Licinius Crassus consul fuit a. 64.

7550 rep. *nei lavori stradali pel prolungamento della via Buonarroti* versus thermas Titi (moduli magni) [repos. urb., sign. n. 256].

SVLPICIAE C F TRIARIAE ❦ saec. I exeuntis vel II ineuntis

Descripsi. *Not. d. scavi* 1887 p. 177 et *Bull. arch. comunale* 1887 p. 153.

7551 in Esquiliis rep. *sterrandosi il giardino dei pp. Liguorini in via Merulana, sull' angolo di via delle Statute* AVLL.; est moduli magni (*larga nel diametro maggiore interno 146 mill., nel minore mill. 95* AVLL.) [repos. urb., 4 ex. sign. n. 167—170].

Q · TERENTI · CVLLEONIS

Descripsi. Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1882 p. 432 et *Bull. arch. comunale* 1883 p. 231 n. 656.

Lancianius (*Bull.* l. c.) fistulam esse putat consulis suffecti a. 40; tituli litteratura non obstat.

7552 Romae rep. (*acquisto 1889*); est moduli medii [repos. urb., sign. *n.* 306].

L · TERENTI · IVNIANI saec. II?

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 47 = *Not. d. scavi* 1889 p. 35.

7553 [in mus. universitatis antea, iam in mus. Kircher., sign. n. 587 '*dalla Sapienza*'; est moduli medii].

a TRIBATIA · MARCELLINA ❦
in parte aversa
P AEMILI VICTOR F saec. II exeuntis

Descripsi. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 587, VICTORI pro VICTOR F(*ecit*) eodemque modo Lanciani syll. n. 486.

Fistulam *Aemili Victoris viri perfectissimi a rationibus* (aetatis Diocletiani, C. I. L. VI 1120) esse posse perperam existimavit Lancianius.

De nomine dominae primo casu enuntiato cf. ad n. 7413.

Idem plumbarius occurrit in fistula n. 7570.

7554 *a* [apud Pasinatium antiquarium a. 1881, iam in repos. urb., sign. *n.* 153; est moduli fere parvi]

b Romae rep., 2 ex. moduli parvi [apud Iandolam antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 322. 323].

a

TVTILIAE L · F PROCLAE ❦
et in fragmento eiusdem ductus
|ROCLAE ❦ saec. II fere medii

b

tVTILIAES PROCLES|

a Descripsi.

b Descripsi a. 1890 apud Iandolam (prima nominis littera excidit). Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1890 p. 179 (VTILIAES PROCLAE|) et *Not. d. scavi* 1890 p. 186 (VTILIAES PROCLAE|).

7555 'tubus plumbeus antiquus in villa Casale'.

L · VAGELLI

Fioronius misit Gorio cod. Marucell. A, 195 (inde Lanciani syll. n. 12).

L. Vagellium eum qui consul suffectus fuit imperante Claudio (a. 44 vel 45 vel 46) esse putat Lanciani.

7556 in Aventino 'ad s. Alexii, ut fertur, eruta et adhuc apud nos existens' NER.

M VALERI BRADVAE MAVRICI C V

Nerini de templo ss. Bonifacii et Alexii p. 381, 4 imaginem. Inde Marini *iscr. dol.* p. 517 *n.* 178 (ubi est VALEK). Lanciani syll. n. 177.

M. Valerius Bradua Mauricus c(larissimus) v(ir) consul est anni 191, idemque fuit curator aquarum; cf. C. I. L. V 7783.

7557 inter vias Labicanam et Latinam rep. in fundo *del Quadraro* a. 1780 [Romae apud principem Praenestinum].

α

C VALIRI LAETI ❦
in parte aversa
DOVIA HILARITAS FEC /

β

C VALIRI LAETI

Marini *iscr. dol.* p. 516/517 n. 175. 178 qui vidit (n. 175 = *α* dedi ut est in cod. Vat. 9110; in ed. errore typothetae est VALERI et DORIA). Inde Lanciani syll. *n.* 338. 337. Fuit sine dubio utroque loco VALERI.

7558 in Quirinali rep. *ne' fondamenti del noviziato del monasterio dell' Incarnatione 1641.*

Q · VALERI · VEGETI

Sched. Barb. cod. Barb. XXX, 92 f. 31 m. ign. (in aversa: '*havuti da S. E. dalli 10 Nuebre 1641, se nò alli 15 dell' istesso*'). Inde, ut videtur, Fabr. p. 544 n. 417. E Fabrettio Marini *iscr. dol.* p. 517 n. 179 (errore citans *Arv.* p. 295). Ex his Lanciani syll. n. 101. Cf. *Bull. arch. comunale* 1881 p. 17, 1885 p. 11 et Huelsen in *Rhein. Mus.*, *n. F.* XLIX (1894) p. 397.

Q. Valerius Vegetus est consul suffectus a. 91.

7559 1 rep. *nella terza zona dell' Esquilino* [repos. urb. LANC., ego frustra quaesivi]. — 2 in Aventino, 2 ex. aut bis scriptum [in bibl. Barberinis olim].

PVBLIA VALERIA COMASIA C · F ❦

1 Lanciani syll. n. 51. — 2 Marini *iscr. dol.* p. 513 n. 151 (inde Lanciani syll. n. 174), qui etiam in schedis Holsteni esse dicit.

Publiam Valeriam Comasiam c(larissimam) f(eminam) Lanciani (ad n. 51) esse putat filiam P. Valeri Comazontis consulis a. 220.

De nomine dominae primo casu enuntiato *cf.* ad n. 7413.

7560 rep. a. 1776 *nell' orto delle Barberine*, 3 ex. MAR.; *spettante all' eredità Zambini* loco non indicato (2 ex.) VISC. [Romae apud principem Praenestinum].

VALERIA · EVNOEA

Marini *iscr. dol.* p. 518 n. 173 qui vidit. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 146 (in uno VALERIA ET . . . .). Ex his Lanciani syll. n. 102 et 343.

De nomine dominae primo casu enuntiato cf. ad n. 7413.

7561 ad viam Latinam rep. in fundo q. d. *Arco di travertino* una cum n. 7334 e et 7535 (*della circonferenza di circa 50 centimetri* FORT.; *del diametro di m. 0,167* LANC.).

VALERIA · C · F · PAVLLINA

Descripsit Henzen ediditque in *Bull. d. Inst.* 1858 p. 19. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum, ita: VALERIAE C F PAVLIAE ⁄. Fortunati *relaz.* p. 6, ita: VALERIAE·C·F·PAVLINAE. Lanciani syll. n. 327 ita ut descripsit Henzen.

Ad hanc fistulam Lancianius pertinere posse putat titulum plumbarii n. 7334 c.

De nomine primo casu enuntiato cf. ad n. 7413. — Cf. fistulam agri Tusculani infra n. 7850.

7562 in Esquiliis rep. (moduli fere medii) [repos. urb., sign. n. 326].

M · VAÑENI · LIBERAL saec. II exeuntis?

Descripsi. — *M. Vareni Liberal[is]*.

7563 in Esquiliis rep. inter vias *Rattazzi, Principe Umberto, Cappellini, Principe Amadeo* ubi fuerunt horti Calyclani et Tauriani (cf. *Bull. arch. municip.* 1874 tab. V—VI n. 13*d*); moduli magni (*i due tronchi di condotto formavano seguito uno all' altro* adnotavit LANC. in litteris ad Henzenum datis) [repos. urb., sign. n. 6. 7].

a

ab una parte — VET PRAETEXTATI ⁄

in parte aversa — VET PRAETEXTATi ⁄

β

in alia fistula eiusdem ductus

ab una parte — ET pAVLINAE ⁄

in parte aversa — IIIIXXXX ET PAVLINAE ⁄

Descripsi (post VET excidit fortasse littera T). Lanciani communicavit cum Henzeno ediditque in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 57—58 (memoratur etiam p. 206, 23) et syll. n. 52. 53 non satis accurate.

Vet(ti) Praetextati et Paulinae. — *Vettius Agorius Praetextatus* (praefectus urbi a. 367—368) et uxor eius *Fabia Aconia Paulina*, de qua cf. Borghesi *oeuvr.* III p. 486.

7564 *scavi Torlonia sulla via Latina, passando dalla via della Caffarella al Ponte lungo fuori di porta s. Giovanni* DR., originis ignotae LANC. (medii moduli) [a. 1880 apud Giacominium antiquarium, nunc in repos. urb., sign. n. 119 (= β) et 120. 121 (= a)].

a

Q · VIBI · CRISPI

in parte aversa — saec. I

ḤOSTiLIA · FORTVNATA · F

β

Q · VIBI · CRISPI

(ab utraque parte scriptum)

Descripsi (in titulo plumbariae tt litterae exciderunt). Bruzza in schedis. Lanciani syll. n. 591. 590.

Q. Vibius Crispus idem fortasse ac Vibius Crispus aquarum curator annorum 68—71 (cf. Borghesi *oeuvr.* IV p. 534) defunctus circa a. 93.

7565 originis ignotae LANC. (moduli medii) [Romae apud Giacominium antiquarium antea, nunc in repos. urb., sign. n. 123].

SEX · VIT VLASI · NEPOTIS

in parte aversa — saec. I

pOSTVMIVS · APOLLONIVS · FEC

Descripsi. Lanciani syll. n. 592

Sex. Vitulasius Nepos potest esse is quem consulem suff. a. 78 fuisse statuit Huelsen in Ephem. epigr. VIII p. 328. 340.

7566 [apud Scalambrinium antiquarium antea, nunc in repos. urb., sign. n. 288 (medii moduli)].

M VLPI ARABIANI ⁄

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1883 p. 234 n. 658 (interpunctionis signa ubique) et Gatti in eodem *Bull.* 1888 p. 117.

Lanciani et Gatti conferunt titulos C. I. Gr. III 4151 et C. I. L. VIII 1640 = VIII suppl. 15876. *Ulpius Arabianus*, idem ut videtur qui in hac fistula nominatur, legatus Augusti pro pr. Syriae Palaestinae fuit non post a. 196 (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 459 n. 540).

7567 originis ignotae [mus. Kircher. vet., sign. n. 599].

VMIDIAE C F QVADRATIL|las saec. I

Descripsimus Herzog et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 148 n. 599 parum bene. Lanciani syll. n. 166.

Cf. quae adnotavi ad n. 7442.

Umidia C. f(ilia) Quadratil[la] (in titulo C. I. L. X 5183 scribitur Ummidia) avia videtur esse C. Ummidi Quadrati consulis a. 118 (cf. Plin. ep. VII, 24).

7568 a rep. una cum fistula n. 7389 quae conferenda est.

b rep. a. 1752 in vinea Bettini prope montem Testaceum (una cum n. 7294. 7318) NOV. (= ZACC.), BRACCI.

a

VOLVSI · SATVRNINI

b

VOLVSI SATVRNINI

a Ios. Bianchini in litteris ad Muratorium datis d. 21 Iulii a. 1736 una cum tribus exemplis fistulae inscriptae *Appi Anni Marsi* (supra n. 7389). Confudit Muratorius ediditque sic (p. 470, 7) APPI · ANNI · MARSI ‖ VOLVSI · SATVRNINI. E Muratorio Marini *iscr. dol.* p. 500 n. 83 et Lanciani syll. n. 432.

b Novelle letterarie pubbl. in Firenze XIV (1753) p. 52 (= Zaccaria *storia letteraria* VII p. 610) auctore non indicato, ita: IN ŌNA VOLVSI SATVRNINI (a Zaccaria Marini *iscr. dol.* p. 518 n. 185, ex utroque Lanciani syll. n. 185; neuter vidit IN ONA italica esse vocabula in una quae errore coaluerant cum titulo). Ab amico quodam descriptam habuit Bracci, qui cum Lamio eam communicavit in litteris d. 15 Martii a. 1754 (cod. Riccard., *lettere* vol. XIII), unde edita est in *Novelle lett.* XV (1754) p. 266 n. XII (in litteris est VOLVSINI SATVRNINI, in ed. TESTACCIO ‖ VOLVSINI SATVRNINI; hic coaluit locus inventionis cum inscriptione).

Ex Volusiis Saturninis (quorum stemma vide in Prosopogr. imp. Rom. III p. 487) quis fuerit incertum est.

Cf. supra n. 7441.

7569 [apud canonicum Bianchinum FABR. (inter titulos sepulcrales C. I. GR. et KAIBEL n. 1788, errore)].

ΚΟCΜΑ ΙΑΤΡΟΥ

Fabr. p. 543 n. 396 (ΙΑΤΡΟΥ). Inde Marini *iscr. dol.* p. 518 n. 187 (a quo Kaibel inscr. Gr. Sicil. et Ital. n. 2406, 85); Lanciani syll. n. 496; C. I. Gr. III 6429 et Kaibel l. c. n. 1788.

Κοσμᾶ ἰατροῦ.

7570 [mus. Kircher. oct., sign. n. 601 (medii moduli)].

RONIAES LASCIVAES /
in parte aversa
AEMILIVS VICTOR FEC / saec. II exeuntis

Descripsimus Herzog (priorem tantum titulum) et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 146 n. 601 et minus accurate Lanciani syll. n. 515, uterque priorem tantum titulum.

P. Aemilius Victor plumbarius occurrit etiam in fistula n. 7553.

7571 in fistulae plumbeae fragmentis [Mediolani in Brera ex museo pictoris Romi].

RI · FALTONI · AD ELFI · V C · ET IN

Ex apographis Mommseni et Detlefseni (a. 1862) Lanciani syll. n. 498.

. . . . . *ri Faltoni Adelfi v(iri) c(larissimi) et in[l(ustris)]*.

7572 fistula perimetri 0,2155 corr. [Bononiae in mus. s. Salvatoris antea (GVARN.; apud Trombellium MAR.), tum in mus. universitatis, nunc in publico].

. . pVBLICI · HONORATI

Descripsit Bormann (cf. C. I. L. XI n. 102*, 10). Guarnieri (qui descripsit a. 1776) sched. Bonon. f. 2r n. 7. Marini *iscr. dol.* p. 504 n. 101 e Biancanio exceptam (initio BLICI). Gozzadini *acquedotto* p. 48, 31. Ex praecedentibus Lanciani syll. n. 507.

Litterae non bonae sequiorem aetatem videntur indicare (saec. III—IV?).

7573 [1 in mus. Kircher. ampl. antea (a Baldolinio a. 1879 empta), nunc in repos. therm. Diocl. (moduli parvi). — 2 apud Chiarugium antiquarium a. 1880, iam in repos. urb., sign. n. 128 (moduli parvi)].

CERDONI · TAVRI · C V /
in parte aversa
AVRELIVS FLORENTINVS FEC saec. III ineuntis

1 Descripsi (Tauri nomen ab initio mutilum ita ut dedi). Lanciani syll. n. 493 (CERDONI·TAVRI, adnotans *leggasi* Cerdonii) et solum plumbarii titulum iterum n. 538 *b*. — 2 Descripsi (ab una parte superest tantum ONI·TAVRI·C V/). Lanciani in *Not. d. scavi* 1880 p. 128, syll. n. 593; solum plumbarii titulum iterum n. 538 *a* (errore in Kircheriano esse dicens).

Idem plumbarius in n. 7530.

7574 rep. ad ripam dextram Tiberis ad pontem Aelium *fuori di posto sopra terra di scarico* (medii moduli; diam. 0,045 BONS.) [repos. therm. Diocl., duobus fragmentis].

α
SEVRI · ANICETI /

β saec. II fere ineuntis
in alia parte eiusdem dextae
NV MISIVS · SVCCESSVS FEC

Descripsi (ante ANICETI incertum utrum RI an NI; in β desunt priores litterae iam desunt). Borsari in *Not. d. scavi* 1892 p. 421.

7575 in Viminali rep. a. 1881 (moduli magni) [repos. urb., sign. n. 160].

NTONINI / saec. I

Descripsi. — Cf. n. 7456.

7576 inter vias Appiam et Latinam rep. in fundo *le Capannelle* prope atrium villae Romanae.

. . . . . ELEVTHERI

Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1882 p. 271 et in *Bull. arch. comunale* 1882 p. 172 n. 602.

7577 [Velitris in museo Borgia antea, nunc Neapoli in mus.].

LI · EVANTHI saec. II ut videtur

Descripsimus. Raponi cod. Propagandae f. 33 (ex apographo Raponii Marini *iscr. dol.* p. 507 n. 1755). Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 305 n. 658. Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 41 n. 205. Fiorelli *cat. d. mus. Nap. (iscr. lat.)* n. 122. Lanciani syll. n. 497.

7578 originis ignotae (medii moduli) [mus. Capit. (*sala delle colombe*)].

D · HERMOGENIANI · C · V /
in alia parte eiusdem ut mihi visum est dextae
C · IVLIVS · HERMES · FEC /

Descripsi; ante -N superest pars litterae plane contusa (D?). Lanciani syll. n. 26. 27.

Lancianius putat esse Q. Clodium Hermogenianum Olybrium consulem a. 379, perperam; pro litterarum forma fistula est saeculi III fere medii et fortasse componenda cum M. Claudio Macrinio Vindice Hermogeniano v. c. tituli C. I. L. X 4861.

7579 rep. a. 1822 *nello scavo de' fondamenti incontro s. M. del popolo* si locus ab Amatio cod. Vat. 9741 fol. 1 adscriptus ad hunc quoque titulum referendus est.

· PASCALS · NT ·

Amati cod. Vat. 9741 f. 1r (inde Lanciani syll. n. 306).

Videtur esse labentis aetatis et intellegendum . . . *Pascal(i)s n(o)t(arii)* vel similiter.

7580 Romae rep. (*acquisto 1889*); est moduli fere parvi [repos. urb., sign. n. 301].

M · F · PRISCAE G · RVFI

Descripsi. Gatti in *Bull. arch comunale* 1889 p. 47 = *Not. d. scavi* 1889 p. 35.

Fistulam mulieris esse saeculi I fere medii certum est, cum et patris praenomen addatur et mariti nomen enuntietur (cf. similes n. 7421. 7440. 7441. 7494. 7549) neque obstet litterarum forma. Supplendum igitur puto [*Mutiliae*] *M. f. Priscae G. Rufi* aut *Rufi[ni]* sc. uxoris (consulis a. 29 C. Fufi Gemini). Quod si recte suppletum est, *Rufi* vel *Rufini* cognomen, quod Fufio Gemino attributum esse credebatur auctorum errore (cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 90 n. 345), hac fistula iam confirmatur.

7581 Romae rep. loco ignoto (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 280].

VDENTIS C V /
in parte aversa
APOLLONIVS FEC saec. III fere medii

Descripsi. *Not. d. scavi* 1888 p. 135. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1888 p. 41.

[*Q. Servili P*]*udentis c. v.* supplendum esse proposuit Gatti l. c., vix recte, cum in fistulis Servili Pudentis (supra n. 7534) desit C·V; potius cogitandum de *P. Attio Pudente c. v.* (supra n. 7424a).

Plumbarius propter litteraturam non potest fuisse . . Postumius Apollonius fistulae n. 7565; num fuerit Cornelius Apollonius (vide inter Lorienses n. 7782) incertum est.

7582 rep. ad ripam dextram Tiberis in *prati di Castello* una cum n. 7275, 1 (medii moduli) [repos. therm. Dioclet.].

RVFI / saec. II ut videtur

Descripsi. Gatti in *Not. d. scavi* 1890 p. 156.

Cf. supra n. 7396; .... *Rufus* cum fistulis n. 7530 vel 7580 non videtur componi posse.

7583 rep. *sull' angolo di via Nazionale* (*Cesarini*) *con la piazza del Gesù, nel sito già occupato dalla casa Colonna* BVLL. (*dinanzi al portone del palazzo Vitcardi* add. NOT.); est moduli medii [repos. urb., sign. n. 187].

P ET I THEODOS V̄D̄ PALIS C L F THEO litteris medio aetatis labentis
DOR V̄C̄

Descripsi. Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 45 n. 772 et *Not. d. scavi* 1884 p. 104.

[... *v(iri)* s[p(ectabilis)] *et i(nlustris), Theodos(i) v(iri) d(evotissimi), Palis ... cl(arissimae) f(eminae), Theodor(i) v(iri) c(larissimi)* interpretatus est Lanciani.

7584 *lastra di piombo spettante a cassetta per distribuzione d'acqua* rep. ad viam Tiburtinam in agro Verano in area vineae Caracciolo.

VALERIANI III

Gatti in *Bull. arch. comunale* 1890 p. 300 = *Not. d. scavi* 1890 p. 288. Cf. supra n. 7424a (γ).

7585 ad viam Appiam rep. in effoss. ab equite Guidi institutis in villa Quintiliorum.

III L · BATICI · AVG · L · PRAEGVSTA

Descripsit de Rossi ita ut dedi. Ad alterum apographum eiusdem ed. Lanciani syll. n. 198 sic: IIILBATICI· cet.

Lanciani l. c. adnotavit initio fortasse intellegendum esse III (quinariae) et reliqua legit *L. Batici Aug. l. praegusta(toris)* (p. 897); in apographo Rossiano quod proposui est potius numerus IIIL et *P. Atici Aug. l. praegusta(toris)*. Sed tam *Baticius* quam *Aticus*, gentilicia ceteroquin adhuc ignota, a verbis *Aug. l.* abhorrent; in fistula fuit fortasse ...n (nomen servile) *Ti. Cl(audi) Aug(usti) l(ibertus) praegusta(tor)*.

7586 ad viam Tiburtinam rep. in agro Verano (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 315].

TVRI · PROC saec. II?

Descripsi a. 1890 (prima littera T potius quam S). Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1890 p. 144 et *Not. d. scavi* 1890 p. 122.

... *turi proc(uratoris)* potius quam ... *turi Proc(uli)*. Cogitari potest etiam de M. Iuventio Sure Proculo vel de L. Ovinio Curio Proculo Modiano Africano (cf. Prosopogr. imp. Rom.).

7587 [repos. urb. (*dono Scalambrini 1880*), sign. n. 142; est moduli fere medii].

NI / XVII

Descripsi. Lanciani syll. n. 594 (in fine XVI). *Bull. arch. comunale* 1880 p. 326, male.

FISTVLAE PLVMBARIORVM NOMINA SOLA EXHIBENTES

7588 in Esquiliis rep. a. 1878 *presso l'imbocco della via Ariosto nella piazza Dante ... Il tubo si dirigeva verso quel piccolo edificio termale dei tempi diocleziani, che ho descritto e delineato nel Bull. mun. 3,79 tav. XI* LANC.; est moduli fere parvi [repos. urb., sign. n. 88].

ADAGIVS FECIT / saec. II ut videtur

Descripsi (inter alteram A et I superest pars superior litterae C vel G). Lanciani syll. n. 54.

Vix intellegendum *A( ) Dasius fecit*, quia gentilicium una littera breviatum in aliis fistulis non occurrit.

7589 in duabus fistulis moduli magni et in laminae plumbeae frusto quod videtur pertinuisse ad castellum (*cassetta di divisione*), rep. ad viam Portuensem ad radices collis cui nomen est *monte Verde* in vinea antea *della missione* iam De Cavi, ubi fuisse existimantur horti Caesaris [repos. therm. Dioclet.].

AELIA · HERMIONE FEC saec. II ut videtur

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 37 n. 1744. *Not. d. scavi* 1887 p. 21.

7590 Romae empta apud antiquarium quendam (medii moduli) [repos. urb. (sign. n. 245) ex dono Calandrellii].

AEMILIVS FORMIANVS / saec. III ineuntis

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 165.

Aemilius Formianus [*fec(it)*]; cf. n. 7592. Formianus plumbarius sine gentilicio occurrit in fistula n. 7497.

7591 in Esquiliis rep. in *piazza Manfredo Fanti* [repos. urb., sign. n. 118 (lamina est exsecta)].

S AEM SEC FEC saec. II exeuntis vel III ineuntis

Descripsi. Lanciani syll. n. 509.

S. Aem(ilius) Sec(undus) fec(it), nisi fuit ....*s Aem(ili) Sec(undi)* (sc. *servus*) *fec(it)*.

7592 originis ignotae, 2 ex. medii moduli [repos. therm. Dioclet.; Romae apud antiquarium quendam].

AEMILIA FORMIANA FEC / saec. III ineuntis

Descripsi a. 1894. — Cf. n. 7590.

7593 ad viam Portuensem rep. *nell' estremità meridionale del piazzale interno della nuova stazione di Trastevere* (*area degli antichi orti di Cesare*), pluries repetitum [repos. therm. Dioclet., 2 ex. moduli parvi].

HACATO SERVVS FECIT

Descripsi. *Not. d. scavi* 1889 p. 247 (HAGATO est.).

De aetate non constat. — Cf. supra n. 7539 in qua est *Agatho Mummi ser(vus) fec(it)*.

7594 in Quirinali rep. a. 1628 una cum n. 7540 TORR. [in bibliotheca Barberinia MAR.].

EX OFICINA AGNELLI ☧ Ϛ

Torrigio cod. Barb. XXX, 136 f. 100 = Suaresius cod. Vat. 9136 f. 264 ita: X. I. ex officina AGNELLI e s (cf. *Bull. arch. municipale* 1872—73 p. 227). Marini in *Antologia rom.* X (1784) p. 274 (minus accurate) et *iscr. dol.* p. 498 n. 76 n q. v. (initio |x); est etiam in Marinii cod. Vat. 9071 p. 178 n. 1 (init. |x). Lanciani syll. n. 140.

Signa in fine posita Marinius interpretanda esse proposuit *Christi servi*. '*Ma essendo l'ultima sigla una delle varie forme dell' episema, vi si leggerà col ch. De Rossi il numero senario che indicava la capacità della fistola*' Bruzza in *Bull. arch. comunale* 1878 p. 135.

7595 [Romae apud Giacomiolum et Iandolum antiquarios, 2 ex. moduli parvi, quorum unum nunc in repos. urb., sign. n. 96].

AMANDVS T FL IOLAI HEP SER'

Descripsi exemplum in repositis urbanis adservatum (ita ut dedi). Est etiam in schedis Bruzzae bis, qui vidit apud Martinettium antiquarium (in fine SERL et iterum SER-). Lanciani syll. n. 531, qui utrumque vidit exemplum, in fine exhibet SER.

In omnibus exemplis est vel videtur esse HEP pro HER.

Intellegendum *Amandus T. Fl(avi) Iolai her(edum) ser(vus) [fec(it)]*. Amando igitur heredes domini defuncti nondum cogniti erant cum fistulam fecit. Cf. n. 7540 et quae ibi adnotavi.

Videtur esse saeculi I exeuntis vel II ineuntis.

7596 eff. in agro Verano *dinanzi il casino dell' antica vigna Caracciolo* (moduli fere parvi) [repos. urb., sign. n. 316].

AMANDVS · FE|c saec. II ineuntis?

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 444 ita: |AMANDVS-FEC, melius *Not. d. scavi* 1889 p. 274.

7597 Romae rep. (*acquisto 1885*); est moduli parvi [repos. urb., sign. n. 307].

C ANNEIVS BASSILLIANVS FEC / saec. II fere exeuntis

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 47 = *Not. d. scavi* 1889 p. 35.

7598 [mus. Kircher. vet., sign. n. 564].

M ANTONIVS OLYMPVS FEC saec. II fere ineuntis

Descripsimus Herzog et ego. Maffei mus. Veron. p. CCLVII, 18 q. v. (inde Marini *iscr. dol.* p. 500 n. 81). Brunati mus. Kirch. p. 42 n. LXXXVII, 1 parum accurate. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 144 n. 564. Lanciani syll. n. 533.

7599 in Capitolio rep. d. 30 m. Iuli a. 1887 cum fundamenta fiebant monumento Victorii Emanuelis, *nella piccola trincea presso la prima pietra a nordovest* ACTA; est moduli fere magni [repos. therm. Dioclet., 2 ex.].

AVILLIVS · FECIT saec. II ut videtur

(in uno ex. ab utraque parte scriptum)

Descripsi. Acta ms. effossionum.

Nota plumbarium solo gentilicio enuntiari (cf. p. 910 col. I).

Eiusdem plumbarii fistula prodiit in agro Arsolano (*trovata nella via Sublacense presso le mole d' Arsoli in contrada Acqua santa*), Lanciani syll. n. 458 (= C. I. L. IX 4073).

7600 a ad viam Nomentanam mill. VI rep. a. 1830 in fundo cui nomen *la Cecchina*.

b rep. prope thermas Diocletiani cum fundamenta fiebant aerario publico.

a

AVRELIVS · AGATHANGELVS · FECIT

b

AVRELIVS AGATHANGELVS FEC

a Aloysius Biondi, sched. autogr. Idem communicavit cum Borghesio qui rettulit in add. ad syll. ms. Marinii sub n. 92 a (inde Lanciani syll. n. 371).

b Ex apographo Henzeni ed. Lanciani syll. n. 79.

7601 [mus. Kircher. vet., sign. n. 566].

EX OFFICINA · AVRELI ANTHi / saec. III fere ineuntis

Descripsimus Herzog et ego. Maffei mus. Veron. p. CCLVII, 13 (in fine ANTH), inde Marini *iscr. dol.* p. 503 n. 95. Brunati mus. Kirch. p. 42 n. LXXXVII, 2 eodem modo. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 144 n. 566 (in fine ANTH . . .). Lanciani syll. n. 535 (in fine ANTH.#).

7602 Romae empta [Perusiae in mus. Guardabassi].

EX OF AVR AQVIL

Ed. Ioannes Schmidt in *Bull. d. Inst.* 1879 p. 169 (inde Lanciani syll. n. 536).

Ex of(ficina) Aur(eli) Aquil(ini?).

7603 rep. a. 1877 *al disotto del vicus portae Collinae fra l'angolo N O del palazzo delle Finanze e l'angolo N E dell' ospizio di Termini, alla profondità di m. 5,00* BVLL. (moduli fere magni) [repos. urb., sign. n. 56].

≈AVRELIVS▷BASSVS FECIT ❧ in tabella ansata litteris cavis

Descripsi (initio videtur deesse una littera). Lanciani in *Bull. arch. municipale* 1877 p. 181 n. 174 et *Not. d. scavi* 1877 p. 268, male; syll. n. 80.

Litterae sunt parvae ad cursivam formam vergentes; fistula videtur esse aetatis labentis.

7604 Romae empta a. 1879 (medii moduli; diam. 0,09 LANC.) [in mus. Kircher. ampl. antea, iam in repos. therm. Dioclet. (*acquisto Innocenti*)].

OFICINA · AVR · CRATI aetatis labentis

(ab utraque parte scriptum)

Descripsi (A et V litterae formam habent AV; puncta sunt crassa formae incertae). Lanciani syll. n. 537.

Oficina Aur(eli) Crati (= Grati).

7605 rep. in via *porta Pinciana costruendosi il fognone che dal nuovo quartiere di villa Ludovisi discende verso Capo le Case* NOT. (moduli medii) [repos. urb., sign. n. 238].

AVR CYMINVS ET HILARVS PRE| saec. III ineuntis vel medii

Descripsi. *Not. d. scavi* 1887 p. 141, minus bene in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 163.

Aur(elii) Cyminus et Hilarus pre[b(itores) fec(erunt)]; cf. n. 7343.

120*

7606 ad viam Appiam rep. in effoss. ab equite Guidi institutis in villa Quintiliorum.

AVRELIVS HYLAS PR · FEC [

Ex schedis de Rossi qui descripsit, ita ut dedi (inde Lanciani syll. n. 199, in fine FECIT).

Aurelius Hylas pr(aebitor) fec(it). Nota I.

Cf. fistulam sequentem et inter Lorienses n. 7777.

7607 [in horreis antiquitat. equitis Guidi].

AVR · HYLAS ET LVCIVS SOC ⁄

(ab utraque parte scriptum)

Ex apographo Nisseni (a. 1864) ed. Lanciani syll. n. 550 parum accurate. Plenius descripsit Gatti edidditque in *Not. d. scavi* 1891 p. 57.

Aur(elii) Hylas et Lucius soc(ii) (sc. *fecerunt*). Cf. praecedentem et infra n. 7609.

7608 [Romae apud antiquarium quendam].

|AVR · ISAS · FECIT —

Descripsi a. 1884. — . . *Aur(elius) Isas fecit.*

7609 rep. a. 1849 in vinea Lais ad viam Aureliam (moduli fere magni) [mus. Gregorian.].

M AVRELIVS LVCIVS FECIT saec. II exeunte vel III ineunte

Descripsi. Cod. Lanciani 3 f. 89 n. 11 manu ignota (P. E. Viscontii?), puncta ubique. Ed. Lanciani syll. n. 276.

Condotto notevole per essere scoppiato sotto la pressione dell' acqua adnotavit Lanciani, errore, cum fistula in effodiendo opinor ictibus laesa sit.

Cf. supra n. 7607.

7610 inter fistulas a. 1849 rep. in vinea Lais ad viam Aureliam LANC., errore (cf. ad n. 7369); est moduli fere medii (in mus. Gregoriano, 4 ex.).

M · AVRELIVS • MATO FC litt. malae in tabella ext.

Descripsi. Tria ed. Lanciani syll. n. 277.

M. Aurelius Mato f(e)c(it). Videtur esse aetatis labentis.

7611 ad radices Quirinalis rep. *fra i ruderi di antica fabbrica, esistenti tra il palazzo Campanari e la villa Colonna, nell' area del nuovo teatro drammatico nazionale* (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 188].

⊸IJVAꟼ • ЯVA • AИIƆIꟻOH aetatis labentis

(ab utraque parte scriptum)

Descripsi (A et V litterae formam habent ʌ ѵ). Ed. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 51; Gatti ibid. 1887 p. 10 = *Not. d. scavi* 1887 p. 16.

Hoficina Aur(eli) Pauli.

7612 1 *fistula plumbea di piccolo diametro. Proviene da casa privata di via Urbana* TOM. — 2 ad viam Tiburtinam 'in vinea d. Sanctis Randenini'. — 3 Romae rep. [Viterbi apud Falcionium].

| AVR · IRENE · FEC —

1 Lanciani syll. n. 29 cui dedit Tomassetti 25 Mart. 1879 (signum in fine positum om.). — 2 Fabr. p. 543 n. 394 (inde Volpi vet. Latium X, 2 p. 672; Marini iscr. dol. p. 502 n. 92; Lanciani l. c. n. 131) signum in fine om. — 3 Descripsimus Bormann et ego (IRENE in fistula).

Cum plumbariae in fistulis saepe occurrant, *Aur(elia) Irene fec(it)* potius intellegendum est quam *Aur(elius) Irene(us).*

7613 [mus. Kircher. vet., sign. n. 568].

CALP EVPHROSYNVS ·E NICIAS FEC saec. I fere exeunte

Descripsimus Herzog et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 144 n. 568 (in fine FENICIAS·F[ec]). Lanciani syll. n. 539 (E . . . CIAS F . . . .).

Calp(urnii) aut *Calp(etani) Euphrosynus et Nicias fec(erunt).*

7614 in Esquiliis inter ecclesias s. Eusebii et s. Antonii NOT.; inter vias *Mazzini, Napoleone III, Carlo Alberto, Cappellini* SYLL.; *Esquilino I zona isolato XIX* i. e. in area inter vias *Mazzini, Napoleone III, Rattazzi* et plateam *Manfredo Fanti* INV.; est medii moduli [repos. urb., sign. n. 172].

CELADVS · FEC bis scriptum saec. I

Descripsi. Inventarium collegii arch. urbani. *Not. d. scavi* 1877 p. 111, ita . . . CELADVS FEC . . . Lanciani syll. n. 55.

7615 1 rep. in vel ad eccl. s. Priscae, 2 ex. [apud equitem Guidi antea]. — (2 Velitris in mus. Borgia antea, nunc Neapoli in mus. (moduli fere parvi)].

⇒ IDVAJƆ · AИIƆIꟻꟻO X|e saec. II vel III

1 Ex apographo Ferosllae (a. 1864) in schedis apud Institutum (in exemplo altero palmula in fine om.) ed. non bene Lanciani syll. n. 181. Unum exemplum descripsit etiam Gatti edidditque in *Not. d. scavi* 1891 p. 57. — 2 Descripsi. Rapuni cod. Propagandae f. 34 (ex apographo Raponii Marini *iscr. dol.* p. 505 n. 107a). Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* 1 p. 305 n. 659. Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 41 n. 200. Mommsen inscr. regni Neap. n. 6829, 7. Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 113. Lanciani syll. n. 540, qui confert fistulam Anagniae rep. litteris retrogradis inscriptam *Claudius fe . . .* (syll. n. 367).

Nota plumbarium solo nomine gentilicio enuntiari (cf. p. 910 col. 1).

7616 Romae rep. (*acquisto 1889*) [repos. urb., sign. n. 304 (lamina e fistula exsecta)].

TI · CLAVDIVS ALEXANDER F saec. I exeunte vel II ineunte

Descripsi. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1889 p. 47 = *Not. d. scavi* 1889 p. 35.

7617 *a* [Florentiae apud Andreinium antea, nunc in mus. Mediceo, 2 ex.]. *b* [a. 1880 apud Giacominium antiquarium, nunc in repos. urb., sign. n. 122 (medii moduli)].

a

TI · CLAVDIVS · CALLIS|*thenes fec*

b

ti. cl|AV*di*VS CALLISTHENES FEC saec. II fere ineunte

a Descripsit Henzen. Gori inscr. 1 p. 456 n. 7. 8 (inde male Mur. p. 1780, 19). Ex utroque Lanciani syll. n. 541.

b Descripsi. Lanciani syll. n. 595 minus accurate.

7618 in Esquiliis rep. m. Iulio a. 1880 in *viale principe Eugenio* (moduli parvi) [repos. urb., sign. n. 129].

TI CLAVDIVS SVRVS · FEC ⁄ saec. I?

Descripsi. Lanciani in *Not. d. scavi* 1880 p. 227 (puncta ubique) et syll. n. 568.

7619 Romae rep. [Romae apud Taggiascum antea, 2 vel 3 ex., quorum unum iam Deutsch-Altenburg in mus. Hollitzer]

CLAVDIVS VALENTINVS FEC / saec. II exeuntis?

Descripsit Bormann exemplum Altenburgi adservatum et ectypon misit. Duo exempla ed. Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 237, 9 (S·VALENTINVS·FEC /, initio aliquid deesse non indicans) et 1888 p. 72, 15 (in fine FE). Hirschler *Auctionskat. d. Kunst-, Antiquitäten- und Gemälde-samml. (III und letzte Serie) aus d. Besitze des Mons. C. Taggiasco* (Vindobonae 1887) p. 22 n. 270 (CLAVDIVS VITELLIVS et NVS FEC).

7620 in Esquiliis rep. in horto monialium Maronitarum (*barboni*) [idem opinor exemplum Romae apud Biscium antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 206 (moduli fere parvi)].

CLAVDIA TROPHIME FEC / saec. II et ulterior

Descripsi m. Martio a. 1885 apud Biscium. *Not. d. scavi* 1885 p. 155. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 104 n. 1164.

7621 inter vias Nomentanam et Tiburtinam rep. in fundo q. d. *Marco Simone*.

·V·COPONIVS·ORN·S·FEC

A Kellermanno ut videtur descriptam C. I. L. XIV 4000.

Initio potest esse numerus ·v· (cf. n. 7284*a*). Cognomen corruptum quomodo restituendum sit non video; an *Orn*[*u*]*s*? *Or*[*ie*]*ns*?

7622 1 originis ignotae (inter fistulas repertas in castris praetoriis LANC. perperam) [mus. Kircher. vet., sign. n. 575]. — [2 Romae apud antiquarium quendam].

DAPHNVS·FEC saec. I

1 Descripsimus Herzog et ego. Maffei mus. Veron. p. CCLVII, 12 q. v. (DAPHNVS FECIT); ex eo Donati p. 213 n. 6. Ex utroque Marini *iscr. dol.* p. 506 n. 112. De Ruggiero *cat. d. mus. Kirch.* p. 145 n. 575. Lanciani syll. n. 107. — 2 Descripsit Stevenson *n.* 1677 ediditque Lanciani l. c. n. 523.

Cf. fistulam agri Falisci C. I. L. XI 3154.

7623 [Velitris in mus. Borgiano antea, nunc Neapoli in mus.].

ELAINVS FECIT / saec. III ineuntis

Descripsimus. Raponi cod. Propagandae f. 34. Marini *iscr. dol.* p. 506 n. 115 q. v. Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d' Italia* I p. 306 n. 669. Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 41 n. 207 (initio LAINVS·); inde Borghesi in add. ad syll. ms. Marinii n. 1366. Mommsen inscr. regni Neap. n. 6829, 8. Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 114. Lanciani syll. n. 548.

7624 1 inter fistulas a. 1849 rep. in vinea Lais ad viam Aureliam LANC., errore (cf. ad n. 7369); est moduli fere medii [mus. Vatic. Gregorian., sign. *1828 C. C* litteris incusis]. — [2 Romae in museo dal Pozzo].

EVHODVS·FEC / saec. I exeuntis vel II ineuntis

1 Descripsi. Ed. Lanciani syll. n. 278. — 2 Cod. Windsor, *Nettuno* f. 50 (a Lanciano citatus). Fabr. p. 543 n. 399 (inde Marini *iscr. dol.* p. 507 n. 116). Ex praecedentibus Lanciani syll. n. 544.

7625 rep. a. 1849 in vinea Lais ad viam Aureliam (moduli fere magni) [mus. Gregorian.].

EVTYCHVS FECIT / saec. II fere exeuntis

Descripsi. Cod. Lanciani 3 f. 89 n. 1 manu ignota (P. E. Viscontii?) (EVTYCVS FECIT). Ed. Lanciani syll. n. 279.

7626 1 Ficuleae rep. a. 1825 in fundo *la Cesarina* (pluribus ex. mn.). — 2 Fidenis rep. (nisi est exemplum quod praecedit).

P·FABIVS ABASCANTVS FEC

1 Amati cod. Vat. 9749 f. 23. Borghesius in add. ad syll. ms. Marinii sub n. 117a citans *Notizie del giorno di Roma* d. 27 Ian. a. 1825. Gerhard in *Kunstblatt* 17 Mart. a. 1825 (n. 22) p. 87. Nibby *analisi* II p. 50. Ex his Lanciani syll. n. 372. C. I. L. XIV 4018. — 2 Amati cod. Vat. 9756 f. 64: inde Lanciani syll. n. 435, adnotans *se pure non è il n. 372 trovato alla Cesarina* (i. e. exemplum quod praecedit) *e per errore attribuito a Fidene*.

7627 [mus. Kircher. vet., sign. n. 569].

M FABIVS ROMANVS FEC / saec. III ineuntis

Descripsimus Herzog et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 145 n. 569. Lanciani syll. n. 545.

7628 [mus. Kircher. vet., 2 ex. sign. n. 570. 571 inter se supplentia].

FAVIA GLYCERA FEC / saec. III fere medii

Descripsimus Henzen et ego. Marini *iscr. dol.* p. 507 n. 118 qui vidit (FLAVIA pro FAVIA). Brunati mus. Kirch. p. 42 n. LXXXVII, 8 (om. FEC). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 145 n. 570. 571 (FLAVIA cet.). Lanciani syll. n. 563.

7629 *a* [bibl. Vatic.].
b [mus. Kirch. vet., sign. n. 573].

a

M·FERIDIVS·EVTHETVS FEC

saec. I exeuntis vel II ineuntis

b

De verbo *facit* cf. supra n. 7735.

7750 Ostiae rep. a. 1867 prope parietinas collegii dendrophorum, 2 ex. moduli fere magni [fuerunt Ostiae in mus., tum Romae in Kirch., iam in repos. therm. Dioclet.].

CORNELIAE PRAETEXTATAE C F

Descripsi. Unum exemplum ed. C. L. Visconti in *Ann. d. Inst.* 1868 p. 376. Utrumque de Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 144 n. 554. 555. Lanciani syll. n. 402. C. I. L. XIV 1986.

Corneliam Praetextatam c(larissimam) f(eminam) eandem esse posse quae Gordiano posuit titulum C. I. L. VI 1089 monuit Visconti l. c.

7751 Ostiae rep. a. 1867 prope parietinas collegii dendrophorum (moduli parvi) [imminuta Ostiae in mus. antea, iam in repos. therm. Dioclet.].

....*EGRILI* LESBI saec. II?

Descripsimus partem dextram iam superstitem (litterae sunt solito maiores) quam ed. Lanciani syll. n. 582. Integriorem vidit C. L. Visconti in *Ann. d. Inst.* 1868 p. 378 (inde Lanciani syll. n. 403). C. I. L. XIV 1994.

7752 Ostiae rep.

L FLAVI SEIEDI SEVERINI

Descripsit C. L. Visconti.

7753 Ostiae rep. *sotto il pavimento della strada* [*parallela all' asse del tempio di Vulcano*] .. *tubo amario* NOT., similiter SYLL.; octies scriptum in fistulis moduli fere medii [Ostiae in mus. antea, iam in repos. therm. Dioclet.].

MANLIANI PVLCHRIANAE ZOES saec. III fere medii

Descripsi (A littera formam habet A). *Not. d. scavi* 1880 p. 56. Lanciani syll. n. 583. C. I. L. XIV 1988.

Videtur esse intellegendum *Manliani, Pulchrianae, Zoes.* Lanciani *acque* in indice F (p. 396) proposuit *Manliani (fundi?) Pulchrianae Zoes*, quod probandum non est.

7754 [in mus. Laterano inter Ostiensia (moduli fere medii)].

L·MARI C[illegible]ANI

Descripsi. Ed. Lanciani syll. n. 404 ita: L·MARI[illegible]ANI.

L. Mari Ge[r]mani. Incertum num idem sit, qui occurrit in titulo Ostiensi a. 152 C. I. L. XIV 250 (I, 10), cum pro litterarum forma fistula videatur esse saeculi II ineuntis.

7755 Ostiae rep. *negli scavi posteriori al 1870* SYLL. (moduli medii) [in mus. Kirch. antea, tum Ostiae in mus., iam in repos. therm. Dioclet.].

POSTVMIANE / saec. III fere ineuntis

Descripsi. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 144 n. 556, parum accurate. Lanciani syll. n. 406 C. I. L. XIV 1990.

7756 In Portu Augusti rep. prope xenodochium Pammachii (moduli fere magni) [repos. urb., sign. n. 83].

† PROBIANI V̄ I EPIFANIES C̄ V aetatis labentis

Descripsi. Bruzza in *Bull. arch. comunale* 1878 p. 132 imaginem. Lanciani syll. n. 418. C. I. L. XIV 2009.

Bruzza l. c. p. 137 Probianum esse putat patrem consulis a. 471 (Lanciani consulem a. 322); idem C̄V in fine errore plumbarii positum esse existimat pro C V, ut legendum sit *Probiani v(iri) i(nlustris), Epifanies c(larissimae) [f(eminae)]*.

Fistulam vicenariam dicit Bruzza *essendo il suo perimetro esterno di 0,335 ed avendo la lastra la grossezza di mill. 5, se ne rileva il suo diametro interno di 0,096.*

7757 Ostiae rep. *negli scavi posteriori al 1870* SYLL. (moduli fere medii) [Romae in mus. Kircher. antea, tum Ostiae in mus., iam in repos. therm. Dioclet.].

• SEPTIMIAE • CALLICRATIAE saec. II. III?

Descripsi. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 550 et Lanciani syll. n. 407 non satis accurate. C. I. L. XIV 1991.

7758 Ostiae rep. a. 1870 in domo quadam *sul lato occidentale della via delle Pietrine; trasse origine dal tubo n. 388* (i. e. a fistula notata numero XVII = n. 7768*h*) LANC.

... a|QVILINES

Ed. Lanciani syll. n. 399 qui vidit (cf. *acque* tab. X fig. 4 et 7); ab eodem citantur Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum a nobis non visa. E Lanciano C. I. L. XIV 1985.

7759 in Portu Augusti a. 1794 rep. sunt *in uno scavo fatto .. a mano manca fra il Trajanello ed il Tempio ... quattro in cinque mila libre di un condotto di piombo, capace di sei once d' acqua, coll' iscrizione di*

Messalina

Fea *viaggio ad Ostia* p. 38, inde C. I. L. XIV 2008.

Cf. supra n. 7494(?).

7760 Ostiae rep. a. 1867 prope parietinas collegii dendrophorum VISC. (*trovata negli scavi del 1873* LANC., errans sine dubio); est moduli medii [in duas partes dissecta Romae in mus. Kirch. antea, tum Ostiae in mus., iam in repos. therm. Dioclet.].

a

[illegible]·ET·PISONIS saec. III

β

in alia parte eiusdem ductus

C NASENI MVSEI FECT (litteris retrorsis)

(ab utraque parte scriptum)

Descripsi. Coniunctas ed. C. L. Visconti in *Ann. d. Inst.* 1868 p. 378 (inde Descemet *inscr. dol.* p. 152) plumbarii titulum male exhibens ita [illegible]. Singulas de Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 551 et 549, male. Lanciani syll. n. 405 coniunxit quidem, sed errore utrumque titulum in eodem fistulae fragmento esse indicavit. C. I. L. XIV 1989 et 2001.

Initio tituli *a* cognomen fuit quattuor fere litterarum, quarum duae postremae videntur fuisse SI vel TI potius quam CI (Visconti errore adnotavit tubum fuisse *troncato precisamente presso la sillaba* ET; Lanciani ante ET exhibet |I·, Dessau [illegible] de *m* littera dubitans; Ruggiero legit [V]ALERI PISONIS). — In fine alterius quod apparet FECT fuit opinor FECIT (ut est in fistula n. 7501). — Titulum β Ruggiero et Dessau in altera fistulae parte superpositum esse putaverunt scripturae antiquiori, errore, cum plumbarii sit nomen eodem loco bis male expressum.

..*si et Pisonis. C. Naseni Musei fecit* (nota plumbarii nomen errore secundo casu positum esse). Idem plumbarius supra n. 7650. 7749.

7761 Ostiae rep., ut traditur a. 1872 *lungo la via che conduce al palazzo imperiale* STILL., 5 ex. moduli medii [Romae in mus. Kirch. antea (3 ex.), tum Ostiae in mus., iam in repos. therm. Dioclet.].

COR · SECVNDINVS FEC ⟵ saec. II. III?

Descripsi (interpunctionis signum post COR rotundum est). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 535—537. Lanciani syll. n. 410. C. I. L. XIV 1993.

7762 Ostiae rep. a. 1857, 2 ex. LANC. (moduli fere parvi) [Ostiae in mus. antea, tum Romae in mus. Kirch., iam in repos. therm. Dioclet.].

EX OF•IVLI LEONTI saec. II. III?

Descripsi. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 532. 533. Lanciani syll. n. 411. C. I. L. XIV 1995.

7763 in Porta Augusti rep. in effoss. a principe Torlonia institutis [in episcopio Portuensi STILL.].

EX OFFICINA · MARTINI PLVMBARI aetatis labentis

Ed. Lanciani in *Ann. d. Inst.* 1868 p. 192 et syll. n. 419 (inde C. I. L. XIV 2010a).

Eiusdem plumbarii sunt fistulae n. 7647*a. b.*

7764 Ostiae rep. *presso le grandi rovine* C. L. VISC. (moduli parvi) [mus. Lateran.].

MINDIVS ANOPES FECIT saec. II

Descripsimus (dedi ut excepimus Detlefsen et ego; reliqui omnes ANOPES exhibent). C. L. Visconti in schedis. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum (a Lanciano citata), ita: MINDIVS ANOPES FEC. P. E. Visconti *ant. iscr. Ost.* (1856) n. XXXVII, *quinquennio lapidario* n. LXVIII, *iscr. Ost.* (1866) n. CCXXVII. Lanciani syll. n. 409 (initio MDIVS tantum). C. I. L. XIV 1998.

7765 1 Ostiae rep. a. 1862 (VISC.) et a. 1873 (STILL.); est moduli fere parvi [Romae in mus. Kirch. antea, tum Ostiae in mus., iam in repos. therm. Dioclet., 2 ex.]. — [2 Romae apud Watky pictorem Vindobonensem vidit ZOEGA, iam Vindobonae, *Kunsthistor. Hofmuseum*, sign. n. 285].

EX OF NASENNI FORTVNAT saec. II. III?

1 Descripsimus (in fine FORTVNAT). P. E. Visconti *iscr. Ost.* (1866) n. CCXXXI. C. L. Visconti in schedis et *Ann. d. Inst.* 1868 p. 377. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 529. Lanciani syll. n. 413 qui citat Acta ms. et praeterea errore Feam *viaggio* p. 56. C. I. L. XIV 1999. — 2 Vidit Mommsen, ectypon misit Bormann. A Zoega descriptam Marini *iscr. dol.* p. 515 n. 163 (OFF). Kandler in Istria 1850 p. 204. Sacken et Kenner *die Samml. des k. k. Münz- und Antikencabinetes* p. 277. Ex his Lanciani syll. n. 414.

7766 Ostiae rep. in effossionibus a. 1857 factis (moduli fere parvi) [Romae in mus. Kirch. antea, tum Ostiae in mus., iam in repos. therm. Dioclet.].

EX OFF M OST ASCLEPIAD saec. II. III?

Descripsi. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum a Lanciano citata. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 530. Lanciani syll. n. 415. C. I. L. XIV 2002.

Ex off(icina) *M. Ost*(iensis?) *Asclepiad*(is).

7767 Ostiae rep. in effossionibus m. Ian. a. 1862 *presso la via Romana* et a. 1879 *nel luogo detto s. Marta nel punto dove la nuova strada Ostia-Fiumicino si stacca dalla via Romana* STILL. (moduli fere parvi) [antea Ostiae in mus. et Romae in Kircher., iam in repos. therm. Dioclet., 8 ex.].

EX OFICINA OSTENSIS PRAETORINI saec. II. III?

Descripsimus. Unum exemplum est in schedis C. L. Viscontii et parum bene in actis ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum. Unum ed. P. E. Visconti *iscr. Ost.* (1866) n. CCXXXIV. Duo de Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 143 n. 547. 548 parum bene. Tria Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1880 p. 318. Septem Lanciani syll. n. 416. Omnia C. I. L. XIV 2004.

Ex oficina Ostensis Praetorini. Nomen gentilicium modo Ostiensius scribitur (cf. n. 7736), modo Ostensius, modo Ostiensis vel Ostiesis, modo Ostensis (cf. C. I. L. XIV indices).

7768 ab aquae ducto *Colonorum coloniae Ostiens* n. 7735 devertebant *ai crocevia tubi minori per la distribuzione dell' acqua ai singoli vici; quelli scoperti fino ad ora hanno segnata la portata rispettiva* [singulae partes resectae Ostiae in mus. antea, nunc in repos. therm. Dioclet.].

a	II	*f*	XV
b	III	*g*	IVX
c	VIII 2 ex.	*h*	XVII 2 ex. LANC.
d	XIII 2 ex. LANC.	*i*	XVIII
e	XIIII		

Descripsi. Lanciani syll. n. 383—389 omnes praeter *a. b.* C. I. L. XIV 2007.

His numeris fistularum capacitatem indicari asseruit Lanciani, manifesto errore; moduli enim tuborum numeris II et III notatorum ab eis vix differunt qui numeris XVII. XVIII notati sunt, fistulae autem nota VIII signatae minores sunt quam reliquae omnes; mensuras notavi has (diametri sunt interni maioris et minoris): *b* 0,115 et 0,076; *d* 0,110 et 0,057; *g* 0,10 et 0,065; *i* 0,105 et 0,064. De his notis vide quae supra exposui p. 911 col. 2.

Numeri similiter occurrunt in fistula inscripta *Colonia Flavia Augusta Puteolis* C. I. L. X 1900.

7769 Castronovi rep. a. 1777 in loco cui nomen est *la Chiaruccia.*

COL · CAST

Torraca in *Antologia romana* III (1777) p. 410 et in schedis quae sunt in cod. Vat. Marinii 9135 f. 381'; inde Marini *iscr. dol.* p. 494 n. 57*b*. Ex utroque Lanciani syll. n. 295. C. I. L. XI 3586*b*.

Col(onorum) *Cast*(ronovanorum).

7770 'in civitate veteri' (praecedunt Aquileienses) LIL. (inde 'Aquileiae' REIN.).

IMP · CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG · GERM · SVB a. 97—102
CVRA HEB·RI AVG·LIB·PR·C·LVCILIVS PYLADES FEC·

Lilius Helmst. f. 162 (inde Reinesius p. 303, 10 'e schedis Langerm.'); cf. C. I. L. V n. 49*, 1. C. I. L. XI 3548*a*.

Traditur distinctus in versus quinque, tum v. 2 HEBI AVGV. (Reinesius FECIT in fine).

Hebrus Aug(usti) *lib*(ertus) *pr*(ocurator) huius et sequentis fistulae occurrit etiam in fistulis agri Sublacensis n. 7893. 7894. Eiusdem plumbarii est fistula n. 7645.

7771 'in tubo plumbeo apud Centumcellas eruto a. 1693' [fuit apud Fabrettium].

imp|CAESARIS·NERVAE·TRAIANI·AVG·GERM·DACICI
suB·CVRA·HEBRI·AVG·LIB·PR·TVENDVS·SER·FEC O

Fabr. p. 380 n. XXXIV, initio v. 2 |s·; inde Marini *iscr. dol.* p. 483 n. 15 qui correxit. Ex utroque Lanciani syll. n. 291. C. I. L. XI 3548*b*.

o littera in fine posita — nisi potius ornamentum fuit, puta corona (cf. n. 7671) — quid sibi velit non video; *fec(it) o(pus)*, quod proposuit Marini, non placet; *o(fficinator)* proposuit Mommsen.

7772 Castronovi rep. in effossionibus a. 1777 factis in loco cui nomen est *la Chiaruccia 'presso la strada Aurelia in riva al mare'*.

Antol.
α acquedotti di piombo artisiaco su quali è rilevato il nome di Antonino Imp.;
β in frusto uno:
EX LIBER IMP ANTONINI

sched.
in multis fistulis scriptum est
EX LIBERAL·IMP ANTONINI

Torraca in *Antologia romana* III (1777) p. 258 et in schedis quae sunt in cod. Vat. Marinii 9125 f. 331'; inde Marini *iscr. dol.* p. 485 n. 21*a* (= β) et 21*b* (= α), in α ANTONINI IMP exhibens. Ex utroque Lanciani syll. n. 292 (= α). 293 (= β, in fine mutilam esse indicans). C. I. L. XI 3586*a*.

Ex liberal(itate) imp(eratoris) Antonini. Cf. supra p. 906.

7773 rep. inter parietinas effossus ad mare prope turrim s. Marinellae VII mill. a Centumcellis Romam versus, 2 ex.

CN DOMITIAN·NIVLPIANI

Abeken in *Bull. d. Inst.* 1839 p. 85; inde C. I. L. XI 3587.

Punctum quod inter AN et NI fuisse traditur fortasse fortuitum et legendum *Cn. Domiti Anni Ulpiani*; 'num idem sit Domitius Ulpianus celeberrimus iureconsultus et praefectus praetorio qui occisus est a. 228, nescio' adnotavit Bormann.

7774 Castronovi rep. a. 1777 in loco q. d. *la Chiaruccia*.

C IVL·CELER

Torraca in *Antologia romana* III (1777) p. 410 et in schedis quae sunt in cod. Vat. Marinii 9125 f. 333' (initio CIVI); inde Marini *iscr. dol.* p. 510 n. 132a (initio C IVI scribens). Ex utroque Lanciani syll. n. 296. C. I. L. XI 3586*c*.

7775 *a* in lamina magna plumbea Castronovi rep. a. 1777 in loco q. d. *la Chiaruccia*.

b in fragmento laminae plumbeae (*cassetta di distribuzione*) incertae originis (in Esquiliis rep. ss., vix recte) [Romae apud Scalumbrinium antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 299].

a

P CORNELIVS CORNELIANVS FEC
P CORNELIVS CORNELIANVS FEC
P CORNELIVS CORNELIANVS FEC
P CORNELIVS CORNELIANVS FEC

b

NELIANVS FECIT
p. corNELIVS CORNELIANVS FECIT

a Torraca in *Antologia romana* III (1777) p. 410 (ita: *quattro linee disposte in quadrato . . ciascuna delle quali linee porta la stessa leggenda* P·CORNELIVS·CORNELIANVS FEC) et in schedis quae sunt in cod. Vat. Marinii 9125 f. 331' (titulos ita ut dedi dispositos, nisi quod in duobus praenomen omittitur, in uno scribitur CORNEIANVS, item in uno CORNELIANNVS, in tribus FEC, in uno FF); ex his auctore non nominato Marini *iscr. dol.* p. 264 correctis erroribus. Ex *Antologia* Lanciani syll. n. 294. C. I. L. XI 3588.

b Descripsimus Brussa in schedis et ego. Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1888 p. 118.

Vide quae adnotavi ad n. 7398.

7776 lamina magna plumbea ad aquae ductum pertinens Lorii rep. [Romae in aedibus Doria].

dOMINORVM AVGG N \ AVFIDI ORFAEI
AVFIDI ORFAEI
AVFIDI ORFAEI
DOMINORVM AVGG N AVFIDI ORFAEI

Ad apographum Henzeni C. I. L. XI 3740.

(*Duorum*) *dominorum Aug(ustorum) n(ostrorum); Aufidi Orfaei.*

7777 Lorii rep. in effossionibus factis in fundo *della Bottaccia*.

α

M AVR SATVRNINI
in eadem ut videtur fistula
AVR HYLAS PREBITOR FEC

β

M AVR SATVRNINI / duplicato vat.

γ

AVR HYLAS PREBITOR FEC / quadruplicato, triplicato, ma senza il numero vat.
IIXX

δ

AVR HYLAS PREBITOR FEC / duobus ex.

Amati cod. Vat. 9771 f. 47' (β. γ. δ) et 48 (α), idem in *Giorn. Arcad.* XXIV (1824) p. 81. 82 singula exempla inscriptionis β et γ. Inde Lanciani syll. n. 284. 285 in titulo Saturnini AVREL scribens pro AVR. C. I. L. XI 3741 *a*. *b*.

Aurelius Hylas prebitor occurrit etiam in fistula n. 7606, cf. etiam 7607.

M. Aurelius Saturninus incertum num idem, qui in titulo apud Kaibel inscr. Gr. Siciliae et Italiae n. 1477 dicitur ὁ λαμπρότατος.

7778 in fistula fuisse non traditur; Lorii rep. in fundo q. d. *Castel di Guido*.

GALERIAES · RVFINAES

Visconti cod. Paris. 9697 f. 121, inde C. I. L. XI 3742.

Est *Lucia Galeria C. f. Rufina c. f.* tituli C. I. L. XI 3731 simul ut videtur reperti, quam Bormannus putat necessitudine coniunctam cum Annia Galeria Faustina Pii uxore.

7779 Lorii rep. in effossionibus factis in fundo *la Bottaccia*, duobus vel tribus ex.

D IVNI KARI lit. pulchris et magnis

Amati cod. Vat. 9748 f. 44 (*a* Castellanio quodam exceptum) et 67 (de visu); idem in *Giorn. Arcad.* XXIV (1824) p. 82 (unum exemplum). Inde Lanciani syll. n. 288. C. I. L. XI 3741*e*.

D. Iunium Karum eundem esse qui inter sodales Augustales Claudiales cooptatus est a. 115 (cf. C. I. L. VI 1984) iam coniecit Amatius.

7780 Lorii rep. in effossionibus factis in fundo *la Bottaccia*.

ET PEDIORVM
INI C C P P

Amati cod. Vat. 9745 f. 3 et in *Giorn. Arcad.* XXIV (1824) p. 82. Inde Lanciani syll. n. 287. C. I. L. XI 3741*f*.

. . . . . *et Pediorum* [. . . . . . , *et* . . . . .]*ni* (*duorum*) *c*(*larissimorum*) *p*(*uerorum*).

7781 Lorii rep. in effossionibus factis in fundo *la Bottaccia*, 2 ex.

AVRELIVS CORNELIANVS F

Amati cod. Vat. 9745 f. 3 et in *Giorn. Arcad.* XXIV (1824) p. 82. Inde Lanciani syll. n. 286. C. I. L. XI 6741*c*.

7782 Lorii rep. in effossionibus factis in fundo *la Bottaccia*, 4 ex.

CORNELIVS · APOLLONIVS FEC

Amati cod. Vat. 9748 f. 44 (unum exemplum a Castellanio quodam exceptum) et f. 67 (quattuor exempla de visu; in uno titulus videtur fuisse bis scriptus); idem in *Giorn. Arcad.* XXIV (1824) p. 82 (unum exemplum). Inde Lanciani syll. n. 289. C. I. L. XI 3741*d*.

Est fortasse plumbarius fistulae n. 7779. — Cf. n. 7581.

7783 Lorii rep. in effossionibus factis in fundo *la Bottaccia*.

IVVINETA

Amati cod. Vat. 9745 f. 6. Inde Lanciani syll. n. 290 (errore citans Amati cod. Vat. 9748, 44) ita: IVVINETA; fragmentum esse putat fistulae n. 7780, vix recte. Memoratur C. I. L. XI ad n. 3741.

7784 Praticae rep. [Romae apud Bellottium].

TIBERI · CLAVDI · CAES

Marini *iscr. dol.* p. 480 n. 3 q. v. (inde Lanciani syll. n. 238, C. I. L. XIV 2085).

Vide ne sit exemplum fistulae n. 7426 parum accurate exceptum.

7785 prope Ardeam rep. in effossionibus a Roberto Fagan institutis in fundo cui nomen est *campo Jemini, nel Casino, lontano dalla torre del Vajanico circa mezzo miglio, verso Ardea* FEA in Antol.; locum non indicavit FEA in sched., sed praecedit later n. 2347 rep. *nello scavo di Marino fatto da Fagan*, unde LANC. (syll. 354) errore fistulam Marini rep. esse putavit.

T · FLAVI CLAVDIANI · C · V /

Fea sched. f. 5 manu ipsius (ita ut dedi) et in *Antologia Rom.* XX (1794) p. 416 (= Fea *miscellanea* II p. 191), inde Nibby *analisi* I p. 212. Marini *iscr. dol.* p. 508 n. 124*a* cui dedit E. Q. Visconti (ita: T·FLAVI·CLAVDIAN). A prioribus Lanciani syll. n. 239 et iterum n. 354 inter fistulas Castrimoenii repertas, errore. C. I. L. X 6767 (CLAVDIAN).

Incertum num componendus cum T. Flavio Claudiano consule tituli C. I. L. VI 1413.

Cf. supra n. 7450.

7786 prope Ardeam rep. in effossionibus a Roberto Fagan institutis una cum fistula quae praecedit (1 ex. FEA, multis exemplis MAR.).

SALLVSTI PAELINIANI C V

Fea in *Antol. Rom.* XX (1794) p. 416 (= Fea *miscell.* II p. 191), inde Nibby *analisi* I p. 212. Marini *Arv.* p. 703 et *iscr. dol.* p. 514 n. 160 qui vidit. A prioribus Lanciani syll. n. 241. C. I. L. X 6769.

Videtur esse *T. Flavius Sallustius Paelignianus* consul a. 231.

7787 in territorio Laurentium Lavinatium (prope Praticam) ut videtur rep. [apud Alexandrum Kambo].

COGITATVS · FEC

Ed. Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1895 p. 147.

7788 prope Ardeam rep. in effossionibus a Roberto Fagan institutis una cum fistula n. 7785, ubi vide auctores.

T · FLAVIVS EVELPISTVS FEC

Fea sched. f. 5 manu ipsius et in *Antol. Rom.* XX (1794) p. 416 (= Fea *miscellanea* II p. 121), inde Nibby *analisi* I p. 212. Marini *iscr. dol.* p. 508 n. 124*b* cui dedit E. Q. Visconti (ita T·FLAV·EVHELPISTVS·FEC). A prioribus Lanciani syll. n. 240 et iterum n. 355 inter fistulas Castrimoenii repertas, errore. C. I. L. X 6768.

Questo condotto avea la capacità di circa 3 once d'acqua, il primo [n. 7785] *era un poco più grande* adnotavit Fea.

7789 Lavinii vel in agro Laurentium Lavinatium rep.

IVLIVS EVTYCHIANVS FEC

Volpi vet. Latium VI p. 119 q. v., litt. minusculis.

7790 Antii super eff. VOLPI (n. 1726).

IMP · AVG · VESPASIANI

Volpi vet. Latium III p. 22 e Ligorio (vix recte, vide ad n. 7793) conglutinatam cum alia fistula (ex eo Lombardi *Anzio* p. 90 et 288) et iterum p. 40 (inde Mur. p. 507, 2 qui Volpio male adhibito coniunxit cum n. 7798; Marini *iscr. dol.* p. 461 n. 7; C. I. L. X 6684).

Titulus num bene traditus sit, dubito; expectatur *Imp. Caes. Aug. Vespasiani* vel *Imp. Vespasiani Aug.*, cf. supra n. 7272.

7791 prope Antium rep. *sui prati, nei lavori per la costruzione della strada ferrata* (*diam. 0,09*).

IMP · CAES · DOMITIANI · AV[redacted] ab a. 83/84

'*sic*' SVB · CVR · DAPHNNI · L · PROC · FEC · FAVSTVS · SER

Lanciani in *Not. d. scavi* 1883 p. 135 (inde Ephem. epigr. VIII p. 161 n. 654).

Imp(*eratoris*) *Caes*(*aris*) *Domitiani Au*[*g*(*usti*) *Germanici*]; *sub cur*(*a*) *Daphnni l*(*iberti*) *proc*(*uratoris*) *fec*(*it*) *Faustus ser*(*vus*).

7792 Antii in villa olim Albani (diam. 0,05) LANC. [ibi apud Franciscum Pieracci].

IMP M AVRELI ANTONINI AVG

Lanciani in *Not. d. scavi* 1883 p. 134 (inde Ephem. epigr. VIII p. 160 n. 653).

Alterum eiusdem fistulae exemplum cum aliis fistularum titulis male ut videtur conglutinatum edidit Volpi vet. Latium III p. 32 ('eruta nuper Antii dedicatio Antonino facta . . .; ea sic legitur')

Ω · IMP · M · AVRELI · ANTONIN · AVG
Ω · ATHENAEVS AVG · LIB · FEC
T · FLAVIVS MODESTVS FEC

E Volpio Mur. p. 507, 3; Marini *iscr. dol.* p. 487 n. 27 (qui errore Volpii auctorem Ligorium esse dicit, Ω litteram praescriptam duabus prioribus notam X fuisse et v. 3 ad aliam fistulam pertinere putat); Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 191; C. I. L. X 6685. 6687 a. 6693. E superioribus ad emendationes fere Marinii Lanciani syll. n. 244. 245.

Cf. n. 7796*b*. 7799*b* et quae adnotavi ad n. 7793.

7793 rep. prope veterem Antii portum TVRRIVS (inter fistulas 'quibus ad Castra Praetoria vehebatur aqua' MAFF., errore ut videtur) [idem ut videtur exemplum in mus. Veronensi].

STATIO VRBANA AVG N

Contulit Mommsen exemplum Veronense. A Turre mon. vet. Antii p. 120 (puncta ubique); ex eo Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 90 et 238, C. I. L. X 6686, add. p. 989. Maffei mus. Veron. p. CI n. 4. E Turrio et Maffeio Marini *iscr. dol.* p. 495 n. 65. Ex superioribus Lanciani syll. n. 243.

E Ligorio has fistulas Antiatinas rettulit Volpi vet. Latium III p. 22 (in auctore indicando Volpius videtur errasse; in nostris excerptis e Ligorio fistulae desiderantur):

α	β
STATIO VRBANA M · AVRELIVS	IMP · AVG · VESPASIANI STATIO VRBANA AVG

(repetiverunt α Marini *iscr. dol.* p. 496 n. 65*a* et Lanciani syll. inter falsas n. 103; β Marini l. c. n. 7*a* et Lanciani syll. n. 242; utramque C. I. L. X ad n. 6686). Tituli videntur esse male confusi trium fistularum diversarum, quorum unus ei respondebat quem supra exhibui, alter fortasse non differebat a n. 7792 (IMP M AVRELI ANTONINI AVG), tertius fuit IMP · AVG · VESPASIANI vel potius IMP · [CAES ·]AVG · VESPASIANI (n. 7790). Easdem fistulas videtur novisse Turrius, cum loco s. c. scribat 'Augustus noster forte Vespasianus, qui in altero [fistularum fragmento] obsignatur' et paullo post de alia fistula (n. 7803) agens 'primae literae indicant *M. Aurelium*, ex alio simili'.

Statio urbana Aug(*usti*) *n*(*ostri*) (sc. *fecit*). — De statione urbana vide quae adnotavi ad n. 7826.

7794 Antii rep. a. 1852 ad viam Romanam prope villam Mencacci nunc Aldobrandini.

T ATILI · RVFI · TITIANI

Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 239 (inde Lanciani syll. n. 246; C. I. L. X 6688).

Est consul a. 127.

7795 Antii rep. in effossionibus a. 1826 factis in villa Borghese *che dimostrarono la esistenza di bagni fra il casino e la strada . . . Un condotto di piombo col nome di*

AVRVNCLEIO

Nibby *analisi* I p. 203 (inde Lanciani syll. n. 247 et C. I. L. X 6689).

Fistula aut inscripta erat nomine AVRVNCLEI C(orneliani) viri nobilis a Severo occisi (cf. Spartian. Sev. 13), aut, quod magis crediderim, fragmentum fuit fistulae plumbarii n. 7802.

7796 *a* inter parietinas villae Romanae ad mare sitas inter Nettuno et Stura a. 1834 reperti sunt *diversi tratti di una condottura di piombo, che portava una ragguardevole quantità di aqua nei medesimi fabbricati e su cui si leggevano i nomi di Flavio Modesto e di C. Brittio Presente.*

b eruta nuper Antii VOLPI (a. 1726).

a

fuit supra

C · BRITTI PRAESENTIS

in parte aversa

T FLAVIVS MODESTVS FEC

b

T · FLAVIVS MODESTVS FEC

a (L. C.) in *Bull. d. Inst.* 1834 p. 107.

b Volpi vet. Latium III p. 32 cum aliis fistulis conglutinatam (vide ad n. 7792).

Cf. infra n. 7912 fistulas inscriptas *C. Brutti Praesentis*. Eiusdem fortasse hominis est later n. 331 ubi vide quae adnotantur.

7797 Antii rep. a. 1854 in villa olim Albani, tum rev. camerae apostolicae, 3 ex.

TI CLAVDI SPICVLI

in parte aversa

C · A · F · FEC

Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 239 (inde non satis accurate Lanciani syll. n. 248 et C. I. L. X 6690).

7798 rep. prope veterem Antii portum TVRRIVS; Antii nuper eff. VOLPI (a. 1726).

PROSIAE · CRISPINAE

A Turre mon. vet. Antii p. 120 (inde Lombardi *Anzio* p. 238). Volpi vet. Latium III p. 40, inde Mur. p. 507, 2 qui Volpio male adhibito coniunxit cum n. 7790. Ex his Marini *iscr. dol.* p. 519 n. 150; Lanciani syll. n. 249; C. I. L. X 6695.

7799 *a* Antii rep. prope *il lato orientale del casino* [*di villa Adele*] *quasi dirimpetto all' albergo delle Sirene, tubo di modulo duodenario.*

b eruta nuper Antii VOLPI (a. 1726).

c Antii rep. a. 1853 in villa antea Albani, tum rev. camerae apostolicae, 2 ex.

d [bibl. Vatic., sign. N. LXVIII].
e [Romae apud Martinettium antiquarium a. 1888].

a

ab una parte (a lettere di tipo quasi corsivo LANC.)

α QVINTILIORVM

ab altera vel in alia parte (a caratteri di forma regolare LANC.)

β Q ATHENAEVS AVG LIB FEC

b

Ω · ATHENAEVS AVG · LIB · FEC

c

Q · ATHENAEVS · AVG · L · FEC

d

V ATHENAEVS AVG LIB FEC ∮ (sinistr. ?)

e

ATHENAEVS AVG LIB FEC

a Lanciani in *Not. d. scavi* 1888 p. 235 (ATHENAVS in β); inde Ephem. epigr. VIII p. 191 n. 655.

b Volpi vet. Latium III p. 32 coniunctam cum titulis M. Aureli Antonini Augusti et plumbarii T. Flavi Modesti (vide ad n. 7792).

c Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 239; inde C. I. L. X 6687*b*, memoratur apud Lanciani syll. n. 244.

d Descripsi; ectypon misit etiam Stevenson (littera vel nota initio posita incerta; videtur esse V, sed potest fuisse etiam Q). Marini *iscr. dol.* p. 501 n. 89 q. V., existimans initio X notam fuisse ceteris litteris maiorem ad designandam fistulam denariam. Memoratur apud Lancianium l. c.

e Descripsit A. Schimberg.

Lancianius in fistula a contra consuetudinem coniunctos esse existimat titulos hominis privati (Quintilios esse putat Condianum et Maximum fistulae n. 7518; cf. etiam n. 7847) et plumbarii domus Augustae. Sed Athenaeus, qui male ut videtur conglutinatur cum fistula M. Aureli Antonini n. 7792, fuisse potest plumbarius privatus (cf. p. 910 col. 2).

Q littera nomini plumbarii praeposita (in *b* eadem littera videtur esse ponenda loco Ω) quid significetur incertum est. Neque *Q(uintilius)* esse potest neque praenomen *Q(uintus)* ut visum est Lancianio (*Not.* l. c.); num fistula ea designetur *q(uinaria)* idemque significet V fortasse nota exemplo *d* praescripta, ego certo non diiudicaverim.

7800 rep. ad lacum Fogliani in paludibus Pomptinis in loco ubi fuerunt *Claustra Romana* [Romae apud ducem Sermonetae antea, iam apud Mommsenum].

SILANAE · M · F

Descripsit Helbig. Lanciani syll. n. 919. C. I. L. X 8296 ubi vide quae de Silana adnotavit Mommsen. Cf. *Bull. d. Inst.* 1884 p. 68.

7801 Antii in villa olim Albani (diam. 0,07) [ibi apud Franciscum Pieracci].

AVR · SEC · F ·

Lanciani in *Not. d. scavi* 1883 p. 134 (inde Ephem. epigr. VIII p. 161 n. 653).

Aur(elius) Sec(undinus?) f(ecit); cf. n. 7337.

7802 Antii rep. *prope il lato orientale del casino* [*di villa Adele*] *quasi dirimpetto all' albergo delle Sirene, tubo di modulo senario.*

∥·AVR·VNCLEIVS · CHRESIMVS ⊦∥

Lanciani in *Not. d. scavi* 1888 p. 234 (inde Ephem. epigr. VIII p. 161 n. 957).

Cf. supra n. 7795.

7803 rep. prope veterem Antii portum TVRRIVS, 2 ex. [ex his ut videtur unum in mus. Veronensi].

SEX EGNATIVS REDITVS FEC

Contulit Mommsen exemplum Veronense. A Turre monum. vet. Antii p. 120, alterum ita M·A·CAIVS·PERITVS·FEC (inde Marini *iscr. dol.* p. 497 n. 71; Lombardi *Anzio* p. 238; Lanciani syll. inter falsas n. 104), alterum sic SX· *Egnatius Peritus fec* (inde Marini et Lombardi l. c.). Volpi vet. Latium III p. 49 ita: CEL·EGNATIVS PEDITVS FEC, in altero ex. loco CEL posuit S. Maffei mus. Veron. p. CII n. I ita SEX EGNATIVS . . . . DITVS FEC (inde Marini l. c. n. 114). Ex praecedentibus Lanciani syll. n. 250; C. I. L. X 6691.

Idem plumbarius occurrit in fistulis urbanis n. 7333. 7409. 7512, quarum prima est Severi Alexandri imperatoris.

7804 a Antii rep. 'in extremitate veteris portus, me praesente' TVRRIVS.
b originis ignotae (moduli fere parvi) [Romae apud Pennellium antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 162].

a

L · T · FLAVIVS FORTVNATVS FECIT

b

T · FLAVIVS · FORTV|*natus fec* (sinistr. ? consumpta vel ? lacunalis)

a A Turre mon. vet. Antii p. 120 (inde Marini *iscr. dol.* p. 508 n. 125; Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 238; C. I. L. X 6692) qui litteras consumptas fuisse adnotavit. Ex superioribus Lanciani syll. n. 251 qui L litteram initio positam om.

b Descripsi.

In a fuit opinor L. T·FLAVIVS cet.

7805 Antii rep.

T · FLAVIVS TROPHIMVS FEC

Volpi vet. Latium III p. 49; inde Lombardi *Anzio* (Romae 1865) p. 238 et C. I. L. X 6694. E Lombardio Lanciani syll. n. 252 praenomen omittens propter fistulam Traiani n. 7298; possunt tamen fuisse plumbarii diversi.

7806 Antii rep. prope *il lato orientale del casino* [*di villa Adele*] *quasi dirimpetto all' albergo delle Sirene, tubo di modulo senario.*

T · VINICIVS · MAMILIANVS FEC

Lanciani in *Not. d. scavi* 1888 p. 234 (inde Ephem. epigr. VIII p. 161 n. 656).

7807 Antii rep. ad portum [Romae apud cardinalem Albani LVPI].

L VISVLLIVS ANTIATINVS FEC

Lapi cod. Vat. 9143 f. 28 qui vidit. Inde Marini *iscr. dol.* p. 516 n. 184 (a quo Lanciani syll. n. 253 qui om. FEC) et C. I. L. X 6696.

FISTVLAE AGRORVM GABINI, TVSCVLANI, ALBANI, LANVVINI, VELITERNI

7808 in lamina plumbea quae videtur pertinuisse ad aquae receptaculum reperta una cum n. 7809. 7810 in effossionibus a. 1876 ab Instituto factis in summo monte Albano in cuniculo quodam prope cisternam [mus. Inst. arch.].

R · AED · S
VS · CA
IV

litt. ext.

Descripsi. Ed. M. St. de Rossi in *Ann. d. Inst.* 1876 p. 330; inde Lanciani syll. n. 358. C. I. L. XIV 2233.

. . . c]ur(*ator*) *aed*(*ium*) *s*[*acr*(*arum*) . . . .]ius *Ca* . . . . *n* . . . .

7809 in lamina plumbea quae videtur pertinuisse ad aquae receptaculum rep. una cum n. 7808. 7810 [mus. Inst. arch.].

CXII MAX · TVB · COS
CCCCIIII

Descripsi. Ed. M. St. de Rossi in *Ann. d. Inst.* 1876 tab. Q fig. 4, cf. p. 329; inde Lanciani syll. n. 360. C. I. L. XIV 2234.

Numeri impressi sunt litteris cavis; consulum nota, quae repetita erat, signaculo impressa est et litteras exhibet extantes.

Max(*imo*), *Tub*(*erone*) *co*(*n*)*s*(*ulibus*) (a. 11 ante Chr.).

7810 in lamina plumbea quae videtur pertinuisse ad aquae receptaculum rep. una cum n. 7808. 7809 [mus. Inst. arch.].

C C X L V
X V

litt. ext.

Descripsi. Ed. M. St. de Rossi in *Ann. d. Inst.* 1876 p. 329, inde Lanciani syll. n. 359. C. I. L. XIV 2235.

Notae singulis signaculis impressae sunt.

De laminis his plumbeis n. 7808—7810 cf. Lanciani *acque* p. 198 seq. Numeri quid indicent incertum est (cf. de Rossi l. c. et Lanciani *acque* p. 198 seq.). Maximo et Tuberone consulibus senatus consulta facta esse de aquarum distributione (cf. Frontin. § 99 seqq.) monuit de Rossi.

7811 prope Ciampinum rep. in vinea Senni, 2 ex.

PVB · DECIMIENSIVM

Descriptam a Tomassettio ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1886 p. 159 (inde Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 12). C. I. L. XIV 4229 ubi vide quae adnotantur.

Pub(*licum*) *Decimiensium* intellegit Dessau; cum Gattio malim *pub*(*lica*) *Decimiensium*, scilicet fistula vel aqua.

7812 in agro Lanuvino rep. a. 1865 in effoss. institutis in vinea Celli in loco cui nomen *Crocette a Monte Giove* (*condotto di piombo lungo circa palmi 8 e grosso* ½).

ab una parte

α R P LaNIVINORVM

per traverso al condotto

β ΛERMES FECIT

Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum (traditur in α LINIVINORVM, in β + ERMES). Inde Lanciani syll. n. 212. C. I. L. XIV 2129.

R(*ei*) *p*(*ublicae*) *L*[*a*]*nivinorum* ; [*H*]*ermes fecit*.

7813 in fistula rep. a. 1825 in villa Tusculana Rufinella pluries ut videtur repetitum (*diametro oncie* 2½ BIONDI); in villa Rufinella SETT., Tusculi AM. MELCH. ROSS.

REI PVB · TVSCVLANORVM

Biondi cod. bibl. Sap. 106 E f. 80. Amati cod. Vat. 9751 f. 26' (inde Lanciani syll. n. 344). Melchiorri in *Antologia* XXI fasc. 61 (1826) p. 124. Settele ms. (*libro piccolo*) p. 12. Luigi Rossini *le antichità de' contorni di Roma* (1826) tab. 71 imaginem. Ex praecedentibus C. I. L. XIV 2656.

Punctum om. Settele, Rossini. REIP TVSCVLANORVM ♯ Amati. RESP TVSCVLAN Melchiorri.

In iisdem effossionibus tegulas similiter inscriptas repertas esse (cf. supra n. 7) tradunt Amati et Melchiorri.

7814 rep. in agro Tusculano in fundo *Cocciano* [*nel museo domestico locale dei sigg. fratelli Lugari*].

tI · CAESARIS · ET · IVLIAE AVGVstae

Ed. Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 359, 9, cui descripsit Seghetti Tusculanus.

7815 circa a. 1430 'fistulae in fundo lacus (Nemorensis) inuentae sunt plumbeae, bicubitales longitudine, firmissima crassitudine . . .; earum uero singulis elegantes insculptae sunt litterae . . . Tyberium Caesarem Augustum indicantes' BLONDVS (locum pleniorem vide C. I. L. XIV 2226).

tradit

Blondus:	Blondi versio Ital.:
'litterae . . . Tyberium Caesarem Augustum indicantes'	Tib. Caesar. Aug.

fuit opinor

TI · CAESARIS · AVG

Flavius Blondus de Italia illustrata p. 326 (ed. Basileae 1531). Inde inter alios Pietro Sante Bartoli *memorie* 148 (apud Feam *miscell.* I p. 268); Kircher Latium p. 51; Volpi vet. Latium VII p. 240 (verba in fistulis expressa exhibens ita TIB·CAESAR AVG, ut est in Blondi versione Italica); e Volpio Marini *iscr. dol.* p. 480 n. 2*a* et Lanciani syll. n. 213. C. I. L. XIV 2226.

Titulum restitui ex fistulis n. 7266*a. b*.

Vide quae adnotavi ad fistulam sequentem.

7816 1 rep. a. 1895 in fundo lacus Nemorensis iuxta navem quae immersa iacet prope *la casetta dei pescatori*, 2 ex. diametri mai. 0,125, min. 0,009 NOT. (sine dubio corrigendum est 0,090). — 2 in lacu Nemorensi rep.

C · CAESARIS · AVG GERMANICI

1 Barnabei in *Not. d. scavi* 1895 p. 394, cf. p. 393, adnotans *la prima lettera, tanto nell' uno quanto nell' altro pezzo, non restò impressa per intero; ma ne apparisce indubitatamente la parte inferiore curva, che la determina manifestamente per un* C. — 2 Pighius cod. Berol. f. 176b' auctore non laudato imaginem (inde Lanciani syll. n. 213 et C. I. L. XIV 2226) ita: TI·CAESAR·AVGVSTVS·GERMANICVS.

Pighianam lectionem conflatam esse puto ex duabus fistulis diversis in lacu Nemorensi repertis, una inscripta *Ti. Caesaris Aug.* (n. 7815), altera *C. Caesaris Aug. Germanici*, in qua Gai praenomen male expressum erat ut in exemplis nuper repertis sub n. 1 relatis. Nam quae de fistulis 'Tiberium Caesarem Augustum indicantibus' in lacu repertis a Blondo referuntur, etsi ipsa inscriptionis verba non accurata tradunt, certe mea sunt suspecta.

7817 rep. *alla 'Croce bianca' in Frascati rimpetto alla chiesa dei pp. Riformati* (*diam. interno mill. 50*).

NERONIS · CLAVDI · CAESARIS

Not. d. scavi 1891 p. 58. — Cf. supra n. 7270.

7818 Frascati rep. a. 1876 in fundamentis domus Sturbinetti GRANDI, SANTOV., uno vel duobus exemplis; duo exempla (eadem fortasse) ARM. vidit Frascati *nel palazzo del sig. marchese Aluffi Pentini*; unum praeterea exemplum Frascati rep. est ad portam Granaram in ruderibus villae cuiusdam HENZEN [extat in repos. urb. 3 ex. moduli magni, sign. n. 89—91; *fistola di m. 0,126 × 0,090 con pareti grosse m. 0,007* LANC.].

IMP DOMITIANI CAES · AVG · SVB · CVRA
ALYPI L · PROC · FEC · ABASCANTVS · SER · ATIME

Descripsimus Henzen unum exemplum, ego reliqua. Grandi in schedis interpolatam (v. 2 ALY·PROCOS·ASIAE·ANT .... SER·FEC). Rossio misit Santovetti. Armellini *cronichetta* 1876 p. 142, non bene. Lanciani syll. n. 348 (in uno exemplo v. 2 om. L post ALYPI). C. I. L. XIV 2637.

Imp(eratoris) Domitiani Caes(aris) Aug(usti); sub cura Alypi l(iberti) proc(uratoris) fec(it) Abascantus ser(vus) Atime(tianus). — *Alypus* procurator occurrit etiam in fistula Traiani n. 7295. *Abascantus servus Atimetianus* idem fortasse qui post manumissionem titulum posuit C. I. L. VI 656. Cf. supra n. 7350, etiam n. 7289.

7819 titulus pluries repetitus in aquae ducto rep. a. 1657 ad Albanum lacum in hortis principis Praenestini [i. e. Barberini] SVAR. 9140; *condotto di piombo . . . largo per diametro mezo palmo, si nè cavato venti palmi incircha, seguita sotto il monte a dirittura de Padri Zocholanti et si conosce che veniva d dove era il Teatro (16 di Maggio 1657)* SVAR. 9136; *nella villa Barberina posta trà Castel Gandolfo et Albano nell' anno 1657 adì 18 di Maggio* SCHED. MVS. KIRCH.; *nella villa di Domiziano a Castel Gandolfo* HOLST. apud Marinium Arv., similiter FABR.; *trovato a Castel Gandolfo* COD. CHIS.

IMP · CAESAR · DOMITIA ∴ NI AVG · SVB CVRA
ALB
ALYPI PROC · FEC · ESY∴∴CHVS · ET · HERMEROS · SER

Accuratissime descripsit vel potius delineavit anonymus in cod. Chis. J VI 205 f. 57 ex quo colligitur titulum in duobus fistulae fragmentis fuisse, bis impressum in uno, semel in altero (inde parum accurate Fea *miscell.* I p. CXIV et *varietà di not.* p. 14; Nibby *viaggio* II p. 87). Suaresius cod. Vat. 9188 f. 211 (et manu aliena f. 213, cf. infra variam lectionem), cod. Vat. 9140 f. 47. 48. Torrigio cod. Barb. XXX, 136 f. 109 (cf. *Bull. arch. municipale* 1872—73 p. 227). Scheda anonyma musei Kirch. (Lupii?) e ms. Magnini cuiusdam, ut videtur. Fabr. p. 543 n. 397 auctore non laudato (inde Marini *iscr. dol.* p. 482 n. 9). Marini *Arv.* p. 96 et *iscr. dol.* p. 481 n. 8 ex Holstenio et Suaresio. Ex praecedentibus Lanciani syll. n. 202. C. I. L. XIV 2304.

Dedi ut est in cod. Chisiano cum quo consentit fere Fabretti. Reliqui v. 1 habent IMP, CÆS (sched. mus. Kirch.); v. 3 init. ALYPII, in fine HERMAS ΦEAR vel ΦERR (Suar. 9140), HERMIAS (Marini *Arv.*), HERMER (Suar. 9186), HERM lacuna non indicata (sched. mus. Kirch.), HERAS (Torrigio). — Eiusdem ut videtur ductus partem repertam *questa matina* (videtur significari dies 18 Maii a. 1657) *nella cava del giardino del sig. Prencipe a Castel Gandolfo* sic exhibet anonymus apud Suaresium cod. Vat. 9136 f. 218: DOMITIANVS CÆS·AVG· ‖ ALIPIVS SVB CVRA . . .

[I]mp(eratoris) Caesar(is) Domitiani Aug(usti); sub cura Alypi proc(uratoris) fec(erunt) Esychus et Hermeros ser(vi); in media fistulae parte *Alb(anum)*, quo designatur villa Albana vel fundus Albanus imperatoris (cf. Ulpian. in Dig. XXX, 39 § 8 fundus Albanus qui principalibus usibus deservit); idem vocabulum occurrit in fistulis n. 7820. 7823.

De *Hesycho* vide quae adnotavi ad n. 7296.

7820 rep. a. 1657 una cum n. 7819 prope Castel Gandolfo in villa Albana Domitiani HOLST. [Romae in aedibus Barberinis MAFF.; in bibl. Barberinis MAR. *iscr. dol.*].

imp. DOMITIANI · CAESARIS · AVG · GERM · SVB CVRA
ALB
PROC PRIMIGENIVS · SER · FEC

Maffei mus. Veron. p. CCLIV n. 5 (inde Donati p. 139, 1 qui male cum aliis conglutinavit) auctore non laudato, parum bene (.... DOMITIANI CAESARIS AVG GER ‖ ...... PROC ... PRIMIGENIVS SER FEC). Marini *Arv.* p. 96 ab Holstenio descriptam (v. 1 init ... MITIANI·CAES·), inde Lanciani syll. n. 203; *iscr. dol.* p. 482 n. 10 de visu (ita ut dedi). Ex praecedentibus C. I. L. XIV 2305.

De vocabulo *Alb(anum)* cf. fistulam praecedentem.

Idem plumbarius in fistula Domitiani n. 7282.

7821 'Albani in palatio principis Savelli, tubis plumbeis, quos in balneis Domitiani A. invenerant, inscriptum'.

IMP · CAESARIS · DOMITIANI
AVG · GERMANICI

Reinesius p. 302 n. VII 'vidit Bartholinus'. Inde Lanciani syll. n. 207; C. I. L. XIV 2306.

Videtur esse fragmentum parum accurate exceptum.

7822 in fistulis aquae ductus rep. inter Frascati et Monte Porzio in fundo cui nomen *le Cappellette* (diam. 0,12 et 0,08).

α

MATIDIAE AVG FIL LXXXII

β

MATIDIAE AVG FIL /

γ

SALON · EPICTETVS · F

Not. d. scavi 1888 p. 141 ad ectypa a Rocchio missa (inde Dessau in Ephem. epigr. VII, 1892, p. 378 n. 1257).

Litterarum tituli α differre ab ea qua scriptus est titulus β adnotatur in *Not.*

De Matidia cf. quae supra adnotavi ad n. 7806; eiusdem Matidiae est etiam fistula Ostiensis n. 7737.

. . *Salon(ius) Epictetus* plumbarius libertus videtur fuisse C. Saloni Matidi Patruini, patris ut videtur Matidiae senioris.

7823 inter Albanum et Castellum Gandulfi rep. a. 1706 in villa Barberini (vel Albani in villa Domitiani) BIANCH. qui titulum in fistula pluries repetitum esse dicit; in villa Barberina rep. MAFF. qui videtur cogitavisse de villa Barberiniorum Romana.

IMP CAES M · AVREL ANTONIN AVG ALBAN
SVB CVRA EVPORI AVG LIBERTI PROC

Bianchini cod. Veron. CCCXLVII f. 32 ita ut dedi, iterum cod. CCCCXXXVIII omisso verbo AVG. Ab eodem, ut videtur, Maffei mus. Veron. p. CCCVII n. 5 (inde Donati p. 143 n. 7), puncta ubique et omisso verbo AVG. E Maffeio et Donatio Marini *iscr. dol.* p. 487 n. 26. Lanciani syll. n. 204. C. I. L. XIV 2307.

De vocabulo *Alban(um)* cf. n. 7819.

7824 *dutto plumbeo di singolare grandezza* [Albani apud Iosephum Carnavali].

M·AVRELIVS ANTONINVS COMMODVS AVG

in parte aversa

ASCLEPIVS FEC

P. E. Visconti in *Atti* (*dissertazioni*) *dell' accad. Romana di archeol.* II (1825) p. 655, inde Lanciani syll. n. 209. C. I. L. XIV 2308.

Vix bene exceptus; certe offendit imperatoris nomen primo casu enuntiatum.

7825 *in alcuni tubi di piombo ritrovati . . . non lungi da Cisterna a. 1727 in occasione di accomodare la strada pel ritorno di S*(*ua*) *S*(*antità*) *da Benevento e veduti da me in Cisterna nel palazzo del duca Gaetani.*

SEVERI ET ANTONINI AVGG . . . . .

Giorgi sched. Casanat. XVI (inde Lanciani syll. n. 218; C. I. L. X 6487).

7826 Albani rep. in area villae Domitiani *circa 30 metri a sud del teatro.*

STATIONIS VRBANAE AVGG NN

in alia fistula eiusdem ductus

CALPVRNIVS LICINIANVS FECIT

Lanciani in *Not. d. scavi* 1889 p. 227 et 247 (inde Dessau in Ephem. epigr. VII, 1892, p. 378 n. 1254. 1255).

Idem plumbarius occurrit in fistula ad viam Flaminiam reperta inscripta *Opere publicorum* (n. 7235*a*) quam saeculo III ineunte non esse puto vetustiorem.

Stationis urbanae (*duarum*) *Aug*(*ustorum*) *n*(*ostrorum*); cf. supra fistulam Antiatinam n. 7798 inscriptam *Statio urbana Aug*(*usti*) *n*(*ostri*). De statione urbana, i. e. de ratione patrimonii vel operum publicorum quae erat in urbe, vide quae exposui in prooemio p. 909 col. 2. *Urbana* in his fistulis additur, quia locis extra urbem sitis destinatae erant.

7827 1 prope Nemi rep. in loco cui nomen est *il giardino* ad aream aedis Dianae Nemorensis inter parietinas piscinae. — 2 originis ignotae; *proviene forse dagli scavi della villa de' Quintili* coniecit LANC. [in horreis antiquitat. equitis Guidi, 2 ex.].

PAMPHILVS·AVG·N·SER·FEC

1 *Not. d. scavi* 1885 p. 193; inde C. I. L. XIV 4207. — 2 Ex apographo Nisseni (a. 1864) unum exemplum ed. Lanciani syll. n. 325, utrumque descripsit Gatti edidítque in *Not. d. scavi* 1891 p. 58.

Cf. supra n. 7653.

7828 *lungo e grosso condotto* rep. in agro Aricino in effossionibus a. 1721 institutis a Despuigio (α quinquies, β quater scriptus LUC.).

α

AELI AVG LIB GALÆS

β

in aliis partibus eiusdem fistulae

P AELIVS SYMPHOR FECI

Lucidi *mem. stor. dell' Ariccia* p. 228; solum titulum β Zoega ms. p. 179. Inde C. I. L. XIV 2175.

In fine tituli β fuit opinor FEC /

7829 in territorio Tusculano rep. *nei lavori di sterro per la costruzione della linea ferroviaria Roma-Segni, dalla progressiva 17400 alla progressiva 27000*; bis in eadem fistula (*diam. mm.* 30×50).

AELIAE·ASTE /

Marchetti in *Not. d. scavi* 1891 p. 289.

7830 Nemi rep. in area aedis Dianae Nemorensis (diam. int. 0,11).

ARRIAES PRISCILLAE

Borsari in *Not. d. scavi* 1895 p. 107.

Arria F(*l*)*avia Vera Priscilla* M.' Acili Glabrionis consulis (incertum cuius) uxor (C. I. L. XI n. 6333) cum eadem sit incertum est.

7831 1 Gabiis rep. *nella tenuta di Pantano.* — [2 Frascati apud Fausti antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 221 (est lamina e fistula exsecta)].

ATRIAE MOSCHARVS C F /   saec. III ineuntis

1 Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 360 n. 12. — 2 Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 103 n. 1157 titulum bis exhibens, alterum infra alterum positum.

Moscharus est secundus casus cognominis *Moscharo.*

7832 Gabiis rep. a. 1792.

AVRELIVS·ALEXANDER PROX AB
EPISTVL LAT DIGITIVS FECIT

E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 123 et *mon. Gabini* p. 126 (169). Marini cod. Vat. 9126 f. 63 qui videtur vidisse, e Visconti idem *iscr. dol.* p. 502 n. 93. Ex his Lanciani syll. n. 319. C. I. L. XIV 2815.

Aurelius Alexander prox(*imus*) *ab epistul*(*is*) *Lat*(*inis*): *Digitius fecit* Lanciani l. c. ad n. 323 Aurelium Alexandrum eundem esse putat qui in titulo C. I. L. VI 1593 dicitur *Aur*(*elius*) *Alexander eq*(*uus*) *R*(*omanus*), vix recte. Vide quae de Aurelio Alexandro adnotavit Klebs in Prosopogr. imp. Rom. I p. 194 n. 1200*a*.

De nomine domini primo casu enuntiato cf. ad n. 7418. Plumbarii solo nomine gentilicio enuntiantur etiam in aliis fistulis (cf. p. 910 col. 1).

7833 Tusculi rep. in effossionibus *del principe di Canino* BORGH.; inter Tusculanas (*lettere belle, alte dita* $1^1/_2$) BIONDI.

CABARASIAE·P·F·PACATILLAE / XII

Biondi in cod. bibl. Sap. 106 E f. 35'. Borghesi in add. ad syll. ms. Marinii n. 101*b* (inde Lanciani syll. n. 348 omissa nota XII). C. I. L. XIV 2660.

7834 rep. inter reliquias villae Romanae (Antistiorum?) *entro la macchia di Rocca di Papa, verso la valle della Molara* (diam. 0,225) [Rocca di Papa in aedibus Locatelli].

XII CN CASSI EVSCAT//

Ed. de Rossi in *Ann. d. Inst.* 1873 p. 180, inde Lanciani syll. n. 361. C. I. L. XIV 2570.

7835 1 Velitris rep. *al colle de' marmi.* — 2 Puteolis rep. ad mare.

CLAVDIAE·AVG·L·ACTES

1 Guarnieri sched. Pisaur. f. 35'. E litteris a R. Venuti missis Perusio est in Ann. ms. societ. Columb. IX (1744) p. 205. Ex iisdem litteris ut videtur cod. Marucell. A, 10, manu Goril. *Giornale de' letterati di Firenze* III parte 4 p. 235. Ex praecedentibus Lanciani syll. n. 214 et C. I. L. X 6589. — 2 A Turre monum. vet. Antii p. 121, inde Marini *iscr. dol.* p. 505 n. 107. Ex praecedentibus Lanciani syll. n. 226 et C. I. L. X 1903.

In exemplo 1 AVG·LIB·AC . . . M . . . . Ann. Columb. et cod. Marucell., L·AC M . . . *Giorn.*; in ex. 2 CLAVDIÆ Turrius.

Claudia Aug(*usti*) *l*(*iberta*) *Acte* Neronis est liberta, quam 'paulum afuit quin iusto sibi matrimonio coniungeret' (Suet. Nero 28).

7836 *in un pezzo di condotto di piombo trovato à Castel Gandolfo.*

ÇENTIONIƧ litt. magnis

Manu valde perita descriptam vel potius delineatam codex Chis. J VI 205 f. 56 (inde Fea *miscell.* I p. CXIV, e quo Marini *iscr. dol.* p. 506 n. 128a; Lanciani syll. n. 206, parum accurate). C. I. L. XIV 2310.

Pro litterarum forma videtur esse aetatis labentis.

7837 *a* 'laminis ex tubis plumbeis praesectis' FABR. p. 539 ('lamina ex tubo plumbeo praesecta' IDEM p. 542) [fuit apud Fabrettium].

b bis scriptum in fistula rep. prope *la Colonna* in praediis Pallavicinorum *tenuta della Pallavicina.*

c 1 rep. sub Frascati *nel quarto s. Matteo presso Vermicino* [Frascati apud Aristidem Greci]. — 2 in fistula diametri mai. 0,06 ab utraque parte scriptum [Anagniae apud canonicum Patriconi].

a

α IONII · AVG · L · AB EPISTVLIS ❦

in alia parte eiusdem ut videtur ductus

β CLAVDIVS · FELICISSIMVS · FECIT ·

b

*claudius fel*ICISSIMVS FECIT

c

TIƆƎꟻ · ƧVMIƧƧIƆIJƎꟻ · ƧVIDVAJƆ

a Fabr. p. 539 n. LX (= α) et n. LIX (= β). Inde Marini *iscr. dol.* p. 509 n. 150 (= α) et p. 506 n. 104 (= β); Lanciani syll. n. 500 (= α) et n. 542 (= β).

b Stevensonio dedit Alex. Sbardella: C. I. L. XIV 2777.

c 1 Descripsit Ign. Gnidi a. 1881. C. I. L. XIV 2664. — 2 A Stevensonio descriptam Lanciani syll. n. 367 (fragmentum est initium tituli exhibens). A Mommseno descriptam C. I. L. X 5930.

7838 Romae *presso un antiquario, ignoro la provenienza* LANC. in BVLL.; *si afferma dal ch. Pellegrini scoperta in Velletri . . ., descrissi presso l'antiquario Giacomini* LANC. in SYLL.; Velitris rep. C. I. L. Est moduli medii [repos. urb. (*acquisto Pellegrini 1880*) sign. n. 111].

C · IVLI · SVPERSTITIS ❦ mod. I fere medii

Descripsimus. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1877 p. 181 et syll. n. 215. C. I. L. X 6590.

7839 'ibidem' (praecedit n. 7874 'Tusculi in aquaeductu') MVR.

N · IVNI · FAVSTI

Mur. p. 469, 6 cui misit Ioh. Ios. Ramaggiano; inde Marini *iscr. dol.* p. 510 n. 133a. Ex utroque Lanciani syll. n. 349. C. I. L. XIV 2668a ubi adnotatur 'M · IVNI | FAVSTI legitur inter Sirmondiana Paris. suppl. Lat. 1419, 20'.

Eodem nomine inscriptus est later urbanus n. 1225, quem saeculi I esse statui.

7840 prope Genzanum rep. a. 1877 *nei fondamenti della chiesa del camposanto nuovo, nel luogo detto ai Boccetti* BR., 3 ex. [Romae apud Nardonium, 2 ex.; Florentiae in collegio *alla Querce* ex dono Bruzzae, 1 ex.].

C · LICINI · MVCIANI

Descripsi omnia; exemplum Florentiae adservatum descripsit etiam Bormann. Bruzza in schedis. Stevenson communicavit cum Lanciano qui ed. in syll. n. 211. C. I. L. XIV 2173.

'Is ipse sine dubio quem norunt omnes ex Tacito et Plinii historia naturali' Dessau.

Cf. supra n. 7496.

7842 Albani.

L LICINI SABINIO

Visconti sched. Paris 7 f. 180', inde C. I. L. XIV 2312 ubi adnotatur 'O orta est ex interpunctione'.

Videtur esse magister sodalium Augustalium Claudialium a. 214 (C. I. L. VI 1987 = XIV 2391).

7842 *lungo e grosso condotto* in agro Aricino rep. a. 1791 in effossionibus institutis a comite de Souza in loco cui nomen *le Case* (*in una fonte di magnificentissima villa* addit FEA) (α bis scriptus LVC.).

α

P MEMMI REGVLI

β

in alia parte eiusdem fistulae

. . . TISTIVS FEC

Lucidi *mem. stor. dell' Ariccia* p. 227 (α in fine REGVL). Solam α Fea *storia delle acque* (1832) p. 53 (inde Lanciani syll. n. 210). Ex praecedentibus C. I. L. XIV 2174.

Videtur supplendum esse . . *An*]*tistius fec*(*it*). Plumbarii sine cognomine enuntiati occurrunt etiam in aliis fistulis, cf. p. 910 col. 1.

P. Memmium Regulum 'esse consulem suff. a. p. C. 31, defunctum a. 61 (Tac. ann. 14, 47), saepius nominatum in actis Arvalium (cf. huius corporis vol. VI p. 587), iam Fea adnotavit' Dessau.

7843 rep. autumno a. 1896 in agro Tusculano prope viam Labicanam in loco cui nomen *prata Porzio*, una cum n. 7856; 2 ex.

INIꟼƧIЯƆ · VOИ · ⅃

G. Tomassetti in *Bull. d. Istit.* 1897 p. 84 (*il nome di* L. Novius Crispinus), melius in *Not. d. scavi* 1897 p. 459.

Tomassettius esse putat *L. Novium Crispinum Martialem Saturninum* consulem designatum a. 150. Idem adnotavit 'fundum Crispini via Lavicana miliario XIII' memorari in regestis Gregorii II (Collectio canonum ed. Martinucci p. 324).

7844 rep. in agro Tusculano in loco cui nomen *prata Porzia; alcuni condotti di piombo con la iscrizione di*

L. Octavius Laenas

Tomassetti in *Bull. d. Istit.* 1897 p. 83. 84.

Est fortasse *Octavius Laenas* avus Laenatis fistulae sequentis et maritus Rubelliae Bassae (cf. supra n. 7594).

7845 rep. in agro Tusculano in loco q. d. *prata Porci* vel *prata Porzia.*

SER OCTAVI LAENATIS PONTIANI

Descripsit Stevenson. — Est consul a. 131. Cf. titulum Tusculanum C. I. L. XIV 2610.

7846 Sassone prope Marinum in fundo cui nomen *Marco Andreola* inter parietinas villae Romanae, rep. *attorno l'impluvio dell' atrio, e porta innestati altri canaletti alla distanza di m. 1,50 l'uno dall'altro* BVLL.

T · PRIFERNI PAETI bis scriptum

Lanciani in *Not. d. scavi* 1884 p. 107 et *Bull. arch. comunale* 1884 p. 153. C. I. L. XIV 2434.

De *T. Prifernio Paeto* senatorii ordinis cf. C. I. L. XIV ad n. 246 (p. 43) et Mommsen in indice epistularum Plinii (editionis Keilianae). Dessau (in Prosopogr. imp. Rom. III p. 94 n. 692) fistulam tribuit T. Prifernio Paeto Rosiano Gemino iuniori qui consul suff. fuit circa a. 133.

7847 in agro Tusculano rep.: *tre tubi o siano pezzi di piombo . . . sono stati ritrovati . . in quest' anno 1732 nel cavarsi le fondamenta del fenile che fabbrica il principe Borghese a Mondragone; il quale fenile è accanto al muro che ha sopra gli abeti della detta villa, e viene a riuscire quasi infaccia all' angolo della facciata del palazzo di Mondragone a mezzo giorno.*

primo tubo QVINTILIORVM CL/////

secondo tubo GN CORNELIVS CHRYSEROS FEC

terzo tubo QVINTILIORVM ET M /

Giorgi sched. Casanat. XVI (initio voluminis) qui exscripsit m. Oct. 1732. Inde parum accurate Lanciani syll. n. 350, qui Stevensonium *cimitero di Zotico* (*Modena* 1876) p. 100 secutus ad exemplum fistulae n. 7518 ita restituendum esse censuit:

II QVINTILIORVM COndiani ET MAximi ‖ CN CORNELIVS CHRYSEROS FEC

quod non videtur probandum esse. C. I. L. XIV 2661. 2662. 2667.

Cf. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 186. — *Quintiliorum* est etiam fistula Antiatina n. 7799. Idem plumbarius occurrit in fistula n. 7860 cum Ti. Claudio Primitivo consociatus.

7848 *a* rep. inter reliquias villae Romanae (Antistiorum) *entro la macchia di Rocca di Papa, verso la valle della Molara* (diam. 0,13) [Rocca di Papa in aedibus Locatelli].

b eodem fere loco rep. qua exemplum *a* (in villa quadam antiqua inter Tusculum et Rocca di Papa).

a

M TREBELLi
HIEROCLIS

b

M·TREBELLI

a Ed. de Rossi in *Ann. d. Inst.* 1873 p. 180 et tab. TU n. 7, inde Lanciani syll. n. 364. C. I. L. XIV 2573.

b A Gagliardio descriptam (ita ut dedi) habuit Henzen, ed. Lanciani syll. n. 368 (versum secundum punctis indicans). Est fortasse ipsa fistula *a* parum accurate descripta.

7849 emit Grandi a. 1861 prope Marinum in vinea Dominici Zoffoli in fondo *Marco Andreola* vel *muro de' Francesi* [in vinea Grandi ad circum Maxentii].

VALERI·MESSALAE

Grandi in schedis. Inde ut videtur de Rossi *bull. arch. crist.* 1872 p. 152. Ex eo Lanciani syll. n. 356. C. I. L. XIV 2435*a*.

Ex *Valeriis Messallis* quis fuerit incertum est. De hac fistula et de ea quae sequitur haec adnotavit de Rossi (l. c.): *Questi tubi additanti poderi o ville della nobilissima famiglia dei Valerii Messala presso l'antico Castrimoenium debbono esser posti a confronto con la notizia dataci da Tibullo, che i Tusculani e gli Albani erano debitori a Messala Corvino d'una via da lui a proprie spese costrutta* (cf. eleg. I, 7 v. 57 sq.).

Cf. Lanciani *Bull. arch. comunale* 1884 p. 194.

7850 1 emit Grandi a. 1861 prope Marinum (*in que' medesimi dintorni* ubi emit n. 7849) [in vinea Grandi ad circum Maxentii]. — 2 Frascati (incertum utrum ibi reperta an excepta).

C·VALERI·PAVLINI

1 Grandi in schedis. Inde ut videtur de Rossi *bull. arch. crist.* 1872 p. 152. Ex eo Lanciani syll. n. 357. C. I. L. XIV 2435*b*. — 2 Santovetti Frascatanus a. 1857 misit de Rossio (ita exceptam C·VALERII PAVLINI), a quo habuit Lanciani syll. n. 351.

Est fortasse is qui a. 107 fuit consul suffectus. — Cf. supra n. 7561.

7851 Sassone prope Marinum rep. in fondo cui nomen *Marco Andreola*, inter parietinas villae Romanae (*a lungo la fronte meridionale del palazzo; grosso mill. 7, largo nel diametro maggiore mill. 52, nel minore mill. 38* NOT.).

α

IIX Q VOCONi POLLIONIS

in alia parte eiusdem fistulae

IERAX FECIT

β

IVX Q VOCONI *pollionis*

in alio fragmento eiusdem fistulae

IERAX FECIT

α ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1884 p. 85 et minus accurate *Bull. arch. comunale* 1884 p. 153, β descripsi ego, ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1884 p. 193 et *Bull. arch. comunale* 1884 p. 155. C. I. L. XIV 2436. 2437.

Cf. sequentem. — Lanciani in *Bull.* c. p. 154 confert signaculum aereum rep. prope Nicoteram (cf. C. I. L. X n. 8059, 441) hoc: VICTORIS | Q · VOC · POLL.

7852 *a* Sassone prope Marinum rep. in effossa, a Boccanera instituta in loco cui nomen *Marco Andreola*, in viridario villae Romanae *grossa condottura plumbea, nella quale si distinguono alcuni pezzi di restauro; nelle parti originarie si leggono le impronte cet.*

b [Romae apud antiquarium quendam (medii moduli)].

a

*q. voconi·polli*ONIS SVLPICIVS TRO LLVS FEC

(titulus bis expressus est alter infra alterum)

nelle parti di restauro, oltre la sigla XV *esprimente la portata del tubo, il nome due volte ripetuto*

VOCONI POLLIONIS

b

SVLPICIVS TRO LL VS FEC

a Lanciani in *Not. d. scavi* 1884 p. 394 (inde C. I. L. XIV 4226).

b Descripsi a. 1890.

'Pro TROLLVS sine dubio legendum TROHVS' adnotavit Dessau. — Cf. praecedentem.

7853 Frascati rep. a. 1876 *nelle fondamenta della casa Sturbinetti* (*fistola a olivella di m. 0,101 × 0,068*) LANC., SANT.; Frascati in villa Pentini (incertum utrum ibi reperta an adservata) HENZ. [repos. orb., sign. n. 4].

...IV·AGRIPPINAE *saec. I tenuis vel medii*

Descripsi (prima littera num c fuerit incertum est). Descripsit etiam Henzen et a Santovettio exceptam habuit de Rossi (uterque |AGRIPPINAE). Lanciani syll. n. 347 (qui citat Armellini *cronichetta* 1876 p. 9, errore). C. I. L. XIV 2659.

Cogitari potest de nomine gentilicio ita breviato ut est in fistula n. 7460 (L·PVNISV·VETTONIANI); fuitne [*Vib*]*u*(*liae*) *Agrippinae*?

'*Piuttosto che alle Agrippine auguste, attribuirei questo tubo o alla* Asinia Agrippina *figlia di Ser. Asinio Celere, o alla* Vipsania Agrippina *sposa di C. Asinio Gallo, e ciò in considerazione della vicinanza del Tusculano degli Asinii al luogo della sua scoperta; cf. De Rossi, Ann. Inst. 1873, 187*' adnotavit Lanciani.

7854 rep. a *monte Cagnolo* in agro Lanevino [repos. therm. Diocle t. ex dono ducis Sforza-Cesarini].

|IDI · TELESPHORI

Barnabei in *Not. d. scavi* 1898 p. 226.

7855 1 prope Albanum rep. *nei disterri per l'impianto della stazione ferroviaria Albano-Porto d'Anzio* [idem ut videtur exemplum iam in repos. urb. (*agosto 1883*), sign. n. 175 (medii moduli)]. — 2 in horto Francisci Cardini (prope stationem viae ferratae) *si veggono conserve di acqua, dalle quali si dipartono fistule plumbee assai lunghe, con la leggenda* cet.

M AEMILIVS FESTIBVS FEC ❦ saec. II ut videtur

1 Descripsi. *Not. d. scavi* 1883 p. 423 (palmula in fine om.), inde C. I. L. XIV 2309. — 2 *Not. d. scavi* 1884 p. 395 (inde C. I. L. XIV in add. ad n. 2309).

7856 rep. autumno a. 1896 in agro Tusculano in loco cui nomen *prato Porzio*, una cum n. 7843; 2 ex.

C.NCIVS FELIX FEC

Tomassetti in *Bull. d. Ist.* 1897 p. 84, melius in *Not. d. scavi* 1897 p. 458.

Potest esse plumbarius fistulae n. 7843.

7857 in agro Tusculano rep. in villa q. d. Ciceronis.

T·CISPIVS DECOR F

Zuzzeri *ant. villa del Tuscolo* p. 47, inde C. I. L. XIV 2663.

Cf. fistulam sequentem.

7858 rep. inter reliquias villae Romanae (Antistiorum?) *entro la macchia di Rocca di Papa, verso la valle della Molara* (diam. 0,205) [Rocca di Papa in aedibus Locatelli].

T·CISPIVS VERVS FEC ❦

Ed. de Rossi in *Ann. d. Inst.* 1873 p. 180, inde Lanciani syll. n. 362. C. I. L. XIV 2571.

Cf. praecedentem.

7859 in agro Tusculano rep. circa a. 1860 in vinea Grazioli in loco cui nomen *s. Croce* COZZA apud Lancianium; in territorio Tusculano rep. m. Apr. a. 1879 IDEM apud Rossium.

TI·CL·FOR·FEC ❦

Cum de Rossio communicavit Cozza ex memoria descriptam; idem dedit Lanciano qui ed. in syll. n. 352. C. I. L. XIV 2665.

7860 Tusculi rep. (in iisdem ut videtur effossionibus ex quibus prodiit n. 7813).

VIII TI CL PRIMIT 'E CORN CHRYSER FEC

Amati cod. Vat. 9751 f. 26'; inde Lanciani syll. n. 845 a quo C. I. L. XIV 2666. Luigi Rossini *le antichità de' contorni di Roma* (1826) tab. 71 imaginem.

PRIMIT Amati, Rossini. Numerum initio positum om. Rossini.

Ti. Cl(audius) Primit(ivus) et Corn(elius) Chryser(os) fec(erunt). Lancianius putat plumbarios esse posse fistulae n. 7813 quae praecedit apud Amatium. — Cn. Cornelius Chryseros occurrit in fistula n. 7847.

7861 *a* [mus. Kircher. vet., sign. n. 567].

b Gabiis rep. a. 1792 (*ora smarrita* visc.).

a

L CLODIVS LONGINVS FECIT / saec. III ineuntis

b

CLODIVS LONGINVS FEC

a Descripsimus Herzog et ego. Brunati mus. Kirch. p. 42 n. LXXXVII, 7. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 144 n. 567.

b Fea in *Antologia rom.* XVIII (1792) p. 325; inde Marini cod. Vat. 9123 f. 63 et E. Q. Visconti *mon. Gabini* p. 126 (169). Ex hoc et de visu Marini *iscr. dol.* p. 505 n. 110. Ex his et ad apographum suum fistulae *a* Lanciani syll. n. 320 errore ita P CLODIVS LONGINVS FEC❦. C. I. L. XIV 2816.

7862 prope Montecompatri rep. una cum n. 7871 (moduli fere parvi) [repos. urb., sign. n. 179].

Ɔ FABIVS FAR|AMI|*tiae fec*

Descripsi (in fine FAR| tantum supererat). Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1892 p. 416 et in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 207 (inde C. I. L. XIV 2775), pleniorem utroque loco sed omisso praenomine et errore coniunctam cum n. 7871 ubi vide quae adnotavi.

Idem plumbarius sine praenomine occurrit in fistula Praenestina n. 7888a. De aetate non liquet.

7863 Gabiis rep. a. 1792.

FLAVIA FORTVNATA FEC ~

Marini cod. Vat. 9123 f. 63 et *iscr. dol.* p. 507 n. 123 qui vidit. E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 123 et *mon. Gabini* p. 126 (169) q. v. Inde Lanciani syll. n. 321. C. I. L. XIV 2817.

7864 Gabiis rep. a. 1792 (*ora smarrita* visc.).

Q LICINIVS CHRYSIPPVS FEC

Fea in *Antologia romana* XVIII (1792) p. 325 (inde Marini cod. Vat. 9123 f. 63 et E. Q. Visconti *mon. Gabini* p. 126 (169)). Ex his Borghesi in add. ad syll. ms. Marinii n. 126c; Lanciani syll. n. 322. C. I. L. XIV 2818.

7865 Albani.

L LVSCIVS PHILETVS FEC

Visconti sched. Paris. 7 f. 180', inde C. I. L. XIV 2313.

Est fortasse plumbarius fistulae n. 7841 simul exceptae.

7866 pluries repetitum in aquae ductu prope Albanum rep. in vinea Petri Salustri-Galli in fondo q. d. *Torretta, sul pendio occidentale della collina denominata Castel Savello* [repos. urb. (*dono Salustri*), sign. n. 178, 2 ex. medii moduli inter se supplentia].

Q·SAVFEIVS·GADIA·FEC saec. I exeuntis vel II ineuntis

Descripsi. *Not. d. scavi* 1883 p. 514, inde C. I. L. XIV 2818 *a*.

7867 1 rep. inter reliquias villae Romanae (Antistiorum?) *entro la macchia di Rocca di Papa, verso la valle della Molara* (diam. 0,13) [Rocca di Papa in aedibus Locatelli]. — 2 rep. in agro Tusculano (medii moduli) [repos. urb., sign. n. 182].

SEPTIMIVS SECVNDINVS FECIT / saec. III ineuntis

1 Descripserunt Henzen et de Rossi, hic ed. in *Ann. d. Inst.* 1873 p. 180 et tab. TU, 5; inde Lanciani syll. n. 365. C. I. L. XIV 2572. — 2 Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 53 n. 792 adnotans idem exemplum esse posse quod praecedit, non recte, cum fistula minoris sit diametri (circiter 0,09).

7868 *a* Gabiis rep. a. 1792.

b 1 Gabiis rep. *nella tenuta di Pantano* (Frascati apud Panizzam). — [2 Frascati apud Fausti antiquarium antea, 3 ex., quorum unum (lamina exsecta) iam in repos. urb., sign. n. 220].

a

T · STATILIVS · FELICIO · FECIT /

b

T · STATILI FELICIO FEC / saec. II medii vel exeuntis

a Marini cod. Vat. 9126 f. 63, *Arv.* p. 251, *iscr. dol.* p. 515 n. 168 qui vidit. E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 123 et *mon. Gabini* p. 126 (169) q. v. Inde Lanciani n. 323. C. I. L. XIV 2819.

b 1 Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 360, 11. — 2 Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1886 p. 105 n. 1169, inde C. I. L. XIV in add. ad n. 2819.

7869 in agro Veliterno rep. a. 1815 in vinea Herculis Tomassini [fuit apud Cardinalium].

L · TITIVS · ZOSIMV|s *fec*

Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 26 n. 119, *iscr. Velit.* p. 62 n. 23 (inde Borghesi in add. ad syll. ms. Marinii n. 1715; Lanciani syll. n. 216 et C. I. L. X 6591).

7870 rep. in agro Tusculano, 2 ex. moduli fere parvi [Frascati apud Panizzam; Romae apud Stevensonium].

C · VETTENNIVS FEL IX FEC (*ead* supra) litt. pulchris saec. I fere medii

Descripsi exemplum apud Stevensonium (initio mutilum). Alterum ed. Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1892 p. 359, 10.

Cf. n. 7890.

7871 prope Montecompatri rep. in loco cui nomen est *colle Mattia* in vinea Ciuffa: *una peschiera rotonda, di dieci metri di diametro con la fistula plumbea tuttora murata sul labro* syll. (moduli fere medii) [repos. urb., sign. n. 180].

C VETTENIVS| saec. II?

Descripsi. Ed. Lanciani in *Not. d. scavi* 1882 p. 416 (CVEIIENIVS|) et in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 207 (C VETIENIVS |); inde C. I. L. XIV 2776.

Lancianius ab altera fistulae parte nomen *Fabius Paramus* . . . esse dicit (cf. n. 7862), errore, cum fistula uno tantum nomine notata sit; praeterea moduli est paullo maioris quam fistula Fabi Paramiti.

C. Vettenius aut *Vettenius* . . . utrum plumbarius sit fistulae praecedentis an *C. Vettennius Verecundus* fistulae Praenestinae n. 7890 incertum est.

7872 1 Civitalavigna rep. *negli sterri per il nuovo palazzo municipale.* — 2 prope Montefortinum-Artenam rep. *in luogo detto il Serrone del Fatto*, pluries repetitum in fistula diametri *di un terzo di palmo di muratore.*

L VINIVS ONESIMVS FEC

1 Strutt in *Not. d. scavi* 1882 p. 116 (inde C. I. L. XIV 2130) initio mutilam (MVS). — 2 Serangeli ms. (*not. istor. della terra di Montefortino*) f. 20'; inde Lanciani syll. n. 366 et C. I. L. X 5977.

7873 *a* originis ignotae (medii moduli) [mus. Kircher. vet., sign. n. 581].

b rep. III chil. a Velitris montem Artemisium versus inter parietinas villae Romanae.

a

|ELIA CLEOPATRA FECIT saec. II?

b

|CLEOPATRA|

a Descripsimus Herzog et ego (initio videtur esse |ELIA potius quam |VLIA). De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 145 n. 581 (. . . LIA CLEOPATRA FEC). Lanciani syll. n. 562 (|VLIA). Ex his C. I. L. X 8290.

b Ex apographo Di Tucci ed. Lanciani syll. n. 217; inde C. I. L. l. c.

7874 'Tusculi in aquaeducta' MVR.

L · AENNIVS FORTVNATVS

Mur. p. 469, 5 cui misit Ioh. Ios. Ramagginus; inde Marini *iscr. dol.* p. 428 n. 75. Ex utroque Lanciani syll. n. 353. C. I. L. XIV 2668.

Marinius confert titulum fistulae sequentis *o l'uno o l'altro . . letto male.* Pro L·AENNIVS Lanciani posuit NASENNIVS (cf. n. 7765); L·A.ENNIVS proposuit Bormann. Aenius gentilicium occurrit in titulo C. I. L. VIII 2799.

7875 'in tubo plumbeo [Albani] in palatio principis Savelli, in balneis Domitiani reperto'.

ↃↃ · AVTEIVS · FORTVNATVS · FECIT

Reinesius p. 281 n. LV 'vidit Th. Bartholinus, legam autem *Anteius*'. Inde Marini *iscr. dol.* p. 504 n. 100 (D pro ↃↃ). Lanciani syll. n. 206. C. I. L. XIV 2311.

Gentilicium num recte traditum sit dubitari potest; Q_SAVFEIVS fuisse coniecit Bormann citans n. 7866.

Lanciani coniungendam esse putat cum n. 7821.

7876 incertum num in fistula fuerit (praecedunt fistulae Tusculi repertae n. 7613. 7860).

AIТИАМJAꟼ

Amati cod. Vat. 9751 f. 26' adnotans *mi pare fuora* AIТИАМJAꟼ.

7877 in agro Tusculano rep. in villa q. d. Ciceronia.

L . . . . . RAT·SCI

Zuzzeri *ant. villa del Tuscolo* p. 47, inde C. I. L. XIV 2669.

7878 prope Nemi rep. in loco q. d. *giardino* ad aream aedis Dianae *tubo . . lunghissimo con la portata impressa di quinarie*

XV

Lanciani in *Not. d. scavi* 1885 p. 254 (inde memoratur C. I. L. XIV ad n. 4207).

FISTVLAE AGRI PRAENESTINI

7879 Praeneste rep. MAR. [mus. Kircher. vet., sign. n. 609].

EX INDVLGENTIA D N SEVERI
ANTONINI ET GETE AVGG L F

Descripsimus Henzen et ego. Marini *iscr. dol.* p. 488 n. 32 ex schedis Lupii (Marinius citat Zaccariam *storia letteraria* VII p. 610 apud quem non repperi). Brunati mus. Kirch. p. 25 n. XXXIX (puncta ubique). De Ruggiero *cat. d. mus. Kirch.* p. 147 n. 609. Lanciani syll. n. 421. C. I. L. XIV 3036.

Nomen GETE malleo vel alio instrumento consilio contusum est. In fine nihil deest neque fuit AVGG ET CAES, ut suspicatus est Marinius. In fistula enim non nominatur Severus cum filiis Antonino et Geta, sed filii tantum, quorum maior hic Severus Antoninus dicitur ut in titulis Africanis passim. Pro DN scribendum erat DD NN.

Ex indulgentia (de formula cf. p. 906) *d(ominorum) n(ostrorum) Severi Antonini et Gete Aug(ustorum)*; litteris L F num domini nomen significetur nescio.

7880 prope Lugnano rep. in loco q. d. *i Casali* prope piscinam cui nomen est *grotta Mamosa*, pluribus ex. FIC.; locum non indicaverunt RELIQVI (Romae in thermis Alexandrianis repertam facit Bonanni DESSAV, errore) [unum exemplum Ficoronius dono dedit Bonannio vel museo Kirch., ubi nunc desideratur; duo (in frustis laminarum) Bononiae in mus. universitatis antea, nunc in publico; unum Cortonae in mus.; unum denique ad eundem fortasse ductum pertinens Venetiis in mus. seminarii patriarchalis].

IVLIAE MAMIAE MATRIS AVG N ❦

Exemplum musei Kircheriani Bonanni mus. Kirch. p. 162 et tab. LI, 3 (p. 184), imaginem: IVLIAE MAMIAE cet. (imaginem praeter Montfauconium *l'ant. expl.* III, 2 tab. CXXV repetiit Mur. IV tab. B p. 2101, 3 'in museo Kempiano, misit D. Thomasinus de Mazangues', errore de quo cf. supra n. 172, 9). Lupi cod. Vat. 9143 f. 37' et *dissert.* II p. 164 imaginem accuratam. Ficoroni *le memorie di Labico* p. 34 ita: IVLIA MAMAEA AVG. — Exempla Bononiensia descripsit Bormann (cf. C. I. L. XI n. 104*, 9). Gozzadini *acquedotto* p. 34 n. 3. 4. — Exemplum Cortonense descripsit Bormann. Gori inscr. II p. 390, 43 (inde Mur. p. 250, 4, ex eo Orelli 954). Maffei *osserv. letter.* V p. 220. — Exemplum Venetiis adservatum *Not. d. scavi* 1883 p. 154 (IVLIAE·MAMIAE·MATRIS AVG). — Ex superioribus et de visu (praeter ex. Venetum) Marini *iscr. dol.* p. 490 n. 39. Lanciani syll. n. 324 et C. I. L. XIV 3037 litteras contignatas e Bonannio retinentes.

7881 Praeneste rep. a. 1786 *nella vignola, o sia orto Petrini presso la porta di s. Martino* PETR.

P·ACIDI·ATTIANI

Guattani *mon. ant. ined.* a. 1787 p. VI. Petrini *mem. Prenestine* p. 340 n. 78 (inde Marini *iscr. dol.* p. 497 n. 71a; Lanciani syll. n. 422). C. I. L. XIV 3039.

7882 rep. a. 1865 in vinea Pratesiorum cui nomen *Villa magna*, in planitie inter colles Olevanenses et Paglianenses sita [Olevani apud Pratesios].

TI·CLAVDI LIVIANI PR PR

IXX

Descripsit Henzen edidítque in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 69 (inde Lanciani syll. n. 430). C. I. L. XIV 3439.

Ti. Claudius Livianus praefectus fuit praetorio Traiani Augusti, cf. Dio 68, 9; eiusdem hominis est titulus urbanus C. I. L. VI 1604 (ubi fistula memoratur) et sunt fortasse etiam lateres n. 982. 2317.

Cf. supra in prooemio p. 909 col. 2.

[FL·SVLPICIANI] cf. infra inter titulos plumbariorum n. 7889.

7883 sub Praeneste rep. in fundo Hannibalis Bernardini *nella cosidetta villa del Generale*.

Bonanni:

M PRIMIC ABASCANI

in parte aversa

M C N

Cicerchia:

M PRIMIG ABASCANTIS

videtur fuisse

M PRIMIG ABASCANT*us fec*

in parte aversa

M C N

Apographum canonici Danielis Bonanni ed. Henzen in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 138 adnotans non bene inter se convenire prioris versus nomina (inde Lanciani syll. n. 426 M PRIMIG ABASCANTI exhibens). P. Cicerchia misit de Rossio a. 1863. C. I. L. XIV 3044.

M. Primig(enius) Abascant[*us fec(it)*]. — Nota in hac fistula et in sequenti nomen gentilicium *Primigenius* ab nomine Fortunae Primigeniae deductum.

7884 Praeneste, *tubo di piombo serbato in casa de sig.ri Fantoni* PENN.; inter inscriptiones *ritrovate da me in diversi tempi* CECC.

tradit Cecconi

M·PRIMIG·ANTEROS
SOSIANI

videtur fuisse

M·PRIMIG·ANTEROS *fec*

in parte aversa

SOSIANI

Pennazza cod. Barb. XXXIV, 14 uno versu litteris minusculis. Cecconi *st. di Palestrina* p. 101 (inde Petrini *mem. Prenestine* p. 379 n. 82). Ex his Lanciani syll. n. 427. C. I. L. XIV 3044a.

Cf. n. 7891.

7885 sub Praeneste rep. in fundo Hannibalis Bernardini *nella cosidetta villa del Generale* (diam. 0,083 et 0,072 STEV.) [ibi adservatur].

MJK SITOƧЯƎƆASITK

in parte aversa

L·MA RI VS VALENS FECIT

Descripsi ex ectypo quod mecum communicavit Stevenson (in titulo plumbarii duae priores litterae desunt). A Cicerchia descriptam habuit de Rossi, a Bonannio Henzen qui ed. in *Bull. d. Inst.* 1866 p. 138 (inde Lanciani syll. n. 425). Ab Henzeno communicatam ed. Descemet *inscr. dol.* p. 152. C. I. L. XIV 3038.

In apographo Cicerchiae supra ITS et infra L·MARIVS est ramusculus. Tincium Sacerdotem agnovit Henzen; in reliquis litteris interpretandis haesit. Lanciani legendum proposuit *Kti(nci) Sacerdotis Kl(e)m(entis)* consulem a. 158 esse putans Q. Tincium Sacerdotem Clementem. — Pro litterarum forma fistulam vetustiorem esse existimaverim.

7886 Praeneste rep. una cum n. 7881.

SEX·AVFIDIVS·SECVNDVS·*Fecit*

Guattani *mon. ant. ined.* a. 1787 p. VI ita AVFIDIVS SECVNDVS. Petrini *mem. Prenestine* p. 341 n. 74 in fine F . . I . . (inde Marini *iscr. dol.* p. 502 n. 91a et Lanciani syll. n. 423). C. I. L. XIV 3041.

7887 Praeneste rep. eodem loco quo n. 7881 et 7886.

L·COELIVS·NESTOR·FECIT

Petrini *mem. Prenestine* p. 341 n. 75 (inde Marini *iscr. dol.* p. 505 n. 110a; Lanciani syll. n. 434). C. I. L. XIV 3042.

7888 *a* rep. in arundineto Leonardi Cecconi Praenestino in agro *alle tende* dicto, in canali plumbeo capaci trium unciarum aquae.
b [Romae in bibl. Barberinia].

a

FABIVS PARAMITIVS FE·

b

FABIVS PARMAITIV FFC (sic)

a Suaresius cod. Vat. 9140 f. 239'. Inde Lanciani syll. n. 428; C. I. L. XIV 3043.
b Marini *iscr. dol.* p. 507 n. 117 qui vidit (inde memoratur C. I. L. XIV in add. ad n. 3043).
Cf. supra n. 7862.

7889 Zagaroli rep. in loco q. d. *Torre dei marmi* [Zagaroli apud Maximilianum Bertini].

NICEPHOR FL·SVLPICIANI SER FEC

A Stevensonio descriptam C. I. L. XIV 2838 ubi adnotatur: Flavius Sulpicianus socer Pertinacis imperatoris et sub eo praefectus urbis notus est ex Dione 73, 7. 75, 8, Herodiano 2, 6, 8, vitis Pertinacis c. 13 et Didii Iuliani c. 2.

7890 1 Praeneste effossam esse in ipsa fistula adnotatum est (modii moduli) [mus. Kircher. vet., sign. n. 580]. — 2 locus non indicatur.

C·VETTENNIVS·VERECVNDVS·FEC (exem. 1 fere exemplo)

1 Descripsimus Herzog et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 145 n. 580. Lanciani syll. n. 429. C. I. L. XIV 3045. — 2 Descripsit Melchiorri a. 1824 (init. L· pro C·). Lanciani et C. I. L. l. c.
Cf. supra n. 7870. 7871.

7891 Praeneste.

. . . *an*TEROS FEC·

Ex schedis Ciocerchiae C. I. L. XIV 3040.
Cf. n. 7884.

FISTVLAE AGRORVM TIBVRTINI ET SVBLACENSIS

(accedunt fistulae agri Sabini n. 7912. 7913).

7892 Tibure rep. a. 1846 in loco ubi templum Dianae fuisse credunt, *due grandi fistole .. della tenuta di circa cinque once l'una* [Tibure in curia].

T·SABIDIO·VICTORE·ET·D·RVPILIO ME
NANDRO·SCRIB·R·P

Descripserunt Mommsen cum Henzeno, nuper Gatti (ita ut dedi). Ed. Viola *Tivoli nel decenn.* p. 13, inde Henzen in *Bull. d. Inst.* 1849 p. 92 (Orelli-Henzen n. 7155) et Lanciani syll. n. 450. Garrucci *l'enafro* p. 41 q. v., ita: T·SABIDIO VICTORE EO PVBLI ‖ . . . . ENANDRO SCRIB·R·P 'T. Sabidio Victore redemptore operum publicorum.' C. I. L. XIV 3699.
'Scribas rei publicae operibus publicis praefuisse nomenque in iis inscripsisse mihi certe novum est' adnotavit Henzen; cf. etiam quae adnotavit Lanciani *acque* p. 324. Bormannus intellegit: *illis scrib(is); r(ei) p(ublicae).*

7893 a prope Subiacum rep. [Romae apud privatum quendam].
b rep. Ponzae d'Arcinazzo in area villae Traiani (*diametro mm. 90 nell' interno, mm. 112 all' esterno*) [adservatur in *abbazia di s. Scolastica*].

a

IMP NERVAE TRAIANI CAESAR AVG
GERMAN SVB CVRA HEBRI LIB PROC (inter a. 98 et 102)

b

IMP NERVAE TRAIANI CAESARIS AVG
GERMAN SVB CVRA HEBRI LIB PROC
(bis scriptum in eadem fistula)

a Ectypon mecum communicavit Creceliue.
b Marchetti in *Not. d. scavi* 1892 p. 118.
Hebrus procurator occurrit etiam in fistulis Centumcellensibus n. 7770. 7771.

7894 rep. *nella villa di Traiano sull' Arcinazzo* [Romae apud Hefnerum].

IMP·CAESARIS·NERVAE·TRAIANI·AVG·GERM·*D*
SVB·CVRA·HEBRI·AVG·LIB·PR*OCVRATORIS*

Ad apographum domini ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 12.
Imp(eratoris) Caesaris Nervae Traiani Aug(usti) Germ(anici) [*Dacici*]; *sub cura Hebri Aug(usti) lib(erti) pr(ocuratoris)* [. . . . . *fec.*]. Cf. n. 7771.

7895 *a* 1 rep. prope Ponzam d'Arcinazzo in area villae Traiani, 3 ex. (unius diametrus mm. *80 nell' interno, mm. 102 all' esterno* MARCH.) [unum Sabiaco apud Herculem Tumolini, duo Romae apud Thom. Lupi antea; iam omnia in repos. therm. Dioclet.]. — [2 fuit Romae apud Alexandrum Castellani].
b inter fistulas a. 1849 rep. in vinea Lais ad viam Aureliam LANC., errore (cf. ad n. 7369); est moduli fere modii [mus. Vatic. Gregorian.].
c [apud D. Corsazzonium].

a

IMP CAESARIS NERVAE TRAIANI
OPTIMI AVG GERMANIC DACICI FC (a. 114—116)

b

IMP CAESARIS NERVAE TRAIANI
OPAMI AVG GERMANIC DACICI

c

IMP·CAESARIS·NERVA
OPTIMI AVG·GERMA

a 1 Descripsi. Unum Marchetti in *Not. d. scavi* 1892 p. 117, reliqua Gori *sorgenti dell' acqua Marcia* p. 9. 10 (inde C. I. L. XIV 3447; Lanciani syll. n. 457 non satis accurate), v. 2 OP IMI (excidit T littera); litteras minores a parte dextra uterque om. — 2 Descripsi (litterarum minorum a parte dextra superest tantum *FC*). *Cat. de la coll. Alessandro Castellani* (para Romae hastae subiecta) n. 256; inde Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1884 p. 7 n. 704.
b Descripsi (v. 2 T littera excidit). Ed. Lanciani syll. n. 254.
c Venuti inter schedas Guarnieri Pisaurenses f. 39 (inde Lanciani syll. n. 474).
Exempla in repositis thermarum Diocletiani adservata ex eadem forma expressa sunt ex qua prodiit exemplum musei Gregoriani, in quo tamen litterae minores a parte dextra videntur deesse. Notandum in his fistulis M litterae formas simul adhibitas esse M, M et quae inter has media est.

7896 in fistulis rep. a. 1756 prope villam Hadriani, 'in ruinato (ruineto?) Rocchae Brunae' addit DANZ. [α fuit Panhormi in mus. collegii soc. Iesu Saloitriano antea, tum in mus. universitatis, iam latet; β. γ fuerunt Romae in bibl. noviciati Iesuitarum; δ fuit in mus. Kircher.; alterum praeterea exemplum fistulae β (fistulae γ MAR., errore) est in bibl. Vatic.].

α

IMP · CAES · TRAIAN · HADRIANI AVG VX
SVB CVRA RESTITVTI AVG · LIB · PROC

β

XΛ IMP · CAES · TRAIAN · HADRIANI AVG ·
SVB CVRA RESTITVTI AVG · LIB · PROC

γ

JJJJ IMP · CAES · TRAIAN · HADRIANI AVG
SVB CVRA RESTITVTI AVG · LIB · PROC

δ

IMP · CAES · TRAIAN · HADRIANI AVG
SVB CVRA RESTITVTI AVG · LIB · PROC

Descripsi exemplum in bibl. Vat. adservatum (= β) ex ectypo quod mecum communicavit Stevenson (puncta non adsunt nisi post AVG et LIB; notae initio positae pars inferior tantum superest). Danzetta cod. Vat. 8290 f. 155 (α) et 165 (β—δ), ita ut dedi. Marini, qui vidit exempla β—δ et exempli α apographum adhibuit a docto quodam homine confectum, omnes ed. in *Giornale de' letterati* (*di Pisa*) VI (1772) p. 54 (in γ notam initio tituli ita | ⁚ ; in fine PROC errore typothetae; puncta ubique om.), *iscr. dol.* p. 484 n. 17—19 tres priores tantum, sed tituli γ exempla duo extare dicens initio his fere notis notata 𝔍 (ita in cod. Vat. 9110; in ed. est /). Fistulam α ed. Torremuzza *ant. iscr. di Palermo* p. 6 n. XII (= Siciliae inscr. p. 29 n. IX) omissa nota VX; ex eo Donati p. 215, 8. Fistulam in bibl. noviciati Iesuitarum adservatam (β vel γ) ed. Donati p. 458, 2 omissa nota et puncta ubique ponens (eadem sine punctis et omissa nota est in *Effemeridi letterarie di Roma* 1774 p. 67). Ex praecedentibus non bene adhibitis Lanciani syll. n. 446—449. C. I. L. XIV 3698.

Exempli β mensuras Marinius (*Giorn.* l. c. p. 55) has tradidit esse: *il perimetro della superficie interna era di circa a 12 digiti o 9 oncie, e il diametro di circa a 4 digiti o 3 oncie dell' antico piede Capitolino*; fistulae modulum eum esse putat qui vocabatur *quinumdenum*. Cf. supra p. 911 col. 1.

Restitutus procurator occurrit etiam in fistula n. 7310.

7897 *a* in duabus fistulis prope villam q. d. Horatii in valle Digentiae rep. *par des vignerons, du tems de mes recherches* CHAVPY.
b in valle Digentiae rep. in effossionibus saeculo XVIII exeunte a barone Santodille institutis inter parietinas villae q. d. Horatii.

a	*b*
TI · CLAVDI BVRRI	. . . M · BVRRVS . . .

a Chaupy *maison d'Horace* III p. 357 qui in una T·CLAVDI BVRRI, in altera TI·CLAVDI B esse tradidit.

b Sebastiani *viaggio* p. 397, inde C. I. L. XIV 3487.

b potest esse tertium exemplum fistulae *a* male exceptum.

Ti. Claudius Burrus haud scio an idem sit atque Burrus ab epistulis Graecis Neronis cuius meminit Iosephus ant. 20, 8, 9.

7898 rep. in territorio Tiburtino LANC. (moduli parvi) [Romae apud Biscium antiquarium a. 1883, iam in repos. urb., sign. n. 177].

P · MARCI RVFI — saec. I; moduli vel exacutis

Descripsi. Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1883 p. 229, inde C. I. L. XIV 3703.

7899 in duabus fistulis quas Tibure emit m. Apr. a. 1884 Baldassari antiquarius (medii moduli) [ex his una in repos. urb., sign. n. 197 (*acquisto Baldassari 1884*)].

L · CORNELIVS PRISCVS FEC — saec. I; fere exacutis

Descripsi. C. I. L. XIV 3700.

7900 rep. Monticelli HENZ. (moduli fere parvi) [mus. Kircher. vet., sign. n. 572].

FAVSTVS · FEC — saec. II

Descripsimus Herzog et ego. De Ruggiero *cat. del mus. Kirch.* p. 145 n. 572. Lanciani syll. n. 444.

7901 inter Tibur et Vicovarum ad Anienem rep. a. 1873 *fra gli avanzi di una piscina* (haud procul ab eo loco unde prodiit sarcophagus musei Capitolini ampl. cum fabula Meleagri), *condotto di piccola capacità* VISC.

M · FVLVIVS · EVEMER · FE

C. L. Visconti in *Bull. arch. municip.* 1872—73 p. 176 (inde Lanciani syll. 455); memoratur p. 314, 50. Est etiam in schedis de Rossi. C. I. L. XIV 3483.

M. Fulvius Euemer fe(cit).

7902 originis ignotae (moduli parvi) [repos. urb., sign. n. 16].

L · LVTTIVS · THALAMVS · FEC — saec. I; fere exacutis

Descripsi. Memoratur in *Bull. arch. municipale* 1874 p. 266, 21. Lanciani syll. n. 556. C. I. L. XIV 3701, ubi vide quae de Luttiis adnotavit Dessau; cf. etiam supra n. 7646.

7903 in agro Tiburtino rep. mense Nov. a. 1861 in horto Antoni Sestili prope pontem *dell' Acquoria, cinque pezzi di condotto di piombo con targa segnata* L·LVTTIVS·VICTOR·FEC ACTA [ex his ut videtur 2 ex. (= α. β) in mus. Laterano (α in repositis, β in museo inter Ostiensia); sunt moduli fere magni (β diametros habet circiter 0,10 et 0,065)].

α

L · LVTTIVS · VICTOR · FEC — saec. I; fere exacutis
(ab utraque parte scriptum)

β

VIII L · LVTTIVS · VIC

Descripsimus α. β. Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum a. 1862. Inde Lanciani syll. n. 445; idem α ad apographum Stevensoni rettulit n. 584, β a se descriptam n. 412. C. I. L. XIV 3702*a*—*c*.

7904 1 in agro Tiburtino rep. a. 1744 prope Castel s. Gregorio in monte *Folia Cerella* vel *s. Silvia* inter parietinas villae Romanae. — 2 in Aventino 'ad s. Alexii, ut fertur, eruta et adhuc apud nos exsistens' NER.

SABIDIVS DIONYSIVS FEC

1 Cassio *memorie di s. Silvia* p. 190 (inde Marini *iscr. dol.* p. 514 in comment. ad n. 157; Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 332 adn. 10 auctore non laudato; Lanciani syll. n. 452; C. I. L. XIV 3532 = 3705*b*) ubi quae sequuntur *lo stesso nome vedevasi gittato e impresso alla rovescia nella parte del tubo che . . . seguitava . . . verso alla sorgente* ita intellegenda sunt, in alia fistulae parte eundem titulum repetitum esse litteris inverso ordine collocatis (ita ƆƎꟻ SVISYNOIᗡ SVIᗡIBAS). — 2 Nerini de templo ss. Bonifacii et Alexii p. 361, 3 imaginem (inde Cassio *memorie di s. Silvia* p. 192 et Marini *iscr. dol.* p. 514 n. 157). Ex his Lanciani syll. n. 182. C. I. L. XIV 3705*a*.

Exemplum n. 2 fortasse id ipsum esse quod repertum est in monte s. *Silvia* (n. 1) recte opinor coniecit Dessau (cf. C. I. L. XIV ad n. 3705).

7905 1 'in vinea nobb. de Nerliis sub Tibure'. — 2 'Tibure eff. nuper'. — 3 rep. prope Vicovarum in loco cui nomen *Quarto del piano*, in effossionibus a. 1858 institutis a Fortunatio. — 4 Vicovaro Romam attulit a. 1883 Rinaldus Bisci rerum antiquarum negotiator, 2 ex. (unum ex his in territorio Tiburtino rep. esse dicit LANC.) [iam in repos. urb., sign. n. 174. 176]. — 5 rep. inter Castel Madama et San Gregorio in loco cui nomen *la selva*, 5 ex. moduli parvi [Romae apud Corvisierium]. — 6 rep. in villa quadam *fra il territorio di Castel Madama e quello di Cecihano*. — [7 Karlsruhe in mus. (Clarke emit Bononiae a Moreschio)].

T · SABIDIVS · HELICO · FEC saec. I fere exeuntis

1 Fabr. p. 544 n. 412 (initio L· pro T·). Ex eo Volpi vet. Latium X, 2 p. 672; Marini iscr. dol. p. 514 n. 159; Viola *Tivoli* p. 9. Ex superioribus Lanciani syll. n. 453. C. I. L. XIV 3706. — 2 Donius cod. Neap. p. 556, Barb. p. 603 (L pro T). C. I. L. l. c. — 3 Acta ms. curatoris qui fuit sub pontificibus operum publicorum (inde Lanciani syll. n. 456). — 4 Descripsi. Utrumque C. I. L. XIV 3484; unum Lanciani in *Bull. arch. comunale* 1883 p. 229 idemque opinor iterum in *Not. d. scavi* 1884 p. 44 (inde C. I. L. XIV 3706 *d. g*). — 5 Descripsi a. 1894. — 6 Bruzza in schedis ita: 'T·SABIDIVS . . . . . .; *dopo* Sabdius *erano due lettere con punti* vel E·F vel F·E vel F·F'. — 7 Descripsit Zangemeister. Schumacher *Beschr. d. Samml. antiker Bronzen* p. 173 n. 910.

7906 in agro Tiburtino in planitie cui nomen *Campolimpido nel 1846 fu aperto uno scavo nel terreno a sinistra in qualche distanza dal ponte de' prati . . . . Si scoprì . . . un pezzo di condotto di piombo con l'iscrizione*

Tito Sabidio

Bulgarini notiz. *interno la città di Tivoli* p. 100.

Incertum utrum fistulae praecedentis fuerit exemplum an fistulae n. 7892.

7907 *a* rep. Castel Madama.

b 'in vinea nobb. de Nerliis sub Tibure'.

a

P SABIDIVS HERMES FEC

b

SABIDIVS · HERMES

a Amati sched. Vat. 1584 cui descripsit Poletti.

b Fabr. p. 544 n. 413 (inde Marini iscr. dol. p. 514 n. 158; Viola *Tivoli* p. 9). Ex his Lanciani syll. n. 454. C. I. L. XIV 3707.

Viola l. c. confert titulum apud Grut. p. 992, 4 (= C. I. L. VI 25694) *P. Sabidius Hermes Sabidiae Aecloges lib.*

7908 fistula parva rep. a. 1847 in effossionibus institutis nei *piani di Tivoli*.

P · SABID|

Viola *Tivoli nel decennio* p. 14, inde Lanciani syll. n. 451. C. I. L. XIV 3704.

Incertum num fistulae praecedentis fragmentum sit, cum plures Sabidii in agro Tiburtino occurrant.

7909 *a* prope Tibur *per la strada detta dell' Aquaregna, scavandosi nel . . . 1784 in un sito circa mezzo miglio distante dalla Città, si scoprirono presso al fiume muri nobili . . . e parecchi pezzi di condotto di piombo, a ciascun de' quali era scritto* cet.

b [Velitris in mus. Borgiano antea, nunc Neapoli in mus.].

a

C · TIBVRTIVS VERNA FECIT

nel catino però dello stesso condotto leggevasi:

TI · SABINIANVS ELICHO F · F · C ·

(fuit sine dubio T·SABIDIVS · HELICO · FEC, cf. n. 7905)

b

C TIBVRTIVS VERNA FEC saec. II fere ineuntis

a Cabral et del Re *delle ville di Tivoli*, append. p. 8. Inde C. I. L. XIV 3708 et 3706 *c*.

b Descripsimus. Raponi cod. Propagandae f. 35 (ex apographo Raponii Marini iscr. dol. p. 316 n. 171a). Cat. musei Borgiani in *Documenti ined. per servire alla st. dei musei d'Italia* I p. 305 n. 666, puncta ubique. Cardinali *iscr. ant. ined.* p. 26 n. 121 (puncta ubique). Mommsen Inscr. regni Neap. n. 6829, 12. Fiorelli *cat. d. mus. Nap.* (*iscr. lat.*) n. 118. Lanciani syll. n. 528. C. I. L. XIV 3708.

Fistula *b* potest esse unum ex iis exemplis quae sub *a* memorantur.

7910 Tibure in villa Vopisci.

L · VLPIVS HERMOFILVS · FEC

Schedae Didaci Revillae (B, p. 41). m. ipsius.

7911 rep. a. 1617 (Trevi) *cavando una vigna in contrada detta il Vado della terra sotto la chiesa di s. Pietro apostolo*.

L · DOMINO SERVS VERNA FECIT

Rutilius Scotti ms. f. 79. 80, inde C. I. L. XIV 3455.

Nomen corruptum. Cf. n. 7909.

7912 *a* *dagli scavi in Sabina a' Massacci* AM.

b rep. a. 1825 inter parietinas villae Romanae prope Monte Libretti in loco q. d. *monte Calvo*, pluribus ex.

a

Λ C · BRVTTI RAESENTIS

b

C · BRVTTI PRAESENTIS

a Amati cod. Vat. 9744 f. 7' adnotans *a è cascata la* P *e è nasce* Λ. Inde Lanciani syll. ad n. 437 et C. I. L. IX 4906.

b Nibby *analisi* II p. 348 (inde Lanciani syll. n. 437; C. I. L. IX in add. ad n. 4906).

Eiusdem hominis est later n. 831, ubi vide quae adnotantur; cf. etiam fistulam n. 7796a.

7913 rep. *nel terreno Battaglia posto sul destro lato della via che conduce* [*da Bocchignano*] *a Poggio Mirteto* [Poggiomirteti apud notarium Lucidi].

RESTITVTI VA . . .

Tomassetti in *Not. d. scavi* 1878 p. 28.

MASSAE PLVMBI

De massis plumbi conferenda sunt quae exposuerunt Huebner in C. I. L. VII p. 220 (*cf.* Ephem. *epigr.* III p. 141, VII p. 341), II suppl. p. 1001 (cf. Ephem. epigr. VIII p. 480) et Lanciani *acque* p. 190 seq.

Massas plumbi Graece inscriptas nullas novi; nam quas sic appellavit Kaibel inscr. Graecae Siciliae et Italiae n. 2416, 1—17 non sunt massae, sed tesserulae vel sigilla.

7914 inter fistulas plumbeas MAR. LANC.; tessera plumbea CARD.; 'e plumbo' RAP. massam fuisse non dicens [Velitris in mus. Borgia].

Raponi cod. Propagandae f. 32 (inde Cardinali *iscr. ant. med.* p. 28 n. CXV; ex apographo Raponii Marini *iscr. dol.* p. 480 n. 2*b*, a quo Lanciani syll. n. 463).

Cardinali l. c. p. 35 tesseram esse putavit ad spectacula pertinentem; Garrucci *piombi* p. 16 cum plumbeis sigillis composuit *che trovansi incassati ne' marmi provenienti dalle cave col nome del principe*, idem *dissert. archeol.* II p. 85 seq. massam plumbi esse vidit; Lanciani num fistula fuerit dubitavit et propter formam de massa cogitavit (cf. *acque* p. 193).

Est sine dubio massa plumbi, simillima eius quae edita est C. I. L. X 8073, 1.

7915 massa permagna (*piramide tronca; misura m. 0,64 × 0,32 alla base, m. 0,51 × 0,17 nel piano di troncatura, m. 0,18 d'altezza* LANC.) rep. a. 1879 in alveo Tiberis *sotto la via di porta Leone, quasi dicontro lo sbocco della marrana* LANC.; *nel Tevere presso la riva al ponte Sublicio* BR., *ponte Sublicio, presso il porto di Ripagrande* ACTA [repos. therm. Dioclet.].

Descripsi (v. 1 secunda littera e potius quam P; numerus alter est DCCCXC, non DCCCXC). Bruzza in schedis bis habet parum bene (in uno apographo T E D cet.). Lanciani *acque e aquedotti* p. 191 (T P D cet.). Est etiam in actis ms. effossionum Tiberinarum n. 762.

Litteras singulares T E D AVG N aut, si secunda P fuit, T P D AVG N interpretandas esse propono *t(essera) r(ationis) d(ominicae) Aug(usti) n(ostri)* vel *t(essera) p(lumbi) d(ominici) Aug(usti) n(ostri)*. Tessera usurpatur etiam de lateribus (cf. n. 170 et quae ibi adnotantur); item in lateribus obvia est locutio *dominicus Augusti* vel *dominicus duorum Augustorum* (cf. ad n. 157). — Nomina quae praeterea in hac massa leguntur *M. Ari* vel potius *M. Ari*( ) (quod errore inter nomina in massis Britannicis obvia enumeravit Lanciani l. c. p. 190) et *C. C*( ) *et M*( ) aut *C*(. . . . *orum*) *C*( ) *et M*( ) eorum videntur esse qui fodinis praeerant, *Ada*( ) aut servi nomen est (puta *Adamas*) aut referendum est ad metallum unde massa provenit (ad *Ansam* vel *Adansa* Britanniae locus prope Camulodunum memoratur in Itinerario Aetnolni p. 480).

7916 in Tiberi rep. *presso la sponda di Marmorata (alta m. 0,20, e del peso di cento libbre romane, la cui base inferiore è di m. 0,46 × 0,09, la superiore di m. 0,42 × 0,05)* [repos. therm. Dioclet.].

in parte superiore, litteris bene extantibus

| SOCIET · ARGENT | | FOD · MONT · ILVCR | | GALENA |

in latere dextro, litt. incusis

P. DR · N

Descripsi. Ed. Gatti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 318 = *Not. d. scavi* 1887 p. 327.

Societ(atis) argent(ariarum sc. fodinarum); fod(inarum) mont(is) Ilucr( ); galena. P DR N litterarum interpretatio incerta est; de *p(lumbo) d(ominico)* cogitari nequit, cum massa optimae aetatis sit (saec. I); fortasse nomen significatur *P. Dr*( ) *N*( ). — Mons *Ilucr*( ) ubi fuerit ignoramus, sed videtur quaerendus esse in Hispania, ubi nomina occurrunt similia (Ilurco, Ilugo, Iluro cet.). De genere plumbi quod dicebatur galena cf. Plin. n. h. 33 § 95, 34 § 159. 173.

7917 rep. ad angulum viae *de' Giubbonari* et plateae *s. Barbara* MAV, in Tiberi BRVZZA [apud Pennellium antiquarium antea, iam in repos. urb., sign. n. 152].

in parte superiore litteris bene extantibus

| P CORNEL L F AIM POLLION FORMAN | | GAL |

Descripsimus Bruzza (P CORNELI AIM POLLION FORMA), Mau (in fine POLLIONEFORMAN), ego.

P. Cornel(i) L. f. Aim(ilia sc. tribu) Pollion(is) Forman(i); gal(ena). — Formanus pro Formianus est etiam in tessera plumbea Neronis apud Fucroni *piombi*, parte II tab. 1, 3 (cf. *Revue numism.* 1898 p. 277), cf. etiam Steph. Byz. v. Φορμαιοί.

Cf. Liv. XXXVIII, 36 'rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani . . . ferrent (suffragium)'. De galena cf. titulum praecedentem.

7918 in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet., sign. n. 6681].

in parte superiore, litteris bene extantibus

| T POPILLI · N F · GALEN |

in alio latere, litt. incusis

PA

Descripsi.

T. Popilli N. f.; galena. Nomen litteris contignatis significatum potest fuisse *Pam*( ). De galena cf. n. 7916.

7919 in Tiberi rep. [repos. therm. Dioclet.].

in uno latere, litt. incusis

T VLI
T R

Descripsi. V. 1 potest fuisse T IVLI.

7920 in massa plana rep. ad ripas aut in alveo Tiberis, signaculo ter impressum [repos. therm. Dioclet.].

| MAX | litt. ext.

Descripsi. — *Max*( )?

SIGILLA VARII GENERIS

Sigilla plumbea quae columnis vel marmorum massis inserta erant (n. 7921—7939) ab una tantum parte notata sunt, uno excepto quod memorat Ficoroni *piombi* p. 11 imagine addita tab. II, 5 (inde Rostowzew in *Revue numism.* 1897 p. 474, 5) ab una parte caput laureatum Traiani exhibens, a parte aversa Victoriae imaginem (*ritrovato non già messo nel cavo . . . ma quasi nascosto in una fessura a coltello nel plinto di vasta colonna di granito bianco orientale, in occasione di rifarsi i fondamenti d' un edificio presso il Foro di Traiano*).

Ad marmorum massas videntur etiam pertinuisse sigilla a Rostowzew edita l. c. p. 474, 4 (Traiani), 474 Hadr. 3 (Hadriani), 475, 1 (Pii), 476, 1 (Marci et Veri), 477 (Faustinae iunioris), a me tamen omissa utpote ignotae originis. Exclusi item, quia inscriptionibus carent, duo sigilla olim Ficoronii, alterum Hadriani Antii repertum, alterum Marci et Veri protomas exhibens quod insertum erat *nell' imoscapo d' una gran colonna di . . marmo giallo . . nell' estremità del monte Celio* (Ficoroni *piombi* p. 10 tab. II, 2 et p. 11 tab II, 3, unde Rostowzew l. c. p. 475, 9 et 476, 2); utrumque memoratur etiam a Bruzza in *Ann. d. Inst.* 1870 p. 116, cuius disputatio de sigillis marmoribus insertis omnino conferenda est. Nomina denique [*M. Agr*]*ippae* et *Cn. Pompei* (*Magni*) Claudii ut videtur imperatoria generi errore in plumbeis sigillis esse scripsit O. Hirschfeld (*Verwaltungsgesch.* I p. 74 in adn.), cum incisa sint in columnarum plinthis.

7921 sigillum formae circularis quod massae marmoris insertum fuisse putat GARR. [in mus. cardinalis Altieri].

I M (aquila in medio) P
CA (globo) E

Garrucci *piombi* p. 52 n. 11 et tab. III, 11; inde Rostowzew in *Revue numism.* 1897 p. 473. Memoratur a Bruzza in *Ann. d. Inst.* 1870 p. 116.

Imp(*eratoris*) *Cae*(*saris*).

7922 sigillum formae circularis in Tiberi rep. (num huc pertineat incertum est).

corona inscriptum

NER · C
AVG

Tomassetti in *Bull. arch. comunale* 1887 p. 287 qui vidit.

Ner(*onis*) aut *Ner*(*vae*) *C*(*aesaris*) *Aug*(*usti*).

7923 *a* in sigillo plumbeo opinor (inter lateres posuit DESC.) ad Emporium rep. a. 1870.

b sigillum formae circularis [in mus. cardinalis Altieri].

c sigillum formae fere ovatae (fuit apud Ficoronium).

a

IMP · NER . . . . ES AVG GER circulo ext.

in medio sigillo: Victoria alata sinistr. stans

b

IMP · NER TRA CAES · AVG · GER · DAC circulo ext.

in medio sigillo: Victoria sin. stans s. cornu copiae (fuit opinor ramus palmae), d. coronam tenens

c

IMP NE[...]

Victoria sin. stans s. ramum palmae, d. coronam tenens

a Bruzza communicavit cum Descemetio qui in schedis posuit inter lateres (ita ut dedi); est etiam in schedis Bruzzae (IMP·NE . . . . . . ES AVG GER).

b Garrucci *piombi* p. 52 n. 12 et tab. III, 12 (dedi ut est in delineatione); inde Rostowzew in *Revue numism.* 1897 p. 474, 2.

c Ficoroni *piombi*, parte II tab. IX, 23 et p. 105.

7924 sigillum formae circularis quod erat insertum *nell' imoscapo di grossa colonna scannellata di marmo Pario scopertasi . . vicino il . . porto d'Ostia* [fuit Romae apud Ficoronium].

circa caput Traiani eadem dextr.

IMP NERVA TRAIANVS Caes AVG GERMA DAC

Ficoroni *piombi* p. 10 et tab. II, 1 (inde Rostowzew in *Revue numism.* 1897 p. 474, 1; memoratur a Bruzza in *Ann. d. Inst.* 1870 p. 116).

7925 sigillum formae circularis columnae vel massae marmoris quondam insertum (*in una colonna di marmo numidico* su., errore); ubi fuerit non indicatur.

TRAIANI DACICI · M circulo ext.

in medio sigillo Mars adversus stans sinistra hastam, d. manu innititur

Stieglitz *archäol. Unterhaltungen*, parte II p. 141 et tab. VIII (inde Garrucci *dissert. archeol.* II p. 81; Rostowzew in *Revue numism.* 1897 p. 474, 8 non recte ab *m* incipiens; memoratur etiam a Bruzza in *Ann. d. Inst.* 1870 p. 116).

m(*unus*) intellegit Stieglitz, [*i*]*m*[*p*(*eratoris*)] coniecit Rostowzew; fortasse intellegendum est *m*(*etallum*).

